eius in mulsa coctus aut vino et tunsus et im
positus vulnera curat. scrofas spargit. Item
cicatrices vulnerum curare facit. ¶ Elixa
vero et trita addita axungia porcina aut an
serina et resina et terebentina: tumores ste-
ricos et offocatiões apposita medetur. Itẽ
elixatura eius hec omnia facere nouit. et se-
cundinas excludit. ¶ Sola in aqua cocta et
fomentata intestinorum dolorem tertio die
sanabit. Nosipsi experti sumus ꝙ trita cum
axungia veteri et imposita podagram tertia
die sanat. Et multi dicunt autores collectio
nes omnes vel duricies que in corpore na-
scuntur: decocta cum fenugreco et lini semi-
ne pelline imposita aufert. ¶ Sera. Altea
prohibet apostemata: et sedat dolorez: et ma
turat exituras dum est recens et radix qui-
dem eius et semen: quia in eis est virtus ab-
stersiua: curat morfeam. ¶ Et semen eius frã
git lapidem renum. et aqua in qua decoqui-
tur. radix eius propter stipticitatem que est
in ea viceribus intestinorum et fluxui ven-
tris et sputo sanguinis confert. ¶ Et quan-
do coquitur sola et teritur: confert exituris
et apostematibus que apparent post aurem
et scrofulis. Et confert apostematibus ani
calidis. ¶ Galienus. Radix maluauisci et se
men maluauisci virida intensiue quidẽ ope
rantur ꝙ herba. et magis abstersiuam osten
dunt virtutem: vt morfeam abstergant. Et se
men dividit lapides in renibus consistẽtes
¶ Radix autem et dissinterie et diarrienec
non emissionibus sanguinis est vtilis.

Operationes

A ¶ Pandecta caꝑ. xxx. Folia eius trita cum
axungia et aliquantulum calefacta et super
posita apostemata maturant. duriciem rela
xant et mollificant. Item herba cum ipsa ra
dice decoquatur fere ad cõsumptionem. Et
sic apparebit quedam viscositas: que super-
ponatur et apostemata maturat: et duricies
remollit et relaxat. Ex aqua etiam eius addi
ta cera et oleo fit competens vnguentum ad
predicta. ¶ Aqua decoctionis seminum ipsi
us et malue valet contra tussim siccam. et con
fert erbicis. Semia etiã eius cuisserata et
in oleo decocta duriciem soluunt. ¶ Ypocra
tes. Ulneratis ac sitientibus defectu san-
guinis bibendum dedit succum decocte ra-
dicis. Ipsam vero vulneribus cum melle ac
resina. Idemqꝫ convulsis laxatis tumenti-
bus et musculis nervis articulis imposuit et
almaticis ac disinthericis in vino bibendum
D dedit. ¶ Auicen. Altea nomen in greco deri
natum est ex plurium iuuamentorum nomi-
ne. cuius natura calida est cum equalitate.
In ipsa sunt lenificatio/maturatio et molli
ficatio/et resolutio. Semen et radix sunt in
eius virtute fortiora plurimum exiccatiua

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

X

Caput.xvj

Alleluia vel Luyula vel panis cuculi Luyula herba est acetosi sapor⁊ foliũ ei⁹ est paruum ⁊ tripliciter diuisũ. et in cacumine cuiuslibet part⁊ ē alia incisura. Semina ei⁹ sunt in vaginulis similibꝰ corniculis que cũ tãguntur tẽpore maturationis euolãt ab eis. semina similia andachuce tendẽtia ad rubedinem. ⁊ vocatur trifolium acetosũ. sicut apparet in cap̃. trifolium. Trifolium acetosũ: id est alleluia. ponitur a Damasceno in vnguento dyafinicon. ⁊ vocatur ipsum trifoliũ.

¶ Plinius capitu. bachael id est trifolium acetosum. folia flores et fructus sunt frigidi et sicci. folia tamen sunt humidiora predictis. Fructus vel semina eius matura aliqualem habent dulcedinem.

Operationes

A ¶ Luyula siue alleluia medetur vlceribꝰ or⁊ ⁊ fistulis. similatur in ꝟtute acetose siluestri.
B ē stiptica. cõsolidat vulnera ⁊ vlcera ¶ Succ⁹ ei⁹ valet vlceribꝰ oris antiquis et alcole
C ¶ Plinius cap̃. bachael propter acetositatẽ existentem in ipso valet ad alcolam: et alias egritudines oris.

Caput.xvij

Alkekengi vel kekengi. Serapion libro aggre. Alkekengi ē species solatri quod dicitur kekengi. quod habꝫ folia similia foliis solatri. nisi quia sũt latiora eis. ⁊ rami eius quando elongãtur declinãt inferius ꝟsus terraꝫ. ⁊ habet fructum in chisti rotũdum similem vesice. ⁊ est fructus eius granum rubicũdum. similem vue quem quidam kikilium vocant.

Operationes

¶ Serapion kekengi quod quidam nominant kakabuꝫ virtus ei⁹ est q̃ fructus eius ꝓuocat vrinã. ¶ Et ideo admiscetur iste fructus in multis medicinis que conferũt epati vesice ⁊ renibꝰ. ⁊ hec herba administratur in medicinis ⁊ nõ comeditur. ⁊ fructus hic mũdificat icteritiã ⁊ ꝓuocationem vrine. ¶ Et idem auct. habix Alkekengi est Aliud mõtanũ aliud siluestre. ⁊ ē album. ⁊ ē simile in forma solatri superiori. A B C

¶ Et succus eius bibit⁹ conuenit apostematibꝰ tam intrinsecis q̃ꝫ extrinsecis D

¶ Et qñdo linit sup apostemata extrinseca cõuenit eis. ¶ Et granũ ei⁹ qñdo bibitur cõuenit vlceribꝰ renũ ⁊ vesice. et granum eius ē fortius domestico. ¶ Succus granorũ alkekengi prouocat vrinam ꝓuocatione forti E F G

Caput .xviij

Aloe. ysidorus in libro ethimologia-rum. Aloe est herba succi amarissimi ¶ Platearius. Aloe fit ex succo herbe que appellatur eodem nomine. hec herba non solum in Grecia reperitur et in India: et persia. verumetiam in apulia. Et succus vtilis est ad multa. sicut dicetur infra. Aloes tria sunt genera. Epaticum. Succotrinū et Caballinū Modus autē factionis eius diuersimode creditur. quidam dicunt quod herba ipsa teritur ꝛ succus extrahitur ꝛ ad ignem ponitur quousq; buliat. et postea soli exponitur ꝛ exsiccatur. Illud enim quod superius colligitur prius appellatur succotrinū. Quod in medio nimis purū est. Epaticum dicitur. Quod in fundo feculentū vocatur caballinū. Aliqui asserūt aloes diuersas maneries fieri ex herbis diuersis. nō genere sed bonitate. et quibus iste tres maneries fiunt aloes. Alij dixerunt q̄ Aloes tribus modis est. Vnū rubeum de quadam insula Indie. q̄ dicitur Scotra. Aliud est nigrū qđ est de persia. Aliud citrinū. ꝛ fit in Arabia. quibus omnibus laudabilius est scotrense. precipue si fuerit pellucidus. ꝛ rubeum quasi color epatis. citoq; frāgibile et odorem rum ꝛ amarissimum. Sed prima opinio melior. Discernitur autem quod est optimum succotrinum ex citrino colore seu rufo. Et precipue cū frangitur eius pulvis. apparet quasi pulvis croci. ꝛ qđ leuiter frangit nec sit fetidū nec valde amarū. Epaticum autē colori epatis similatur: scilicet quod est subnigrum. ꝛ bincinde habet foramina vt ora venarum. et obtusam habet substantiam ꝛ non claram. Caballinum autem est nigrum. ꝛ obscuram et feculentā habet substantiam amarissimā. et horribilem prendit odorem. quia valde fetidū est. Sed attende q̄ illud quod de natura sua ē aromaticū. q̄nto est aromaticius tāto melius. Et quod est fetidum. quāto fetidius tanto meli⁹ excepto aloe. Similiter omne quod debet habere aliquē saporem. quāto in suo sapore ē intensius tanto melius excepto aloe. Nam cū sit de natura rerū amaritudinē habentium. quanto minus amarū. tāto laudabilius. Et est sciēdum q̄ quando aloe simpliciter ponitur p̄ succotrino intelligit. licet ſm Alexandrū intelligatur p̄ epatico Serapiō libro aggre. cap. fabet. id ē aloe Aloe fit ex planta que habet folia similia foliis squille in quibo ē humiditas viscosa multa. tenax adherens manui. ꝛ sunt latiora foliis squille parū. et quasi rotunda. et indurātur et inclinātur ad posteriora. ꝛ sunt in eis spine que egrediuntur ab eis breues ꝛ rare. et habet stipitem similem stipiti affodillorū. Et tota herba habet odorē graue et saporē amarum multum Et radix eius ē vna similis cannicule lignee. Nascitur multuz in India etin terris arabū. ꝛ in terris dictis arima ꝛ in maritimis et ripis et insulis que dicuntur ancaros. et non solū eius gummi est inuamenti magni. sed etiam flos eius. Nam quando teruntur et ponuntur super vulnera faciunt ipsa adherere. Et aloes sunt due species quarum vna est arenosa. et est ser. et alia est epatica. Jo. mesue cap. de aloe. Aloe est de sublimioribus medicinis et melioribo habens progatiuam sup̄ alias medicinas. Nam quamcūq; intentio vnuscuiusq; solutiui sit ſm plurimū debilitat virtutes ꝛ membra que sunt minere virtutum. hec tamen intentio cadit ab aloe. quia non solum non nocet. ymo inuenitur ad confortationem membrorum debilium addere

Operationes

¶ Pandecta capitu xxxiij. Aloe purgat colerā ꝛ flegma. visum clarificat. opilationem splenis ꝛ epatis aperit mēstrua prouocat. superfluitates circa pudēda sint ex frigida cau

a

B sa extergit et scabiem curat. ¶ Corpus disco loratū coloratum reddit. Contra scabiem et putredinem pudendarū et pruritum digitorū qui fit ex serioribꝰ aloe cum aceto confectum et sic inunctum valet. Contra arteticaꝫ detur cum succo bardane.

C ¶ Contra alopitiam et casum capillorum in fortissimo buliat aceto. radix oliue vetuste ⁊ postea coletur ⁊ in colatura ponantur due partes farine lupinorum amararum ⁊ tres aloes que simul conficiantur. ⁊ addatur puluis stafisagrie. et inungatur caput per discriminalia.

D ¶ Aloes puluis optime distemperatum cuꝫ vino albo et aqua rosarum multum valet ad pruritum oculorum.

E ¶ Suppositoriū factū extrifera magna cuꝫ puluere aloes ⁊ mastice prouocat menstrua.

F ¶ Puluis eius cum melle datus. lumbricos occidit. Et cum succo persicarie auribus instillatus: vermes necat

G ¶ Dyascorides capitulo de aloe. Uirtus est ei stiptica et mediocriter calida. ⁊ sic nimis ventrem mollit. purgat putredinem. colerā ⁊ flegma deducit

H ¶ Galienus. Aloe sanat difficile circatrisabilia vlcera. ⁊ presertim que in ano ⁊ pudendis. Confert etiam flegmoni eorum collectū cū aqua. Eodē quoqꝫ modo vulnera solidat.

I ¶ Johannes Mesue. Aloe solutione educit coleram ⁊ flegma. ⁊ mūdificat caput ab eis et stomachū. Et confert iuuamentū magnū doloribus eorū. Et confert etiam inflationi stomachi ⁊ siti ⁊ dolori eius ex colera factis

K ¶ Et qui assiduat acceptionem eius diebus continuis: nō videbit in corpore suo. ⁊ in instrumentis sensuum eius egritudinem. que non sit abilis sanari. ⁊ preseruat a putrefactione. ita ꝙ etiam cadauera ⁊ proprie mixtum cum myrrha. Caue id dare temporibus frigoris. excoriat enim. Et solutione educit sanguinem. Quantitas que potest administrari ex eo est ab aureo. ℥ vsqꝫ ʒ. ij. Et in infusionibus ab aureo. idest vsqꝫ ad. ʒ. iij.

L ¶ Serapion autez in libro aggre. capitulo proprio multa dicit de aloe. que omnia sunt de mente Dyascoridis

M ¶ Galienus autem aliorum hic implicite vel explicite tacta. quare propter breuitatez ea hic ponere obmitto

Caput. xix.

Aloes lignum. Aloa vel agalaym est arbor suauissimi odoris. Unde grece sic nominatur. Arabice vero hoab. latine lignum aloes vel xiloaloes vel aloes lignum: Aloa dicitur eo ꝙ lignum tale altaribus adoletur. reperitur autē in magno flumine superiꝰ. is babylonie: cui coniungitur fluuius paradisi. Unde quidaꝫ dicunt ꝙ impulsione fluuij ab arboribus terrestris paradisi conducitur. Nullus tamen huius arboris fertur vidisse originem. Alij dicunt ꝙ in cacuminibus montium supradictorum locorum circa predicta loca existentiū oriatur hoc lignuꝫ. ⁊ impulsu venti aut temporis vetustate cadit in fluuium. Est calidum et siccum in secundo gradu. Sed sciēdum ꝙ sunt aliqui deceptores. qui accipiunt radices camelee in montibꝰ amalfie. ⁊ quoniam viden ꝛ assimilari. vt cūqꝫ in calore pōdere et sapore cum ligno aloe. sophisticant ipas. ponendo in vino ebullitionis pulueris ligni aloes per aliquos dies. quod deo ⁊ hominibus abominabile est quoniam camelea multū laxatiua est. Lignum aloes vero ē stipticum. Et camelea de se nullum habet odorē. sed lignū aloes est suauissimi odoris. ¶ Cassi. fe. capi. de ligno aloes. Lignum aloes tribꝰ modis est Uno modo fit in quadam regione. et dicitur caume. Est aliud quod fit in insula. In die maioris. et vocatur cumar. Tertium oritur in quadam regione. et dicitur fales. Eligendum est autem lignum Aloes quod non est coctum in aqua. Nam arabes faciunt ipsum bulire in aqua. et illa aqua vtuntur ad multa commoda. tale ergo lignuꝫ amisit spi

ritus ⁊ paucam aut nullam habet operatio
nem. ¶ Auicē. libro. ij. xilo aloes calida est ⁊
sicca in secundo gradu et est subtile aperiti-
uum opilationū. frangitiuum ventositatū

Operationes

A ¶ Pandecta. ca. xxxij. Lignum Aloe valet
contra debilitatem cordis. stomachi. epatis
B et cerebri. ¶ Contra cordiacam. contra retē-
cionē menstruorū ⁊ cōtra omnes passiones ⁊
debilitates cordis potissime ex frigiditate.
C ¶ Uinū decoctionis eius digestionē cōfortat
D ¶ Et stomachum in frigidatum calefacit. Et
si abominabile fuerit ponatur parum ligni
aloes integri in vino per noctem. mane vinū
E exhibeatur. ¶ Suffumigium ex eo factum
et receptum inferius a muliere perembotuz
prouocat menstrua. ⁊ suffocationes matricis
F medet. ¶ Similiter trifera magna sumpta
cum decoctione ligni aloes menstrua ꝓuo-
G cat. ¶ Fumus eius per nares receptus cere-
H brū confortat. ¶ Similiter si accipitur pul
uis ligni aloes ⁊ gariofilorum ⁊ ossis de cor
I de cerui ¶ Et cōficiātur cū oleo ⁊ inungat ca
put galli. in die illa ⁊ nocte nō cessabit cātare
K ¶ Cassius felix lignum aloes confortat sto-
machū. et omnia mēbra interiora. supfluam
corporis humiditatem expellit. maxime de
stomacho ventositatē dissoluit. opilationez
aperit vētrē cōstipat. fluxui vrine repugnat
L ¶ Serapion. Lignū Aloes ē cōpetens mul
tum habentibus egritudines in epate ⁊ ad
dissinteriam Et sedat dolorem lateris et est
ex fumigijs bonis ⁊ datur ex eo aureus vnus
⁊ remouet putredinē a stomacho et fortifi-
M cat ipsum. ¶ Et idem auc. atabari. Lignum
aloes stringit ventrem. ⁊ corroborat viscera
propter virtutem stipticā que ē in eo cū aro
maticitate. Et eijcit supfluitatem humidita
N tum corruptarum a corpore. ¶ Et idem auc.
Rasis. Lignum aloes est bonum stomacho
O humido. ¶ Et idē auc. ysaac abenaran. Lig
num aloes est bonū cerebro. ⁊ fortificat vis-
cera. Et expellit supfluitates humidas ⁊ fa
cit descendere flegma a cerebro quādo fit suf
fumigatio. cū eo. et maxime illud flegma qd
generatur ex vaporibus ascententibus a stoma
P cho. ⁊ expellit vētositates. ¶ Lignum aloes
remouet superfluitates humiditatis. ⁊ con-
Q fortat viscera. ⁊ ꝓhibet iraz. ¶ Et masticatio
eius facit oris odorem bonum et confortat
neruos. ⁊ acquirit eis vnctuositatem subti
lem. ⁊ confert cerebro valde. ⁊ confortat cor
et letificat ipsum. ⁊ confortat epar. ⁊ in ipso
est virtus cōstringens naturā. ⁊ confert dis-
R sinterie melancolice ¶ Et idem in de viribus
cordis dicit q confortat cor.

Caput. xx.

Ambra gre. latinum nuncupat. Am-
bra sm quosdam est sperma ceti pis-
cis. Et sm quosdam est fructus arbo
ris sub mari crescētis. vel gummi. vel mana
cor fontis in mari. Et sm quosdam est iecur
piscis. Et sm quosdam spuma maris. Et sm
alios ē stercus animalis marz. sed falso. qm
ambra generat sub mari in speciē fungorum
qui generant in terra. Calida ē in. ij. gradu
sicca in. i. circa finem. Sophisticatur autez
ambra cū ligno aloes storace calamita ⁊ lau
dano resolutis: addito musco resoluto in aq
rosarū. ⁊ apposita aqua in parua quātitate.
Sed cognoscitur. quia sophisticata potest
malaxari sicut cera. vera autem ambra non.
¶ Sera. li. aggre. cap. Hambar idest ambra
Nascitur in mari ⁊ generatur in speciē fun-
gorum q generātur in terra. Et quando ma
re turbatur eijcit a fundo eius lapides mag
nos. ⁊ cum eis eijcit frusta ambre. Et pluri-
mum ex ea ingreditur in mari qd est in ter-
ris gingios. ⁊ in occidente. ⁊ illa defertur al
ma cayde. Deferūt em illuc homines qui no
minant mihere. i. veloces qn nouerūt q ma-
re eorū eiecit ambrā. Melior autē ex ea est il
la q inuenitur in insulis illarū regionū: ⁊ in
littoribus ipius cū figura rotūda colorz celestz
Illa vero que est alba sicut ouum strutionis
est mala. ⁊ est illa quam deuorant quidam pi
sces magni qui dicuntur Azel: qui cū deglu
tiunt eā occidunt ab ea. ⁊ natant sup aquas
quos videntes homies de zingios: ꝓijciunt

super eos vncos ferreos. ⁊ extrahunt ipsos de mari ⁊ extrahūt ambram de ventre eorum ⁊ est ambra non bona: maxime que in ventre reperitur et nomināt eam apotecarij persie maioris madi. Verum illa q̄ reperitur iuxta spinam dorsi. est pura et munda multum: et bona valde. ¶ Aui. li. ij. ca. de ambra. Ambra est cali, et sic. Et dicitur q̄ sit caliditas eius in ij. et siccitas in primo gradu.

Operationes

A ¶ Pan. ca. xxxviij. Contra sincopim accipe. ʒ. i. ambre. ⁊ ʒ. i. ligni aloes. et ʒ. ij. ossis de corde cerui. q̄ omnia resoluantur in aq̄ ro. et fiant pillule ⁊ propinentur. ¶ Contra epilentiā. pone ambrā ⁊ cornu cerui in vase vitreo super carbones ⁊ patiens suscipiat per os ⁊ nares ⁊ multū valet. ¶ Contra suffocationē matricis q̄ oppmit spiritualia. ponat̄ similiter in vase vitreo cū alijs aromaticis: ⁊ recipiat̄ fumus p̄ os vulue. ¶ Sera. Ambra confortat cerebrū: et corroborat ipsum et sensus oēs ⁊ cor: ⁊ ꝯfert sensibꝫ ⁊ frigidis cōplexionibꝫ. ¶ Sera. Ambra virtutē cerebro prestat. ⁊ ceterꝫ sensibꝫ seu cordi. adiuuat q̄q̄ senes et illos q̄ a frigidis humoribus possidentur.

B

C

D

E

F ¶ Aui. Ambra ꝯuenit decrepitis subtilitate sua: ⁊ ꝯfert cerebro ⁊ sensibꝫ ⁊ ꝯfert pectori. Et idem de viribꝫ cordis ait. q̄ ꝯfortat cor. Almāsor. tra. iij. ca. de ambra. Ambra calida est: Cerebrum quoq̄ atq̄ cor robusta efficit.

Caput. xxj.

Ambrosia alias ambria vagi nominis ē. Pli. xxvij. Ambrosia circa alias herbas fluctuās. vnum fruticem densum ramosum tenuē. triū fere palmarum habet. tertia parte radice breuiore folijs rute. circa imū caulem. semen est vuis dependentibus. odore vinoso. Qua de causa botrꝫ a quibusdaꝫ vocatur: ab alijs arthemisia. Coronātur illa capadoces. ⁊ vsus eius ad ea que discuti opus sit. ysidorus. li. ethi. Ambrosia est herba quā latini apiū siluaticum vocāt. De qua Virgili. ait. Ambrosieq̄ come diuinuꝫ virtute odorē aspirauere. ¶ Dyasco. Ambrosia quā multi botrim vel arthemisiaꝫ dicunt frutex est multas habens virgas tribꝫ palmis longas. ⁊ folia initio minuta rute similia. virge sunt plene semine.

Operationes

¶ Galienus. vi. sim. far. ca. de Ambrosia siue apiū siluaticū vim hēt stipticā ⁊ repcutiētē A

¶ Omne corporis reuma prohibet: cathaplasmati adhibita. B

¶ Ipsaq̄ cum vino bibita rotundos lumbricos excludit. Et succus eius cum lana imposita mulieris fluxuꝫ extinguit. Eademq̄ turbores oculis inuncta prohibet. C



Caput xxij

Amomū. Dyas. ca. de amomo. Amomū genus ē odoratissime herbe cuius frutex ē similis botruo: in circuitu cuiuslibet arborū nascēs. ramulos habet siccos ⁊ duros virgulis. similes colorū subruffi. circa q̄s foliola iūcta ⁊ copiosa ex tirso butruosum semē rodēs ⁊ sibi cōnexū florē albū veluti viole folijs similibus brionie. Cuius triplex dat spēs. Est eñ qd appellat armenū ceterū melius aurosi colorū vel flaui: odorū boni. Aliud ē quod appellat medicō ꝑmo inferius. nascit in locis humectis: ⁊ propterea forma maius atq; viride ⁊ lene tactu: saporē origani habēs. Tertiū vero qd appellat ponticum. rufum ē ⁊ nō longū: nec difficile frangibile: butruoso semine plenū et odore ꝑcussibile. i. stipticū. Eligēdum autē ē recens ⁊ albū, virgas purpureas habēs expansum et semine plenū. ¶ Pli. ca. de amomo. Amomum vocat eo q̄ veluti odorē cinamomi iferat nascit in syria ⁊ armenia frutex est botruosum semen reddēs sibi cōnexū. flore albo veluti viole figura folijs similibus brionie. odore etiā bono somnū incitat. Et est ca. ⁊ sic. in. iij. g̃. ¶ Gali. vi. sim. far. ca. de. amomo Amomū hoc quidē videtur s̄m virtutē assimilari acoro. nisi q̄ siccus plus ē acorus: digestibilius vero amomum Et dixit Gali. in quita amphorismorū. q̄ omnia alia calida forti caliditate sunt similia. scz in hoc amomo. sicut sunt cassia lignea. tapsus. amomū cinamomū. et faciūt sodam. Et similit faciūt plures alie ex speciebus q̄ sunt subtiles ⁊ calide. Et q̄dam adulterāt amomū cū plāta q̄ dr amomides. eo q̄ similat amomo. nisi q̄a nō habet odorem eius nec tale semē. ⁊ nascit in armenia. ⁊ flos eius est similis origani. Si vis nō decipi ab hac vel a similibus caue a planta q̄ est nimis iuuenis. ⁊ elige illā cuius rami egrediūtur ab vna radice. Virtus eius est calefactiua.

Operationes

¶ Dyas. Amomū est p̄stans somnū. tumores etiā cathaplasmatibus admixtū sedat. Miscetur diuersis ātidotis et mirris ⁊ varijs odoribus grate miscet. ¶ Sera. Amomū inducit somnū ⁊ sedat sodā q̄n emplastrū cū eo fit sup frōtē. et maturat ap̄ata calida: ⁊ ꝯfert pūcture scorpionis: q̄n fit emplastrū cū eo et ozimo et ponit sup locū pūcture. ¶ Et idē auc. humaym filij ysaac. Amomū ē res q̄ iebriat. etiā de ꝓprietate eius ē q̄ inebriat ⁊ facit dormire. ¶ Aui. Amomū maturat ap̄ata ca. Et eius decoctio bibit ad podagrā ⁊ sedet i ea. Et ꝯfert doloribus matricis. ⁊ intrat i pessarijs matricis. ⁊ sedetur in decoctione eius ad dolorē tenum. ¶ Almansor trac. iij. ca de amomo. Amomuz ca. ē. ⁊ sic. qd ad opilationem epatis ex frigiditate est ꝓficiens dolorē. aufert matricis. in capite tamen grauedinem ⁊ dolorem atq; scothomiam generat.

Caput. xxiij.

Ameos. Serap. li. aggre. c. nachara id est ameos. auc. Dyas. q̄dā nomināt ipm pomū anthomaticō. id ē ciminū ethiopiū. Verū natura cimini ethiopij ē alia a natura ameos ⁊ est notū. Est nāq; semen fere simile cimina ethiopio. nisi quia ē minus eo multum ⁊ albius ⁊ durius: ⁊ in suo sapore ē de similitudine saporis origani. Et illud qd est eligendū ex eo est illud qd est recens ⁊ mūdum. Et idem auc. Galie. Magis iuuatiuū quod est ex eo semen eius. ⁊ in sapore eius est amaritudo pauca ⁊ acuitas. ⁊ virtus eius est que calefacit ⁊ siccat in tertio gradu.

Operationes

¶ Dyas. auc. aben mesuay dixit q̄ prouocat vrinā et semen est bonū fe. antiquis. ¶ Et q̄n eius decoctio ponit super puncturā scorpionis aufert dolorē. ⁊ ē bonum frigiditati stomachi et epatis et aufert opilationem. et sedat nauseam. et desiccat humiditates stoma

C chi. ¶ Et est bonum humiditati q̃ est in pectore et mundificat vias renum ⁊ vesice. et extrahit lapidem ex eis postq̃ fuerit factus

Caput xxiiij

AMidũ vel amilũ. ⁊ est succus frumenti. ⁊ dr̃ amilũ ab a qd̃ est sine et melos grece. i. mola eo q̃ sine mola fit: vnde amidũ siue amilun est medulla frumenti qd̃ infundit̃ ⁊ tundit̃ donec furfur suũ dimitat. deinde cũ aqua mittit̃ in sportulã. ⁊ cũ pressura colat̃. cũ in vno vase velut fex recederit aqua effusa in sole siccatur post hoc leuiter stringat̃. ¶ Cassius felix. ca. de amilo. Amidum temperate caliditatis est ⁊ humidũ qd̃ sic fit. Frumentum in aqua frigida ponat̃ ꝑ diem ⁊ noctẽ ⁊ de die in diẽ aqua remoueat̃ quousq̃ frumentũ videatur putrefieri. deinde aqua remota optime teratur ⁊ cum eadẽ aqua optime confectũ per pannum exp̃mat̃ et soli exponatur vt exsiccetur vsq̃ ad aque cõsumptionem. ⁊ frequẽter remoueat̃ aqua frigida donec dealbet̃ qd̃ residet desiccatur ⁊ induratur. Sera. li. aggre. ca. de ami. Amilũ infrigidat ⁊ desiccat plus q̃ frumentum. Et melius ex eo est illud qd̃ fit in estate. Et modus operationis ei⁹ ẽ vt accipias de frumento ⁊ ipm bene purges: ⁊ infundes in aq̃ dulci. ⁊ laues ip̃m cũ ea ⁊ post proijce aquaꝫ illã cũ qua ip̃m lauisti ⁊ fũde super ip̃m aquã aliã ⁊ facies ita q̃nquies in die ⁊ si potes in nocte sil̃r. ⁊ qñ mollificat̃ oportet q̃ eijcias aquã ei⁹ cũ facilitate sine agitatiõe aliq̃: ne aq̃ egredieť aliq̃d de lacte. Et postq̃ hoc fecer̃ calca cũ pedibꝫ ⁊ ꝓijce ip̃am aquã. et qd̃ supnatauerit sup aquã ex furfure collige cũ caccia ꝑforata. ⁊ abijce r̃siduũ. postq̃ ꝑo purgatũ fuerit a furfure ⁊ colatũ pone sup lateres nouos ⁊ expone soli calido. ⁊ si remãserit in eo aliqua humiditas pone super ignem. Et sapor ei⁹ ẽ acetosus. ⁊ virtus eius ẽ pauce caliditatis sed ẽ cõpositum ex virtutibus cõtrarijs. Nam vna est frigida propt̃ acetositatem q̃ est in eo. et alia calida a caliditate eius que est a farina. q̃ ẽ in eo a calore putrefaciente. Est aũt optimũ amilũ recẽs ⁊ candidum ⁊ leue sine vllo acere ⁊ inq̃noso odore

Operationes

¶ Dyas. Amilũ facit ad abstinendum reuma oculorũ. alta vulnera oculis replet. aspredinẽ oculorũ tollit. ¶ Sanguinem reijcientibꝫ bibitũ singulare presidiuꝫ est. ¶ Aspredines arteriarũ distenit. Jus collo lactis miscet̃ fluxum ventris stringit valde. Potest autẽ leuit̃ stringere propter qd̃ in collirijs lachrymas stringentibꝫ miscet̃. valet similit̃ contra apostemata spiritualiũ et tussim. coctum in aqua ordei cum lacte amigdalarum additis penidijs. ¶ Serapio. Amilum cõfert humoribꝫ currẽtibꝫ ad oculos ⁊ vlceribꝫ que dicũt̃ fel scoles. ¶ Et quãdo bibitur abscindit sanguinem qui venit a pectore et lenit asperitatem gutturis.

¶ Et quãdo miscetur cum lacte in aliquo cibo hoc idem facit.

Caput. xxv

Amigdala grecũ nomẽ est. latine nux longa dicit. Cunctis arboribꝫ por se flore ꝯuescat. ⁊ ad ferẽda poma arbusta: cetera ꝓuenit. Ex his alie sũt dulces: alie amare. Sed agricole huic generi sic mederi ferũt. Terebant eius radicem: ⁊ in mediũ inserũt surculum arboris q̃ picea dicit. q̃ facto succi amaritudo deponit. Hec ysidorus.

¶ Plini. li. ij. Arbores quedaꝫ prime germinãt. ⁊ ĩter nouissimas nudant. vt amigdali ⁊ fraxini ⁊ sambuci. ex his nempe que aquila hieme oriẽte cõcipiũt. Primo oĩm amigdale florẽt mẽse ianuario. Pomũ vero maturant mẽse martio. Perditq̃ facillime fructũ ante maturitatẽ amigdala. sicut ⁊ ficus ⁊ palma. Ex. li. de natu. rerũ. Amigdalus in locis calidis fructu abundat. Frigidioribꝫ aũt locis arbor vetusta flore fecunditatem negat.

Operationes.

A ¶ Pli. li. xxiiij. Amigdale amare radix decocta cutem in facie corrigit ⁊ colorẽ hilariorẽ facit. Nuces ipse somnũ faciũt ⁊ auiditatem. ¶ Aui. Arbor amigdalarũ amararum cũ optime terit atq̃ cũ aceto ⁊ oleo rosaceo permiscetur: ⁊ inde fit emplastrum fronti cõfert soda. Radix etiã eius cocta ⁊ super pannum linita. fortis est medicina. ¶ Constantinus in libro gra. Radix amigdale amare puluerisata: ⁊ cũ aceto tẽperata: fit bonum vnguentum cõtra lentigines et impetiginẽ omnesq̃ sordicies cutis. et maxime contra morfeam. Cuꝫ vino potui data tussim curat lapidẽ frangit. ¶ Dya. ca. de amigdalis. Arbor amigdalarum dulcium ẽ debilioris operationis q̃ amararuꝫ arbor. et amare sunt subtiliatiue ⁊ prouocatiue vrine. ¶ Sera. aucto. arthigenis dulces amigdale sunt calide ⁊ humide in primo gradu. ¶ Et idẽ aucto. Mesuay. Quando comedũtur cum cortice suo stringũt gingiuas. ⁊ sedat qd̃ accidit in ore ꝓpt̃ suã ponticitatẽ. Et qñ comeduntur cũ zuccaro suo descẽdunt a stomacho ⁊ qñ sicce torrefiũt: sunt ꝯueniẽtiores stomacho: et augẽt sperma sicut auellana ⁊ fistici. ¶ Idẽ. auc. albugerig. Gũmi eaꝝ administrat sicut gũmi arabicũ ⁊ prunaꝝ. ¶ Galie. vi. sim. far. de. amigd. Dulces amigdale ĩ eis ẽ amaritudo eaꝝ occulta que non apparet sensui: q̃ vicit in eis dulcedo. veꝝ qñ veterascunt apparet manifeste. Virtus earũ temperata est cũ caliditate. preualet eñ in ipsis abstersiua et subtiliatiua substãtia. propt̃ quã expurgat viscera. et pulmonem et toracem. expuitiones operantur humorum. ¶ Rabbi moyses ca. de amigdalis. Dulces amigdale prouocant somnum temperatum. et coquinatum cum eis humectat ventrem. et sunt laudabiles et saluant substantiam cerebri.



Caput. xxvj.

Anacardus pediculus elephantis ab imperitis medicis dicitur. quod ẽ falsum sed est fructus cuiusdam arboris que vocatur pediculus elephantis. ¶ Auicenna libro secundo. Anacardus est fructus similis ossi dactili. ⁊ medulla eius est similis medulle nucis dulcis in quo nõ est nocumentum. Et cortex ipsius est rarus frangibilis: in cuiꝰ raritate ẽ mel: viscosuꝫ habens odorem. Et sunt homines q̃ ipsum masticant et non nocet eis: ⁊ proprie cum nuce. calida est et sicca in quarto

Operationes

¶ Auicenna. Eius mel est vlceratiuũ apostematum ⁊ adustiuum sanguinis. ⁊ humorum Eradicat verrucas. ⁊ aufert albaras: et eradicat barulos. et sanat alopitiam flegmaticam. Cõmouet etiam calida apostemata in interioribus. A

¶ Confert frigori neruorum. et eorum mollificationi. et paralisi et torture. ¶ Confert corruptioni memorie: cũ eius cõfectio nota anacardinũ sumit. sed tamẽ cõmouet alienationem et melancoliam. ¶ Suffumigantur B C D

cum eo emorroides ⁊ exsiccant. Est ex summa venenoꝝ. ⁊ adurit humores ⁊ interficit.
C ¶ Ex eius quidem tiriaca est lac vaccinū butiro inde extracto. Et oleum nucis eius frāgit virtutem. loco eius ponitur quintupluꝫ ponderis eius de badaham. ⁊ quarta pōderis ipsius d̄ oleo balsami. ⁊ tertia ponderis ipsius de napta alba.

Caput. xxvij

Anetum est herba hortulana odorifera. Platearius. Aneti semen principaliter cōuenit vsui medicine. radix secundario: herba vero tertio. ¶ Palladius. Mense februario anetū seuitur locis frigidis. Omnē statuꝫ celi patitur/ sed tepidiore locatur. Rigādum est si se abstineat imber. serendum est rarius. aliqui semen eius non obruunt. Opinantes q̄ a nulla aue tangat ¶ Serapion li. aggre. cap̄. Uebet id est anetum omnibꝫ notū est. virtus eius est que calefacit in fine tertij gradus. ⁊ desiccat in prīcipio scd̄i. ¶ Galienus. vi. simpli. farma. s̄m translationem grecam. Anetū calefacit quidem adeo semp̄ vt scd̄i gradus ipsum intensi putādum. vel. iij. remissi. in sic. vero. ij. gradus est inchoanter: vel primi intensi.

Operationes.

¶ Merito ergo coctum in oleo diaforeticū ⁊ immolestum somniq̄ factiuū et digestiuū crudoꝝ. necnō indigestoꝝ humoꝝ existit: appropinquat vtiq̄ oleum qd̄ ex eo aperitiuis digestiuis farmacis dictis: nili quia paulo calidius illis ⁊ subtilium partiū est. Et ideo diaforeticum. Ustum vero tertij fit gradus calefactiuum ⁊ siccum. ⁊ ideo mollibus vulneribꝫ appositū prestat operam. ⁊ presertim eis que in pudendis. humidius aūt ⁊ minus calidus ridere est ad hec. et cuchinum quasi digestibilius est ⁊ somni factiuum A
¶ Et idez Serapion auc. aben mesuay. Anetum est caliduꝫ. inducit somnum. ⁊ oleū eius est bonū ventositatibꝫ. Et semen eius in polentis positū/ multiplicat lac quando accipitur solum minuit sperma. ⁊ debilitat visum. maxime nimius vsus eius. B
¶ Paulus capi. de aneto. Decoctio eius valet stranguiriosis ⁊ dissurijs data. ⁊ potissime syrupus factus ex decoctione eius ⁊ zuccaro. C
¶ Plinius. li. xx. Anetū ructus mouet. ⁊ tormina sedat. alitū sistit. Cinis eius vuā leuat oculos ⁊ geniturā hebetat. D
¶ Ad emorroidas/ Accipe pulnerem vrtice et puluerem Aneti: confice cum meile/ et iunge emorroidas. E

Caput. xxviij.

Ante florum vel flos vitis agrestis. Vel flos vitissi. Idem sunt Dyas. ca. Enantium id est ante florum. vel flos vitis agrestis q̄ cum ceperit florere. colligendi sunt flores ipsi et desiccandi. et alio nomine vocatur vitis ista labrusca flores eius optime redolent et siccantur in vmbra: et in testa reponendi sunt. ⁊ melius nascit in syria

Operationes

A ¶ Dyascorides. Virtus est ei stiptica vnde si bibitum fuerit eustomaticum est ⁊ diureticū ventrem stringit. sanguinem reijcientibꝰ subuenit. et bibitum et impositum stomacho fetorem oris emundat. digestionem stomachi celebrat. mixtum oleo et aceto dolorem capitis fomento tollit. ¶ Succus viridis in cathaplasmatibus adhibitus vulnera recentia sine tumore seruat. Egilopas in initio vulneribus oris et gingiuarum vtile est.

B ¶ Vulnera ad sanitatem perducit. melle addito et oleo rosarū et croco ⁊ mirrha ¶ Pessarijs necessarie adhibet fluxus matricis pessario facto stringit. reuma oculis suspendit.

C ¶ Cataplasmatibꝰ adhibitū stomachi egestionem soluit. et maxime cum polenta ⁊ vino mixtum et impositum. ¶ Combustum vero in testa cū carbonibus collirijs bene miscet: Panaricia oculoꝝ ⁊ pterigea purgat melle addito reuma gingiuarum. ⁊ vulnera curat

D

E

F

Caput. xxix.

Anisum. Platearius. Anisum quod alio nomine ciminum dulce dicit: semen est cuiusdam herbe simili nomine appellare. Et est calidum et siccū in tertio gradu. Virtutem habet dissoluendi ⁊ consumendi. ¶ Dyasco. ca. de aniso. Anisum feruētis est virtutis. scz calidum ⁊ siccum. ⁊ nature mictualis ⁊ scarotice id est incensiue.

¶ Sera. li. aggre. cap̄. Aneisin auc. Dyascori. Aneisin quod de eo est recens est bonum. habens grossa grana plena ⁊ nō excoriatur quando fricatur excoriationibus similibus furfuri. Et habet odorem bonuz fortem. Et illud quod est ex insula Cretensi est melius. Et post illud est babylonicum. Hispanicum vero est deterius. Et quod ex planta eius ē magis iuuatiuum est semen eius. ¶ Galienꝰ. vi. simpli. farma. ca. de aniso. Sapor eius ē acutus amarus modicū. Et virtus eius est q̄ calefacit ⁊ desiccat in tertio gradu ꝓpterea ergo ⁊ diureticū est. Ventositates aūt q̄ sm ventrē sistit. ¶ Auicēna libro. ij. ca. de aniso. Anisum est semen feniculi romani acuitatis maioris q̄ nabati. Et ex eo meliꝰ ē qd est ponderosū. ⁊ ē calidum ⁊ siccū in tercio gradu

Operationes

¶ Dyascorides. Anisum quia mictualis est virtutis yctericis medetur. sitim tollit. bibituz venenis occurrit. inflationes amputat. ventrem stringit. menstruis imperat. ¶ Lac mulieribus ꝓuocat ⁊ auget. bibituz ventrez stimulat. Fumigatione naribus adhibitū ⁊ dolorē capitis tollit. ¶ Auriuz dolorem cum oleo rosarū adhibitū mitigat. ventositatem ventris tollit ⁊ dolorē. A B C

¶ Optimū aūt est creticum. deinde egyptiū. Gallicū vero meritissimū. Paulus capitulo de aniso. ¶ Contra liuorem ex percussione conteratur ciminū ⁊ anisum. ⁊ incorporētur cum cera ⁊ calidum superponatur. D E

¶ Anisum similiter auget lac ⁊ sperma aperiendo meatus ⁊ mūdat humiditatē matricis F

¶ Almansor tractatu tertio capitulo de aniso. Anisum calidum est qd ventositatis dissolutiuum existens. epatis aperit opilationē coeundi: preterea voluntatem stimulat. G

¶ Serapion libro aggrega. auctoritate Dyascoridis. Virtus eius est desiccatiua ⁊ calefactiua. Et expellit vētositates a corpore ⁊ sedat dolorem. ⁊ prouocat vrinam ⁊ sudorem. ⁊ confert hydropisi. H

¶ Et abscindit sitim. que fit ab humoribus salsis quando sumitur in potu. I

¶ Et est cōueniens venenis ⁊ inflationibus et stringit ventrē. ⁊ abscindit humiditates: K

albas a matrice fluentes. et prouocat lac.
L ¶ Et excitat libidinem. et quando attrahit odoratu fumigatio vaporis eius sedat sodā
D ¶ Et quando teritur ⁊ miscetur cuz oleo ro. distillatur in aurem. curat quod intra ipsaz accidit ex casu aut percussione. ⁊ sedat dolo
A rem eius ¶ Et idem auc. bugeri. Aperit opilationes epatis. splenis renum et matricis. Et mundificat vias que ab humoribus opitusantur. Et propter hoc confert febribus antiquis. ⁊ habet in se acuitatem propinquam adustioni. quare soluit ventositates maxime cum ipsum assatur. ¶ Auicenna. Anisum
D est apetitiuum cum stipticitate parua. Et ē sedatiuum dolorum. et resolutiuum ventositatum: et proprie si assetur. et in ipso quidem est acuitas que medicinis adurentibus fit vicinum.



Caput. xxx.

Antilis est herba de qua. f. t sal a koli Dyascorides. Duo sunt eius genera. Unum habet folia lenticulis similia Alia habet folia similia camepithi Prima habet hastam altam duobus palmis erectam cum foliis mollibus. Radix est illi minor et tenuis Nascitur locis herbosis et solaris gustu salsa

Secunda est que folia et hastas similes camepithi habet. sed asperiora et minora. florem purpureum et odorem grauem radix cicoree similis.

Operationes

¶ Galienus sexto simplicium farmacorum A
cap. Antillis. Duplex quidem est. ambe tamen mediocriter siccant. vt ⁊ vlcera solidēt. Altera vero que camepitheos assimilatur. plus vtiq; q̄ alia subtilium partium est: vt epilent. cis conferat. hec autem et abstersiuior q̄ altera est. ¶ Almansor tractatu tertio B
cap. vsnen. id est. antillis calida est et sicca que purgat et aperit epilationez. carnemq; corrodit superfluam. vniuersaliter autez omnium istarum herbarum bonum habentiuz odorem q̄ plures calide sunt. nisi ille exquibus sentitur illud quod diximus scilicet frigiditas manifesta: sicut sentitur in aqua rosata et camphora atq; sandalis.

Caput. xxxi.

Anthos vel Rosmarinus quod idem est. ¶ Serapio libro aggregatoris capitulo Laieralmarien. id est Anthos inquit. Est arbor maris et est alpinalfac et xacola. Et dicit auctor Dyascoridis. Species rosmarini sunt tres. Una earum habet semen quod nominat fachi. Et habet folia similia foliis maratri. nisi quia sunt la

tiora parū grossiora. ⁊ extenditur super terraz circulariter. habens bonū odorez et longitudo stipitis ei⁹ est vnius brachij et plus. et habet multos ramulos sup q̄rū summitates sunt capitella in quibus est semen albū simile semini plante que dicitur spōdilion mūdum angulosuz. acuti saporis. in cui⁹ odore est simile odori resine pini. et q̄ndo masticatur mordicat linguaz. Radix ꝟo ei⁹ est alba multū. cui⁹ odor est sicut odor thuris. Et est species alia supradicte. nisi quia semē eius ē latum nigrū simili plāte spōdilion. habens odorē bonū sed mordicat linguā. ⁊ habet radicē exteri⁹ nigrā. interius vero albam. Est species alia similis supradicte. nisi quia ipsa nō habet stipitē nec semen nec florē. ⁊ nascit libanotidis locis petrosis et agrestibus.

¶ ysi. Rosmarinū latini ab effectu herbā salutarē vocant. folia habēt feniculi similia atq̄ aspera. ⁊ rotatim terra prostrata ¶ pla. Rosmarin⁹ ē herba calida et sicca: cuius folia ⁊ flores cōpetunt vsui medicine. flos autē anthos dicitur vnde fit electuariū qd̄ d̄r dyāthos. In locis marinis crescit vnde ⁊ nominat. hēt ꝟtutē ꝯfortādi ex aromaticitate dissoluēdi ex caliditate. extergēdi ⁊ mūdificādi: ⁊ ꝯsumēdi ex siccitate ⁊ virtutē dyaforeticā ex calore aperiente. Cūq̄ calida et sicca esse dicatur in excessibꝰ ab auctoribꝰ nō determinatur herba ipa libanotides vel dentrolibanū dicitur quidā tamē dicūt q̄ sit frutex. alij vero q̄ herba sit. Cum inuenitur in medicinis receptio anthos vel rosmarini. debēt poni flores folia vel libanotidis vel dentrolibani. Flores ad solem desiccati. per annum seruātur i efficacia multa. Similit' ⁊ folia.

Caput. xxxij.

Ancusa ē herba cui⁹ radix digitos inficit cōtrita. Sanguinei quoq̄ coloris ē. vnde etiam pictoribus ad purpurā effingēdam vel efficiendā in vsu ē. Ex herbario ancusa duplex est. Una quam affabatā vocāt. alia que maxime medicine apta est. hec in terra pressa. spinosis folijs sine caule nascitur. et mense februario legitur.

¶ Dyascorides. Ancusa duo st' genera Una siquidē habet folia lactuce similia. sed acuta ⁊ aspera ⁊ integra ⁊ spinosa. Radix ē ei grossitudinē habens digiti. coloris sanguinei. in estate digitos inficiēs. Nascitur in locis cultis habēs in Egypto folia sup terrā sparsa. virtutis redarguentis est. radix medetur combustionibus.

Operationes

A ¶ Contra sincopim ⁊ cardiacā passionē datur dianthos cum vino ossis de corde cerui. Vel decoctio fit in vino vel aqua rosaruz. ipsumq̄ vinū datur patiēti.

B ¶ Cōtra frigiditatē aut debilitatez cerebri rosmarini decoctio in vino fit ⁊ patiēs disco

C operto capite fumum recipit ¶ Contra vue humiditatē acetū vel vinū decoctionis eius gargarisatur.

D ¶ Cōtra stomachi frigiditatē ⁊ ad digestionē cōfortandā dianthos vel vinū decoctionis ei⁹. ⁊ masticis nascitur.

E ¶ Cōtra stomachi dolorē ⁊ ītestinorū ex vētositate vinū decoctionis ei⁹ ac cimini ponatur

F ¶ Ex sinonomis notādum q̄ hoc nomen āthos apud grecus pro quolibet flore sumitur sed apud nos proprie rosmarini vel libanotidis anthos dicitur.

Operationes

¶ Dyascorides. Cera ⁊ oleo additis vulnera renum optime curat. A

¶ Ignē sacrū cum polenta extinguit. maculas corporis ⁊ lepras cū aceto imposita emūdat ¶ Supposita menstruis imperat. abortum facit. ¶ Eius elixatura recte mulierum stericis adhibetur Nefreticis aut splenetic' opitulatur. ⁊ cū vino febrientibus ¶ Eius quoq̄ folia ventrē stringūt cū vino bibita. Ipius herbe decoctio mēbrū arcuatū sanat ¶ Radix eius in oleo decocta et cera: facit ad combustionem. B C D E F

Caput. xxxiij.

Caput.xxxiij.

Apium. ysidorus in libro ethimologiarum. Apium dicitur eo q̃ apex id ē caput antiquorum eo coronabatur. Hanc herbam hercules primus capite circumtulit. ¶ Auicenna Apium aliud montanum aliud siluestre aliud domesticum. et aliud quod oritur in aqua domestico minus cuius est sicut domestici virtus. Est et alia spēcies eius que nominatur sumurion minus domestico Crus habens concauum ad albedinem decliue. fortius est romanum montanum. Est autem in primo calidus. in secundo siccum. ¶ Pandecta capitulo quinquagesimo. Apij plures sunt species. Nam est apium domesticum vel ortiuum. Et ē apium rānum siue apium risus. Et est apium emorroidarum. Et est apium quod dicitur cerefolium. Et est apium campestre. Et est apium hyspanum. Et est apium persicū. Et est apium agreste. Et est apium montanum. Et est apium aquaticum. Et est apium rusticū. Et est apium quod dicitur regalia. Apium domesticum omnibus notum: quod Dyascorides vocat ortiuum quod calidum est in principio tertij gradus. siccum in medio eiusdem cuius semen maioris est efficacie. secundario radix. tertio herba. Cum autem in medicina receptio apij simpliciter inuenitur semen apponendum est. quod a multis selinum appellatur. licet tota herba sic vocetur.

¶ Palladius. Et apij genere est yposelinon durius. aut austerius. et oleoselinon molli folio et caule tenero. quod nascitur in lacunis Et petroselinon quod maxime in locis asperis. hec omnia genera possunt habere diligentes in orti cultura.

¶ Constantinus. Est autez apij genus quod vulgus cerefolium vocat de quo scilicet dicitur inferius.

Operationes

¶ Apium domesticum prouocat vrinam et menstrua et resoluit ventositates. et proprie semen eius. A

¶ Succus eius in quo saxifragia decocta fuerit stranguiriosis ⁊ dissurrijs subuenit. Vel saxifraga. grana solis. filipendula ⁊ lapis lincis coquantur in succo apij. et in colatura addito zuccaro fiat sirupus qui mane det cū calida B

¶ Succus apij agrestis vel acetum et oleuz violatum vel rosatum misceantur. ⁊ buliant in vase vitreo ad ignem. Et cum tali oleo calido caput patientis inungatur. valet contra litargiam ⁊ frenesim. prius capite raso. C

¶ Succus decoctionis apij ⁊ tamarisci splenis et epatis opilationem soluit et duritiem sed proprie splenis. D

¶ Aliud Sumatur decoctio radicis: apij feniculi petrosilini. fiat sirupus contra yctericiā ex succo apij et scariolarum. ⁊ detur cum calida. E

¶ Contra hydropisim radix apij et feniculi buliat in succo fumi terre. et in aqua decoctionis addito zuccaro fiat syrupus. miromodo consumit flegma. F

¶ Fiant etiam istileuco flegmaticis et yposarrica laborant ℞. Recipe succi apij lib. i. succi scariolarum lib. ß. masticis. ʒ. i. facta decoctione coletur. postmodum addito zuccaro fiat syrupus in fine decoctionis addatur pulueris esule. ʒ. ij. et pulueris reubarbari. ʒ. ß. mane cum calida exhibeatur contra amphimerinam precedat purgatio. deinde coquatur agaricus cum succo apij in pomo coloquintide. vel in malo terre vacuato seu cauato. et decoctio talis detur quotidie patienti. G

¶ Nota q̃ apium nocet pregnantibus: quia virtute sua dissoluit retinacula fetus. H

Caput.xxxiiij

Caput.xxxv.

Apium rusticum est Apium quod dicitur regalia. et est herba cuius succus ingreditur in quadam cõfectione ad scabiosa vlcera in antidotario virili.

Operationes

A ¶ Succus eius radicis cũ aceto fricatus: valet contra scabiem et vlcerationem.
B ¶ Galienus sexto simplicium farmacorum capitulo de ambrosia siue apium rusticum habet vim stipticantem siue repercuciẽtem.
¶ Oculis valet illitum cum mellecta vt sub inde foueantur.
C ¶ Opilationem epatis soluit.
D ¶ Et est resolutiuum inflationis aperitiuũ opilationis et sedatiuum dolorum.
E

Caput.xxxvi.

Apium siluestre. ¶ Galienus octauo simplicium farmacorũ capitulo apium siluestre alij selinum vel equinum alij vero alexandrinum nominant. et eodez genere est. Et hoc cum selino et petroselino macedonico. et erit quidẽ selino fortius. petroselino vero debilius. menstruorum vrinarumq; ductiuum est et vrinatiuum.

Operationes

A ¶ Apiũ siluestre virtutẽ habet in semine ei⁹.
B ¶ Auicenna. Apium siluestre est vlcerarũ impediens et magis calefactis cõueniens.
C ¶ Apium siluestre confert alopiciam habenti. et fissuris fugoris ac verrucis.
D ¶ Apium siluestre in emplastro vlcerat. et cõfert scabiei et impetigini. ac vulneribus vsq; ad sigillationem.
E ¶ Est autem malum epilentie exsiccans eam. Pisces quoq; si egrotant in piscinis apio siluestre viridi recreantur.
F ¶ Contra opilationem splenis et epatis valet semen apij siluestris sumptum cum vino

De Herbis.

Apium emorroidarum. ¶ Galienus sexto simplicium farmacorum capitulo Botrachion inquit. Apiũ emorroidarũ est cum folijs guttaticis guttisquasi sanguinis melancolici. calida ⁊ sicca est vehementer radix. ⁊ similiter tota herba.

Operationes

A ¶ Apium emorroidarum in vino coctum cathaplasmetur natibus. emorroidas inflatas ⁊ flegmaticas excitat

B ¶ Cauendum tamen est ne eis fluentibus hoc fiat si sine fluxu cum tumore ⁊ dolore et extensione illarum venarum fuerit dolor mitigat ⁊ tumorem siccat. et ob hoc apiũ emorroidarum dicitur.

C ¶ Item scabies ⁊ lepras excoriat ⁊ vngues leprosos.

Caput. xxxvij

Appios id est camebalanos. Et secundum quosdam dicitur. raffanus agrestis. Et dico ſm quosdam. quoniã secundum veritatem raffanus agrestis est ille qui describitur infra iiij capitulo Raffanus agrestis. ¶ Dyascorides capitulo appios. Appios hastas habz duas vel tres viscosas ⁊ teneras ⁊ rufas. Folia sunt ei rute similia oblonga ⁊ viridia ⁊ parua. ⁊ semen paruum cuius radix est affodillo similis: sed obrotũda similis pile lachrymo plena. deforꝫ nigra: intus alba. radices eius duo sunt sup terrã.

Operationes

¶ Radices accepte vomitum faciunt. Colerã et flegmam excludũt. radices eius de subtus id faciũt. Omnis vero causa et accepta omnia similiter facere nouit. A

¶ Lachrymũ eius sic colliges. Incide radices et in aquam mitte quod supernatauerit cum penna collige sicca ⁊ repone B

¶ Dyascorides. Si obulorum semi triũ modo datum potui per ventrem: purgationez facit. Herba autem ipsius superiora vomitum faciunt: ⁊ inferiora ventrem purgant C

Caput. xxxviij

Aprostilla. Pli. ca. Aprostilla est herba vncos duos siue tres spargit i terra rubentes. folia habet rute similia. radices vt cepe sed ampliores quaz quidam raffanū agrestē vel siluestrē vocāt. intus habet medullam cādidā. extra cortices nigros nascit in mōtibus t asperis aliquādo et vmbrosis locis.

Operationes

A Plinius. Aprostilla purgat iferia et superius
B Excitat libidinem in viris t mulieribus.
C ¶ Et ppter hāc causam phibetur nutricabo.

Caput. xxxix.

Artbemisia. ysidorus. Artbemisia herba dyane agentibo cōsecrata. vnde t nūcupata. Dyana siquidē grece artbemis dr. ¶ Plinius li. xxv. Artbemisia q̄ antea artbemis vocabat ab Artbemide cognominatam. sicut quidā putant. Etiam dr artbemisia qm̄ sic vocabat vxor regis Mausoli qui voluit eā sic vocari: q̄ antea: vt inqt Plinius: Artbemis vocabat. t sunt q̄ ab artbemide artbemisiam cognominatā putant qm̄ priuatim medicatur feminarū malis.

¶ Dyascorides. Artbemisie tria sunt genera Unū est qō vocat artbemisia monodos. id ē mater herbaz q̄ est fructicosa t similis absinthio: folia maiora t pinguiora habēs t bastas longas. nascit in maritimis locis et lapidosis. Florescit aūt estatis tpe flozibo albis paruulis graue olentibo amaris. Altera artbemisia tagetes nominat: q̄ tenera est. semē habens minutū t vnā bastam foliis plenā. Nascitur in locis mediterraneis t altioribo flozem mellinū atq; tenuem t iocundiorē cōparatione prioris ferens. hec à grecis vocat tagetes vel tanacetū. Et nos in lingua latina vocamus eam tbanasiam. vel fm quosdā atbanasiam. Et est tertia artbemisia q̄ leptafillos dicit. nascitur circa fossas t agros. Flosculum eius si cōtriueris samsuci odorez habz. t ipsa amara. Has species artbemisie dyanā dicūt inuenisse t virtutes earz t medicamina chironi cētauro tradidisse. Hec herba ex nomine dyane q̄ artbemis dicit: accepit nomen artbemisia que calefacit t siccat:

¶ Galienus. vi. sim. far. cap. de artbemisia. Artbemisia duplex quidem est herba. ambe tamen calefaciunt mediocriter t siccant. et ponātur in calefaciendo quidem secunde in siccando vero prime intense vel secunde incipientes sunt q̄z mediocriter subtilū partiū.

Operationes

¶ Diascorides. Artbemisia virtutem habet acerrimā: purgatiuā attenuantem calidam leptinticam. A
¶ Elicatura eius causas mulieris mitigat. menstruis imperat. secūdinas excludit. mortuos infantes in vtero deponit. constrictiones matricis resoluit. omnes tumores spargit. accepta calculos frangit: vrinam prouocat. Herba ipsa tunsa t in vmbilico posita menstruis imperat. B
¶ Succus eius mirrbe mixtus t matrici suppositus omnia similiter facere nouit. C
¶ Coma eius sicca bibita. z. iij. stericas causas cōponit. D
¶ Si quis iter faciens cum se cum portauerit nō sentiet itineris laborem. E

G ¶ Fugat etiam demonia in domo posita. et prohibet etiam maledicamēta ⁊ auertit oculos malorum.

H ¶ Item ipsa tunsa cum axungia ⁊ superposita: pedum dolorem ex itinere tollit. In puluere redacta. ⁊ cum aqua vel mulsa potui data: intestinorꝫ dolorem tollit

I ¶ Artemisia que tagetes vocatur: facit ad vesice dolorem ⁊ stranguiriam succo dato ex vino vncias duas.

K ¶ Febricitanti ex aqua ea ciatis duas potui datur.

L ¶ Succus tunsa cum axūgia ⁊ aceto coxa xarum: dolori medicatur ligata vsqꝫ in tertium diem.

M ¶ Ut infantem hilarē facies: incende et suffumigabis: et omnes incursiones malorum auertet: ⁊ hilariorem faciet infantem. Neruorum dolorez ⁊ tumorem trita cum oleo bene subacta mirifice sanat

N ¶ Dolore pedum grauiter vexatis radicez eius da cum melle manducare ⁊ ita sanabit vt vix credi posset eā tantā habere virtutē.

O ¶ Succo eius cum oleo rosarꝫ febriens per unctus curatur ea. Hanc herbam si confricaueris lasaris odorem habet

P ¶ Galienus. Ambe species arthemisie cōueniunt lapidibus in renibus existentibus: et ad calefactiones ⁊ extractiones secundarū.

Caput. xl.

B aqua rosarū decoctiōis herbe ipsius. ¶ Ad idem valet vinū decoctionis in q̄ herba ip̄a stetit per noctē. Ip̄a herba valet ꝯ frigiditatem stomachi h̄ mō. decoquat in multa q̄ntitate in vino. sed melius ē in musto. ⁊ post decoctionē addat vinū albū in multa quantitate. tale viuū ē ꝯfortatiuū multū ⁊ aromaticū. ⁊ valet cōtra ꝑdicta. et cōtra indigestionem ex frigiditate.

C ¶ Uinū etiā decoctiōis ip̄ius herbe ꝯfortat digestionē. ꝯ fluxū ventr̄ ex frigiditate. Semen ozimi cū modico puluere acatie decoq̄tur in aqua pluuiali et detur patienti.

D ¶ Ad matricē mūdificādā. ⁊ menstrua ꝓuocanda fiat decoctio eius in aqua ⁊ fiat fomētū ⁊ suppositoriū ex temeritate ip̄ius herbe. Succus ipsius herbe puluerizatus matricem mūdificat. cōceptū adiuuat ⁊ menstrua
E prouocat. ¶ Herba ipsa decocta in vino et oleo ⁊ natibus ⁊ anchis cataplasmata valet
F contra tenasmonem. ¶ Galienus in li. de cibis. cap̄. de ozimo. Ozimū scz nō gariofilatū pessimi quidē chimi est et propter hoc infamant quidā ip̄m dicentes. si tritū immittat olle vacue celerrime generat in paucis diebus scorpiones. et maxime quando in sole quis quolibet die calefecerit ollam. sed hoc quidem cachochimum est. et malū stomacho et indigestibile. Olus vero ita dicemus ipsum est calidum in secundo gradu. Et habet humiditatem non naturalem.

¶ Et idem octauo simplicium farmacorum capitulo penultimo Basilicon non gariofilatum ex secundo est gradu calefacientium. habet autez caliditatem sup̄fluam. vnde nec vtile intra corpus assumptū: cataplasmatū vero exterius vtile ad consumendum. G

¶ Almansor tractatu tertio capi. Albetharogi quod exponitur ozimum siue basilicon non gariofilatum cali. est q̄d et dolorē efficit capitis ⁊ male nutrit. cuius comestio vtētis visuz turbat quādo eo multo vtit. Sperma quoq̄ aut lac desiccat. ori tamē stomachi cōfert. corroborat enim ipsum. atq̄ cordi auxiliatur. H

¶ Sera. Ozimū gariofilatū confert stomacho. ⁊ facit digerere cibum grossum. et confert epati ⁊ cordi. ⁊ aufert tristiciam ⁊ sollicitudinem ⁊ odoriferas facit eructuationes. et aperit opilationem cerebri. I

Caput. lxiij.

Branca vrsina herba ē. cuius folia sūt magna sicut folia caulis: sed incisa sicut branca vrsi. in medio eoꝝ orit stipes in cuius capite sunt multi flores spinosi cōclusi. ca. est ⁊ hu. in scd̄o gradu. Uirtutem habet mollificandi ⁊ maturandi ⁊ leniendi.

Operationes

A ¶ Contra ariditatē mēbrorū ⁊ viciū splenis fiat vngētum ex brāca vrsina ꝯtrita ⁊ macerata diu in oleo ⁊ colature addat cera ⁊ fiat
B vngentū ꝯ viciū matricis ex frigidate ⁊ ventositate. ¶ Recipe succi brāce vrsine. ʒ. iiij. herbe sauine. saluie naluarū. maiorane. rosmarini. pulegij. arthemisie. absinthij. abrotani. ana. M. ij. gariofilor. ʒ. iij. cinamomi. ʒ. ij spice. ʒ. iij. cimini. ʒ. i. picis grece. ʒ. i. galāge. ʒ. iij. thuris masticis ana. ʒ. iiij. boli. ʒ. i. cere albe. ʒ. iiij. vini greci. lb. iij. lardi scrofe rotulū. i. p̄dicte herbe pistent cū larde p̄dicto. deiñ ponant sup ignē cū vino ⁊ succo p̄dicto donec coquat vsq̄ ad cōsūptionem vini. deinde colet ⁊ iterū resoluat in igne ⁊ addita cera eliquata ponant species p̄dicte ⁊ dimittantur coagulari. et vngatur venter.

Caput. lxiiij.

Betonica. Gal. vij. sim. far. ca. cestrū siue cestron. Cestrū grece latine dictum betonica ꝟtutez habet incisiuam. sicut ostendit gustus amara ē ⁊ subacris hec herba sicut indicat Betonica ca. ē ⁊ sic in p̄mo gradu cui⁹ folia p̄cipue viridia cōpetūt vsui medicine exiccata etiā multe sunt efficacie. vnde cum inuenitur in receptionibus folia ponenda sunt.

¶ Sera. li. aggre. ca. Bastarem. auc. Dyas. Bastarem id est beonica herba est. q̄ nascit. omni anno habens virgam subtilem. cuius longitudo est. vnius brachij aut plus. et est quadrangulata. ⁊ habet folia mollia ⁊ lōga similia in sua figura folia arboris glandiū in scissuris suis bonum odorem habētia. Et folia que sunt propinqua terre sunt maiora alijs. ⁊ in summitate virge est semen collectū in se ꝓpe collectionē spice frumēti. ⁊ assimilat saturegie. folia eius colligunt ⁊ desiccant. ⁊ sic ꝟuant. Nā q̄ ex eo plurimū administrat sunt folia. ⁊ habet radices subtiles sicut radix ellebori. ¶ Dyasco. capitulo vectonicon. Scdm translationē nostram betonica herba ē omnibꝰ nota ꝟgas habens tenues ⁊ lōgas vnius cubiti. ⁊ q̄drata folia lōga ⁊ tenuia obrotūda ⁊ diuisa ⁊ odorata. Radices et folia sunt ei infinita. Semē eius est vt spica simile timbri. Folia eius collecta siccant et vsui necessaria sunt. Radices habet tenues sicut elleborus.

Operationes

¶ Ad dolorem capitis factū ex frigida causa fiat gargarismus ex colatura decoctiōis betonice cū stafisagria in aceto: si fiat vitio stomachi det vinum decoctionis betonice. A

¶ Contra dolorē stomachi det decoctio ipsius cum succo absinthij cū calida. si adsit vehemens constipatio vt in yliaca passione p̄cedenti cristeri. B

¶ Fiat idē remediū ad matricē mūdificandam ad cōceptū adiuuandū fiat fomentū ex decoctione eius etiā suppositorium. Detur etiam electuarium confectū ex puluere ipsius et melle C

¶ Serapion auctoritate Galieni. Betonica incidit ⁊ abstergit humores grossos. frangit lapidem renum: et mundificat et abstergit pulmonem et ꝓuocat mēstrua. ⁊ confert epilentie et curat cicatrices neruorum et lacertorum. D

¶ Dyascorides Radices eius accepte in potu cum ydromelle. nauseā prouocat. folia eius dantur ad conquassationes et de alto cadentibus medentur. E

¶ Et offocationes stericas soluunt dragma vna cum mulsa accepta. Morsus venenatos cum vino bibita saluberrime curat. F

¶ Epylenticis cum aqua bibita maximum presidium est. Epaticis et spleneticis cū oximelle dragmas vna accepta effectū sanitatis exhibet. digestionem celebrat. G

¶ In fractura capitis herba ⁊ ꝯtusa ⁊ sup caput vbi ꝑcussio ē iposita vulnꝰ mira celeritate glu[illegible]t. et id meliꝰ fit si trita recēs iponat Est aūt [illegible]bi vis data vt ossa fracta extrahit H

Caput.lxv

Bedeguar siue spina alba. Auicen. li. ij. cap. bedeguar. Bedeguar est spina alba. ⁊ est similis cameleonte albe. vehementius est alba ⁊ habz longiores spinas similãturq; eius spine folijs amomi: verũtamen sunt subtiliores. ⁊ vehementi⁹ est alba: et eius quidẽ stipes ꝑuenit vsq; ad duos cubitos: ⁊ eius flos est purpureus: Et semen eius est sicut semẽ cartami. verũtamen est vehementioris rotunditatis. et in radice ipsi⁹ est infrigidatio et exsiccatio cũ resolutione quadã. Semẽ vero eius est calidum ⁊ subtile. Et dixerũt q̃dam q̃ tota est calida valde. Et in ipsa est virtus resolutiua ⁊ aperitiua. et proprie in semine eius. Et in ea est retẽtio fluxus sanguinis. ⁊ in eius retentis est equalis. Plinius. cap. de acantisleuce. i. bedeguar et est cardus cũ aculeis in folijs albis et frigidis in primo gradu et melius inter humiditatem et siccitatem.

Operationes

A ¶ Bedeguar confert fluxui ventris. ⁊ debilitati stomachi. ⁊ abscidit fluxũ sanguinis. Et apponit exteri⁹ sicut emplastrum ⁊ destruit
B apostemata mollia. ¶ Et qñ fit collutio oris cũ aqua eius in qua coquit. ꝯfert dolori dentiũ. Sed seminis eius substãtia est subtilis. et cõfert habitantibꝫ spasmũ qñ ipsum bibit. ¶ Et cõfert sputo sanguinis. ⁊ dolori stomachi ⁊ fluxui antiq̃: ⁊ ꝓuocat vrinam. ⁊ delet apostemata flegmatica. ¶ Et qñ bibit semẽ ei⁹ cõfert puer⁹ hñtibus spasmũ. Et qñ suspẽdit sup animalia venenosa amittũt toxicum ¶ Dyas. Radix eius bibita emoptoic⁹ ꝓdest sciatic⁹ ⁊ stomatic⁹ fert opẽ. Tuores oẽs in cataplasmatibꝫ spargit. ¶ Elixatura ei⁹ dẽtiũ cõpescit dolores. Semẽ ei⁹ bibitũ cõtractos infãtes saluberrĩe curat: morsibꝫ venenat⁹ occurrit. ¶ Et q̃ eã in collo portauerit incursũ ꝯpẽtuz nõ timet. Radix desiccat mediocrit. Et stiptica ẽ. ⁊ iõ ciliac⁹ ⁊ stomatic⁹ iuuat. sanguis eductionẽ reꝑmit. ⁊ tumores vice cataplasmat⁹ spargit. ¶ Semẽ eius leptomer⁹ ⁊ calide ẽ ꝟtutis. Et putrefactis mẽbris iuuat potatũ ⁊ fluorẽ sanguis medet. et sic intraneoꝝ reumatismũ. ¶ Itẽ sessionibꝫ q̃s greci eucatisma vocãt. fluores matricis abstringit cataplasmatibꝫ miscet cõstrictiue medẽtibus. ¶ Gal. Bedeguar cõfert iliacis et stomaticis. emissionẽ q̃z sanguis cohibet. tumores etiã cataplasmata cõtrahit. ¶ Iuuat etiã dẽtes dolẽtes si gargarizet de decoctiõe. Semẽ ꝟo subtiliũ partiũ ⁊ calide virtutis ẽ. quare ⁊ spasmãtes bibitum iuuat. ¶ Aui. Semẽ ei⁹ cõfert infantibꝫ qñ bibunt ꝓpter corruptionẽ in morsibꝫ lacertorum.



Caput.lxvi.

Bellirici. Se.li.ag.ca. belligz. Belligz .i. bellirici ⁊ sūt ꝺ gñe mirabolanoꝝ. sc̄ fri. ⁊ sic. ī fi. iij. ⁊ extinguūt acuitatē sā guis ⁊ caliditatē colere h̄ idē mirabolani em blici. vt hr̄ in ca. emblici Jo. mesue. ca. de. mi rabolāis. Bellirici sunt ex medicis bñdictis expectat̄ em̄ ꝑ eos ꝯfortatio: meliores sunt grossi pōderosi ⁊ dēsi corticis. fri. sūt i. i. ⁊ sic. in. ij. In eoꝝ operatiōibꝫ ⁊ ꝓpetatibꝫ sunt si cut emblici. Ubi sciēdū q̄ mirabolani embli ci ⁊ bellirici sūt ex alio arbore ꝓducti q̄ alie spēs mirabolanoꝝ: sicut apparet ī ca. mira. Et iō h̄ det̄minat̄ ꝺ istꝫ. In ca. ꝟo mirabola ni determinat̄ de alijs speciebus mirabolano rum. ¶ Operationes.

A ¶ Bellirici hūt ꝓprietatē ꝺnigrādi capillos

B et ꝓhibēt casū eoꝝ ⁊ ꝯferūt emorroidibꝫ: ⁊ ip si tumescūt ī aq̄. ¶ Et ꝯditi ex eis faciūt ope ratōes mirabolanoꝝ nō ꝯditoꝝ: nisi qꝛ sunt

C debiliores eis: ⁊ in belliricꝫ maior ē ꝓprietas in acumie q̄ ī emblicꝫ. ¶ Mirabolani embli ci bellirici ⁊ kebuli mixti cū oleo amigdalaꝝ

D dulciū: ⁊ cū melle tīgūt capillos colore nigro ¶ Jo. mes. Bellirici educūt solutōe flegma. ⁊

E sūt ex rebꝫ valde ꝯfortātibꝫ cerebꝝ ⁊ neruos et augēt intellectū. ¶ Et ꝯfortāt cor: ⁊ ꝯferūt tremori cordis ⁊ mūdificant stomachū a pu trefactiōe: ⁊ cōfortāt ip̄m. ⁊ sedant feruorem

F in eo ⁊ auferūt sitim. Et addūt in appetitū:

B et sedāt vomitū. h̄ idē faciūt emblici. ¶ Se. Bellirici auferūt sitim sua frigiditate ⁊ ꝑpa rant stomachum, ꝓuocāt appetitum. et strin gunt ventrem ꝓpter eorum stipticitatem

Caput.lxvii.

Bel vel Sel. Serapiō. li. aggr. ca. bel. auc. ysaac benarā. Bel est citonium indū. et est fructus rotūdus sicut auel lana nō hñs corticē sup se in q̄ est semen simi le odore. ⁊ est illud qꝺ de ip̄o admistrat̄. ⁊ ꝟt⁹ eius ē sicut ꝟt⁹ zinziberꝫ. ca. i. iij. g̃. ⁊ hu. in. i.

Operationes

¶ Serapi. Bel. Subtiliat chimos grossos A

¶ Et cōfert dnriciei neruorū. ¶ Et valet vē B

tositati emorroidaꝝ. ¶ Et augmētū facit in C

spermate. ⁊ valet sicut sel. ¶ Arbor ei⁹ vocat̄ D

dorsisabā: vt apparꝫ in ca. granati siluestris. E

Caput.lxviii.

Behem. Sera. li. aggr. ca. Behem. Be hem species eius sunt due. s. rubea ⁊ al ba. Et sunt ambe vene in magnitudīe radicis pastinace parue: quarum quedam sunt tortuose: deferuntur ab armenia: ꝯdor earū est bonus: ⁊ est in eis viscositas quedā ambe species sunt ca. ⁊ hu. Aui. li. ij. c. behem Behem sunt frusta aspera que sunt radices exsiccate: cōtracte ⁊ sunt dnaruꝫ specierum: quarum vna est alba ⁊ altera rubea: est cali da et humida in. ij. gradu.

Operationes

A ¶ Sera. Ambe augmẽrũ faciũt in spermate
B ¶ Aui. Bebẽ est impinguatiuũ. ⁊ confortat cor valde ⁊ cõfert tremori cordis: ⁊ manifeste augmentat sperma: loco eius ponitur quãtum ipsum est de tuderi: et medietas ponderis lingue aue.

Caput lxix.

BEn vel balanus. Dyas. fm translationem nostram ca. balanus. i. ben: est semen arboris similis arbori miricenuceo habens abintus: quas cum digeris ꝑfricaueris humores eiũ tũq; cõfectionib⁹ mirꝛ et nobilib⁹ multis miscetur p⁹ oleo. Nascit vero in Ethiopia ⁊ in arabia ⁊ in locis indie Ipse succus melior ẽ q̃ est recens ⁊ odore plenus ⁊ albo ¶ Serapi. li. aggr. ca. habẽ. auc. Dyas. Haben. i. granũ ben: ⁊ est fructus arboris similis tamariſco: et anellanis: medulla eius exprimit sicut amigdale: ⁊ egreditur aliquid loco olei. Et nascit hec arbor in terꝛ hababes et in babylonia ⁊ in locis arabum ⁊ in terris palestine que nominat nitrã Et melior est ex eo est nou⁹ plenus albus facilꝰ exoriatiõis: Et idem auc. Halieni. Hec medicina defertur ad nos in terris arabum et pigmentarij vruntur succo medulle eius loco olei. Et cõplexio eius est calida. Oleum eius extrahitur sicut oleum de amigdalis.

Operationes

¶ Dyas. Et eo. ʒ. i. bibita cũ pusta splẽ siccat cũ vris ylirica mixtus et in cataplasmatibꝰ positus ⁊ mulsa adhibita dolores podagricos mitigat. ¶ Aceto aũt mixtus lepras et maculas ⁊ pustulas corporis tollit. ¶ Acceptus solutionẽ ventris facilẽ ꝓstat. Et ꝓssus succus eiꝰ vtilis est vt aspredinẽ ⁊ parigine corporis mirifice purget. ¶ Sera. Bẽ confert empetigini ⁊ lentiginibꝰ que sunt in facie: scabiei et pruritui ⁊ egritudini cũ qua cutis eleuatur cũ aceto. ¶ Et attenuat duriciẽ epatis et splenis si eis supponatur cũ aliqua far. ex desiccãtibus. sed in succo eius est parũ stipticitatis. ¶ Jo. mes. Ben p vomitũ et p. ventrẽ educit flegma crudũ et grossum. Et est medicina mirabilis ad colicam et flegmaticã ⁊ ventosam. ¶ Aui. li. ij. cap. de. ben. Ben est mundificatiuũ ⁊ ꝓprie eius medulla et icisiuũ humiditatũ grossarũ. Et aperit cũ aceto et aqua opilationes viscerũ. Et in arbore ipsius ẽ amaritudo et stipticitas: ⁊ ꝓpter hoc est in ipa ꝓtus cauterizatiua: ⁊ eius cortex est stipticus plus. ¶ Et oleũ ipsius non euacuat a stipticitate: et in ipso raro est absterſio et incisio. ¶ Senẽ eius confert lentiginibus magnis. ſ. ⁊ paruis: et panno ⁊ morfee ⁊ vestigijs vicerũ: ⁊ similiter eius oleum. ¶ Et confert apostematibus duris omnib⁹ cum ponitur in emplastris et vnguentis.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
K

Caput. lxx.

Bleta. Isi. Bleta vel beta alia candida alia nigra alia siluestris. Item greci duo genera faciunt: nigrā ⁊ candidā: quā ꝓferūt parcissimi semīs appellantq; soelon. ⁊ est bleta agrestis. q̄ est bleta lata q̄ facta est sicut elleboꝛ⁹ albꝰ: vt apparet ꝑ Dyas. cap̄. de elleboro albo. ⁊ ista vocat̄ blitis. ⁊ licet Dyas. faciat semotim ca. de bleta ⁊ de beta. error scriptoris fuit vel translatoris. Nā idē dicūt ⁊ debent continuari illa ca.

Operationes

A ¶ Gal. vi. sim. far. ca. bletū. Bletū est olus comestibile fri. ⁊ hu. cōplexiōis in scd̄a mā̄siōe
B a tp̄ata abstātia. ¶ Et idē li. ij. de cibis ca. d̄ beta. Succus bete est mediocriter abstersiuus qui ⁊ ventrē ad egestionē excitat: ⁊ stomachū aliqñ mordicat. ⁊ maxīe illoꝝ quicūq; facile passibilē ⁊ sensibilē hñt ip̄m: ⁊ ꝓpter h̄ ip̄m est edulium malū stomacho amplius co
C mestū. ¶ Alimentū aūt ab ip̄a modicū magꝭ idoneū ē q̄ malua ad opilatiōes q̄ s̄m epar. adhuc aūt magis qñ cū sinapi aut oīno cum aceto comedit̄: ⁊ spleneticis eodem modo comesta sunt bona medicina magis q̄ alimētū
D ¶ Sera. li. ag. ca. de bleta. Ex ea est alba ⁊ nigra: ⁊ in sapore ei⁹ est nitrositas: ⁊ ꝟtus ei⁹ est q̄ abstergit ⁊ resoluit ⁊ expellit sup̄fluitates caliditatis: quādo cū ea fit sternutatoriū
E ¶ Et qñ bleta coquit̄: egredit̄ ex ea viscositas ⁊ acuitas: ⁊ fit virt⁹ ei⁹ q̄ ꝓhibet generationē apostematis: ⁊ resoluit resolutiōe pauca. In alba vero est de virtute abstersiua et resolutiua. In nigra est res stiptica: ⁊ ꝓprie
F in eius radice. ¶ Et idem auc. Galie. in li. de cibis. In ea existit humiditas abstersiua abstersiōe temperata: ⁊ cū illa humiditate laxat ventrē: ⁊ mollificat intestina ⁊ stomachū:
G et maxīe cū fuerit boni sensus. ¶ Et iō accidit q̄ bleta est mala stomacho ⁊ ꝓprie illi qui est sicut dixi: quando vsus ei⁹ est nimius: et nutrimentū eius est paucum sicut nutrimentum aliaꝝ herbaꝝ. Sed bleta quidem est magis iuuatiua q̄ melochia in aperiendo opi-
H lationes epatis. ¶ Nigra autem stringit ventrē sicut lens: et maxime quando coquit̄ radix eius est plus stiptica constrictiua ventris et alia species eius soluit ventrē.
I ¶ Et ambe quidem species eius sunt malichimi ꝓpter nitrositatē q̄ est in eis. Et ideo quando fit sternutatorium cum succo eius ⁊ melle mūdificat cerebrū ⁊ ꝯfert dolori auriū
K ¶ Et quando ex decoctione blete ⁊ radicis eius abluit̄ caput aufert lendines et mundificat ipsum a furfuribus.

¶ Et qñ proiicit̄ sup̄ scissuras q̄ fiūt a frigore confert eis. ⁊ quādo coquit̄ cū foliis eius curat botar. ¶ Et valet ad cōbustionem ignis et herisipilam. Et idē auc. aben. mesuay: quādo coquit̄ ⁊ comeditur cū fabis digerit cito. L M

Caput. lxxi.

Bdelliū. Unde sciendū q̄ bdelliū quoddā est iudaicū: ⁊ est gūmi cuiusdam arboris q̄ vocatur melealiend. ⁊ illud est bdelliū iudaicū. ⁊ arabicū qd̄ nascit̄ in india et arabia. Et est aliud bdellium s̄m Scrap̄. li. aggre. ca. Melek. quod dicitur bdellium de meka quod est ex arbore nominata melk̄ que oritur in meka: q̄ arbor est satis stiptica: cuius fructus maturat̄ in meka et comedit̄ dulcis: s̄z in hyspania nō maturat̄: sed est fortiter ponticus pauce aquositatis et asper: ⁊ talis arbor et eius gummi vocatur de meka. Et est bdelliū quod scribitur ī principio Genesis ca. ij. qd̄ est in paradiso voluptat̄: cui⁹ fructus satis ē dulcis. Et d̄ isto bdellio facit Aui. suffuff. ꝯ fluxū in ethica circa finez vbi ponit curas ꝯ sinthomata sup̄ueniētia ethice. Et illud bdelliū est frigidū ⁊ siccū. Et constringit ventrē. Sed bdelliū iudaicū est calidum in scd̄o ⁊ humidū in primo. vnde q̄r in receptis inuenit̄ bdelliū constringere et relaxare ⁊ calefacere et infrigidare ꝛc. Quando

volumus aperire mollificare ⁊ resoluere ⁊ cō-
ponat bdelliū iudaicū. qñ vero volumus cō-
stringere ⁊ īfrigidare ponat bdelliū de Me-
ka. ⁊ tale bdelliū est celestinū. i. coloris celesti
ni. sed bdelliū iudaicū est subnigrū siue subal
bidum. verū antiq̄ nostri carētes bdellio de
meka loco eius ponebāt quādam aquosita-
tem ꝯglobatā q̄ inuenit in vesciculis vlmi.
¶ Plinius ca. de bdellio: Bdelliū est calidū
in ij. gradu. humidū in primo. ¶ Almansor
tractatu. iij. ca. de bdellio. Bdelliū iudaicū
calidū: est. bdelliuz tamen de meka frigidum
est et siccum.

Operationes

A ¶ Sera. auctoritate Galieni. Bdellium stri
git ventrē ⁊ fortificat stomachum: dissoluit
apostemata q̄ fiunt in canna pulmonis: ⁊ tu
morem q̄ fit in crepatura intestinali: qñ dis-
soluit cum saliua hominis ieiuni donec fiat
sicut vnguētū vel emplastrū: frangit lapidē
renū qñ sumit in potu ꝓuocat vrinā ⁊ dissol
uit apostemata cruda grossa ventositates
B neruorū. ¶ Gal. vi. sim. far. ca. bdellio. Qui-
dā aūt eo vtunt ⁊ maxīe arabice in brontun
lolis id est hernijs intestinalibꝫ ieiuna saliua
madefacientes: donec ꝑueniat ad cōsistenti
am emplastri: ¶ Arabicū vero ⁊ lapides qui
C sūt in renibꝫ īfringere bibitū: nec nō vrinas
ꝓuocare et discursus indigestibiliū spirituū
sanare nec nō laterū dolores ⁊ rupturas.
¶ Almansor. Bdelliū iudaicū dura dissol-
D uēs apostemata emorroidibꝫ vtile iudicat.
Bdellium de meka ventrē stringit. ¶ Auic.
E Bdelliū resoluit sanguinē ꝯgelatū ⁊ est lini
tiuū ⁊ maturatiuū disrumpit ventositates.
¶ Et arabicū est siccius eo nisi recēs. ⁊ resol
F uit apostemata dura ⁊ ꝓprie dissolutum cuz
saliua ieiuni. ⁊ similit resoluit reliqua frigi-
da ¶ Et mechū qd nō est ex fructu palmarū
G siluestriū est stipticum. Bdelliū iudaicū resol
uit scrofulas: ⁊ bibitur decoctum ad aposte
mata dura q̄ sunt intrinsecus et linitur cum
aceto super sabafati. ¶ Confert contusioni
H lacertorum ⁊ spasmo ⁊ duriciei neruoꝝ ⁊ cō
gelationi ipsoꝝ. ¶ Et de meka etiā existima
I uerūt q ipm ꝓuocet: sed nō dubitat q̄n ipsuz
stringit ⁊ frangit lapidē. ¶ Bdelliū ꝟo ara
K bicū clarū rubeū qñ terit ex eo quātitas du-
orū aureoꝝ: ⁊ bibitur cū aqua mellis minuit
flegma. ¶ Et bdelliū vtrūq̄ resoluit ramicez
L aque ⁊ aperit os matricis clausum. Et edu-
cit fetū ⁊ mūdificat matricem
¶ Et resoluit apostemata ani et testiculoruz
M Et confert morsui venenosorum.

Caput. lxxij.

Berberis. Aui. li. ij. ca. de berberis. Ex
eo est rotūdū ⁊ rubeū cāpestre: ⁊ aliud
est nigrū longū arenosum aut monta
num. ⁊ est fortius fri. ⁊ sic. in fine tertij grad⁹
⁊ ē vincēs colerā valde. Gal. viij. sim. far. ca.
oxia cantū. Hec arbor est similis virtute et
specie arbori archandi. i. piroꝝ siluestriū: ni-
si quia arbor piroruz est stiptica stipticitate
forti: sed in fructu eius cū stipticitate est res
incidens subtilit. ¶ Serapion auc. Dyas. li
agg. ca. Amiberberis. Et est rubus achissa:
et est dictū acutum. ⁊ acsa. ⁊ est dictum spina
acuta. ⁊ ē illa que facit fructū q̄ dr zachuch
siue zaytach. ⁊ est amiberberis ⁊ defertur a
corasceni. ⁊ est arbor similis arbori piroꝝ sil
uestriū que dicitur abhimis siue abaras ni-
si quia est minor ⁊ habet multas spinas. Et
habet fructū similem granomirti: nisi quia ē
maior ⁊ rubeus facile frangibilis ⁊ habet in
terius grana. ⁊ habet radicē habentem mul
tas radiculas infixas terre.

Operationes

¶ Sera. Fructus ei⁹ qñ bibit aut etiā come A
dit abscidit fluxū antiquum et humiditates
antiquas que fluūt a matrice ¶ Et qñ fit em B
plastrū cū eo trito attrahit sagittas que sūt
infixe carni. ⁊ ascellas ⁊ spīas ⁊ alia similia

C ¶ Et qñ pcutit vẽter mulieris p̃gnantis cũ radice huius terre. aut fit inunctio cũ ea expellit fetũ. Et est fri. ⁊. sic. in. ij. gra. ꝓhibet et incidit sitim calidã. et fortificat stomachum et epar.

D ¶ Et ꝓprietas eius est q̃ cõfert apostematibus calidis. Et hec auc. Aben. Mesuay.

E ¶ Et idẽ auc. Armasios. Fructus eius retinet et prohibet omnes egritudines q̃ fiunt a fluxu ventris.

F ¶ Auicẽ. Fructus berberis ꝯfert apostematibus calidis ex eis emplastrũ suppositum. et confortat stomachũ et epar. et abscindit sitim valde. et confert rasure ⁊ fluxui sanguinis inferius.



Caput. lxxiij.

Buzeiden sunt radices albe. ¶ Sera. li. aggre. cap̃. buzeiden. est simile behẽ albo. ⁊ est medicina indie qua nos parum vtimur. Et quidã vero detulerũt ipsam ad nos. ⁊ vidimus eam sepe. Et meli⁹ ex eo ẽ quod ẽ albũ. habens lignũ grossũ ⁊ multas virgas. Illud vero quod est subtile lignum habens superficiem lenem parue albedinis est non bonum et nulliuo inuamenti.

Operationes

¶ Sera. auc. habix. Habix dixit q̃ eius iuuamentũ ẽ sicut iuuamẽtum herdmoactilorum ad remouendum dolorem iuncturaꝝ. ⁊ podagre. laxat aquam citrinam. A

Capitulum. lxxiiij.

Bitumẽ iudaicũ siue aspaltũ. ⁊ dr̃ bitumẽ iudaicũ eo q̃ in iudea inuenit. s. in stagno qd̃ mare mortuum dicit in q̃ ingredit flumẽ iordane. Et ipsum ẽ spẽs napte sed nõ napta. qm̃ napta ẽ petroleũ vel sterc⁹ demonũ qd̃ idẽ est ⁊ ẽ sicut oleũ liquidum vt habet inferius in tracta. de lapidibꝰ p̃ciosis ca. petroleũ. Sed bitumẽ iudaicũ vel aspaltum. vel brafalẽdi q̃ idem sunt. est durum vtcũq̃ qd̃ potest puluerisari. sed nõ resoluit. et habet vtcũq̃ fetorẽ napte. vt patet ꝑ Sera. et ꝑ ꝯcordiam Dyas. ca. aspaltũ. Aspaltum ẽ bitumẽ iudaicũ. ⁊ eius aliud ẽ aridũ aliud liquidũ. vnde bitumẽ iudaicũ qd̃ fit in lacu iudee q̃ dicit alffriden coagulatio eius ꝑ ripã ipsius lacus inuenitur. ⁊ naute nacumscafa. et sic eã colligũt ⁊ siccãt ⁊ vendũt. Aliud genus ẽ quod neq̃ ferro neq̃ aqua rumpi potest. nisi tm̃ menstruo mulierũ: aut sanguine hircoꝝ. Et si voluerꝫ rũpere. sic rumpe. collige vinũ de lana ⁊ intinge ipm̃ in sanguine ⁊ sic incide. Est autẽ bitumẽ summũ purpureũ odoris grauiorꝫ. reparabile aũt nigꝝ est. Reperit aũt babilonicũ bitumẽ albũ seu nigrũ,

longo interuallo rapiens ad se ignem. Omne vero bitumen habet virtutem malacticā et dyaforeticam. et habet vires viscide et etiam efficaciter relaxantes.

Operationes

A ¶ Dyascorides. Bitumen tumores reprimit Offocat ionibus stericis occurrit. Cadentes matrices subleuat fumigando.

B ¶ Epilenticos fumus eius prouocat cū castoreo. menstruis imperat. tussim sedat.

C ¶ Asmaticos ⁊ disnoicos ad sanitatē ꝑducit

D ¶ Morsibus venenatis occurrit sciaticis prestolatur. et iliacis datur in modum catapucie et maximum prestat effectum. coagulatum sanguinem cū aceto resoluit. dissintericis cum succo ptisane suppositus curat.

E ¶ Catarrum suffumigatione compescit. dētium dolorem appositum mitigat. podagricos et arteticos cum nitro ⁊ cera vt malagina impositum curat.

Caput. lxxv.

Brionia. Dyascorides cap̄. ampeleos leuki. id est brionia. siue vt latini vitis alba hastas et folia similia habet viti nostre. sed aspera et minora caprioli similes sunt implicantes se. semen ipsi vue simile est et botruosum rarū et fuluū. ¶ Galienus sexto simplicium farmacorū capitulo ampeleos leuki. id ē vitis alba. quā quidam ⁊ brioniam et psilotrū vocāt. in summitate eius ē stipticitas ⁊ amaritudo pauca ⁊ acuitas. et ipse comedunt in principio sue natiuitatis ꝑm consuetudinem ⁊ in tempore veris. quia sunt iuuantes stomachum propter eoꝝ stipticitatē. sub amaram autem ⁊ leuiter acrem habet stipticitatem. ¶ Serapiō libro aggregatoris capitulo fesera. Fesera herba ē que habet folia ⁊ capriolos in similitudinē vitis cōmunis. nisi qꝛ sunt asperiora. ⁊ rami et caprioli adherent. implicantes se quibuscunqꝫ approximant ex arboribus alijs ⁊ suspendūtur eis cum capriolis suis. ⁊ habet fructum similem racemo rubeo.

Operationes

¶ Galienus. Brionia vrinam mediocriter prouocat. Radix vero abstersiuam quādam et siccatiuam subtilium partiū habet virtutem nec non mediocriter calidā propter quā splenes attenuat. A

¶ Scliratos sanat. exterius apposita cum ficubus scabiem ⁊ lepram sanat. butruosus autem fructus in polipirijs est vtilis. ¶ Serapion auctoritate Rasis. Uirtus eius est que calefacit mediocriter et abstergit ⁊ subtiliat ⁊ dissoluit duriciem splenis quādo supponitur emplastrum ex ea cum ficubus. Et curat scabiem ⁊ egritudinem cū qua eleuat cutis. Sed fructu eius vtuntur coriaminarū. Nam cum eis abraduntur pilicoriorum B C

¶ Et idem Serapion. Uirtus foliorum et fructus ⁊ radicis est calida ⁊ acuta. Et ideo quando fit emplastrum cum eis ⁊ sale cōfert vlceribus que dicuntur granita. et illis que dicuntur fagedenica. curat fissuras labiorū. D

¶ Radix eius mixta cum orobo et fenugreco quando cum eis abluitur cutis mundificat ⁊ abstergit eam. Et aufert pannum et vestigia nigra et bothor et cicatrices vlcerum. Et conficitur cum oleo donec fiat sicut cera et sedat dolorem et fistulam ani. Et quando miscetur cum oleo donec dissoluatur. conuenit ad hoc et expellit liuorem qui fit sub oculo. Et quando fit ex eo emplastrum cum vino sedat panaricium et resoluit apostemata et aperit ea. Et emplastrum factum cum ea extrahit ossa. ingreditur in confectionibus vnguentorum corrodentium carnem. Et potatur de ea. ʒ. i. ad epilentiam. et conuenit appoplexie sic administrata et opilationi. Et quando bibuntur ex ea. ʒ. ij. confert morsibus tyri et occidit fetum. Et quando extrahitur succus a stipitibus eius ⁊ accipitur cū frumento cocto prouocat lac. E



Caput. lxxvj.

Brictanica. Dyascorides ca. Brictanica herba est habens folia similia lappatio agresti. sed paulo nigriora lanosa gustu stiptica. Hastam vero habet lōgam ⁊ radicem paruam ⁊ tenuem. folia eius exsiccant. succus eius collectus in sole ponitur ⁊ siccatur. ⁊ est illi virtus stiptica.

Operationes

A ¶ Dyascorides. Succus eius siccatus in sole prodest vulneribus. vel cancris oris ⁊ faucium cum vino ⁊ his qui ptisam incurrūt. quidam dicunt q̄ est lappacium acutum.

B ¶ Dyascorides capitulo brio. id est brictanica herba est duorum cubitorum longa. virgas multas ⁊ tenues habens in quibus folia nascuntur lepide similia mollia ⁊ alba: et in summo virgarum profert semen florem album habens.

C ¶ Dyascorides. Virtus eius est que cū succo ptisane cocta: et a capadocijs comeditur propter frigiditatem stomachi: ⁊ semen eius pro pipere vtuntur miscentes in cocturis. Alij memorant hanc empetigines mederi.

D ¶ Dyascorides capitulo brictoris. id est brictanica herba est cuius radix aspera et stricta et sibi coherens gustu dulcis facit hastas duorum cubitorum spinosas. Nascitur in locis algosis que cathaplasmatibus adhibita: omnibus vulneribus imposita et quotidie mutata medetur.

Caput. lxxvij.

Botris. Dyascorides capitu. Botris est herba fructicosa tota spansa super terram. colorem mellinum habēs per iterualla furcata. virge eius in omnibus ramis semine plene. folia habet similia in cibo agresti cum maximo odore ⁊ bono non inuenitur in partibus nostris. multi pro suauitate odoris rebus alijs eam adiungūt. Nascitur in locis cultis et pascuosis. capadocij vero eam ambrosiā dicūt: alij arthemisiam.

Operationes

¶ Dyascorides. Cum vino bibita arthonoicis prodest. succus eius bibitus in balneo yctericis colorem reddit. Sed notandum q̄ plures herbe non inueniuntur in partibus nostris. Et ideo nostro idiomate non possunt nominari. A

Caput.lxxviij.

BOrago.ysi.li.ebimo. Borago cal. est et hu. in primo gradu. Platea. Borago folia habet aspera et viridia sunt. precipue comperunt vsui medicine. et siccato non secundario seminata. Cõsta. Borago est calida et humida in primo gradu. Item borago herba est satis nota calida et humida est in medio primi gradus. Habet enim virtutem generandi bonos humores.

Operationes

A ¶ Isaac. Borago in vino potui data letic'am generat. et cor cõfortat. proinde antiqui miscebant eam in medicinis cardiace valentibus passioni.

B ¶ Que etiam cum aqua cocta: et cum melle aut zuccaro potui data cannales pulmonis et gutturis optime mundat.

C ¶. Platea. Cõualescentibo ex egritudine valet syncopisantibo cardiacis cõmesta cũ carnibus vel condita cum sanguie. Semẽ eius per duos annos in multa efficacia seruat.

D ¶ Radix non competit vsui medicine. Herba etiam cruda comesta. bonum sanguinem generat. Contra veretriciam cocta cum carnibus comeditur.

E ¶ Constantinus. Borago coleram rubeam purgat. cardiacis subuenit. ex colera nigra patientibus.

F ¶ In vino missa et potui data: leticiam generat.

G ¶ Eius apozima cum melle et zuccaro bibitum. valet contra asperitatem pulmonis: gutturis ac pectoris.

H ¶ Dyascor. Valet conualescentibus et syncopisantibus: cardiacis melancolicis: comesta cum carnibus.

I ¶ Contra syncopim fiat syrupus ex succo eius et zuccaro. fiat similiter cõtra cardiacã passionẽ. addito puluere ossis de corde cerui

K ¶ Valet similiter contra melancoliam.

Caput.lxxix.

BOmbax vel cotum. Serapion libro aggre. capitulo gozon. i. bombax. Dicerunt quidam medici de Kelbe. q cotum nascitur inter eos in arboribo. que sunt sicut arbores antipersicorum: et durant annis viginti. et est ex eo q omni anno seminatur. Et idem autoritate Aben mesuay. Deinus est ex eo nouum. et quod est plantatum anno suo.

Operationes

A ¶ Serapion Succus foliorum eius conuenit fluxui ventris qui accidit infantibus.
B ¶ Et semen eius cõuenit tussi. Et est bonum pectori et est calida ⁊ humida.
C ¶ Et oleum eius confert lentiginibus faciei et pustulis calidis que fiũt in facie: ⁊ facit augmentum in spermate.
D ¶ Dyascorides ca. coron: id est bombax: medulla seminis eius calefactoria est mollificat pectus. ¶ Et prodest ad tussim.
E
F ¶ Succus vero foliorum eius potatus fluxum ventris infantium sistit. Et est calide ⁊ humide complexionis.

Caput. lxxx.

Buglossa. Isido. li. etymo. Buglossos a grecis est dicta: eo q̃ asperrima folia in modum lingue bouis habeant. Que mirũ modũ ob sapientiam nutriendaꝫ a veteribus infundenda vino memoratur. Pli. libro. xxv. Buglossus folia habet bouis lingue similia super terrã sparsa ⁊ aspera et magna ⁊ minora. Auicenna. Lingua bouis est herba lata habẽs folia. Et canna eius est plana cuius rami sunt vt pedes locustarũ: et color ẽ ex viridi ⁊ citrino. Administrãda autem est in medicina illa que grossa habet folia super quorum faciem sunt puncta: que sunt radices spinorum aut pilorum excuntium ab ea. Proxima est equalitate in calore ad caliditatem cũm paruam declinat. et est infine primi gradus in humiditate. Que aũt sicca est: minoris est humiditatis. Serapion li. aggre. cap. Ledenalchaur auctoritate Dyascorid. Ledenalchaur. idest lingua bouis siue buglossa: et est planta que assimilatur herbe q̃ dicit caromas: ⁊ habet folia versus terrã aspera et nigra: ⁊ assimilatur in figura sua lingua bouis

Operationes

¶ Plinius libro vt supra. Buglossa vino mixta animi voluptates auget ⁊ vocatur euphrasinum fluitiones: quas greci theumatismos dicunt sedat. ⁊ sciaticis cum aqua bibita singulare presidium tribuit. A
¶ Auicenna. Buglossa sicca ⁊ adusta alcola que sunt in infantibus remouet: et inflationes oris sedat. B
¶ Et etiam lenificatiua pectoris: et confortatiua cordis. C
¶ Bona melancolie ex solicitudine ac tremori cordis in vino et dispositiõibus melãcolicis
¶ Quidam in potu tribuunt eam ad tremorem cordis calidam. D
¶ Confert etiam tussi ⁊ asperitati canne proprie que cocta cum zuccaro ⁊ ydromelle.
¶ Serapion auctoritate alcauzi. Buglossa est frigida: ⁊ qñ flos eius cõburitur cõuenit fluxibilitati dentium: et gingiuarũ: ⁊ ad alcolam ꝓprie que accidit in ore puerorum: ⁊ omnibus infirmitatibus que fiunt in ore. E
¶ Cõuenit cardiace que fit a colera. Et quãdo aliquis vult eam sumere: sumat cum bolo armeno. F
¶ Galienus octauo simpliciũ farmacorum capitulo de buglossa ꝑm trãflationem ara. G
¶ Virtus eius est calida parũ ⁊ humida Et cõuenit tussientibus ex asperitate canne pulmonis. Et cocta cum mellicrato aut proiecta in vino inducit leticiam.
¶ Et idem eodem libro ⁊ ca. ꝑm tranflationem ara. Buglossa humide ⁊ calide est complexionis. Unde in vino potata: letitia causatiua creditur esse. H
¶ Conuenit autem et eis qui propter asperitatem gutturis tussiunt in mellicrato cocta I
¶ Aui. de viribus cordis dicit q̃ cõfortat cor. K

Caput. lxxxj.

Butalmos herba est cuius flos dr̄ oculus bouis vel vacce. Et habet flores nigros fm antiquam translationem.

Operationes

A ¶ Dyas. ca. Butalmos. q̄ trāslatio corrupta est: qm̄ Sera. ex v̄bis Dyas. fm aliā translationē Dyas. dicit q̄ habet flores citrinos similes floribo camomille: ⁊ h̄ verū est. ¶ Butalmos hastam cōcit mollē. folia maratri similia florem mellinū h̄ñs oculo bouis similē. vnde ⁊ nomē accepit Nascit̄ in ciuitatibo ⁊c̄

B

C ¶ Sed fm translationē nostrā Dyasc. Butalmos habet duas species. Una est q̄ habz folia similia maratro. ⁊ flores similes floribo camomille. Et ista vocatur cotula fetida: et latine dicit̄ pucida. Et Dyas. vocat eam partemon. Alia est que habet folia similia coriādro ⁊ flores citrinos: nascens iuxta muros ciuitatis: ⁊ vocatur cotula non fetida. ⁊ latine dicitur oculus bouis. ⁊ grece similiter ita sonat Butalmos: sed arabice vocat̄ Bibar. i. oculus vacce. ⁊ ideo dicit ad lr̄am. ¶ Butalmos est herba mollis antimo similis: lenes emittens tirsos. et folia tenuiter scissa ⁊ mollia: similia maratro: flores citrinos similes floribo camomille. ⁊ ista secundum veritatez est cotula fetida q̄ alio noie vocat̄ pucida.

D

E ¶ Et subdit est alia butalmos caulis mollis: fo. coriādro sil̄ia: flores citrinos h̄ñs: nascēs iuxta muros ciuitatis. et ista vocatur oculus bouis vel cotula non fetida. ⁊ de ista herba est hoc veritas clare intuentibus: quam latius inuenies in cap̄. inferius de oculo bouis et istius operationis.

Caput. lxxxij.

Buxum est nomē grecum a latinis ex parte corruptum.

Operationes

A ¶ Pixos em̄ apud grecos arbor semper virens est appellata: ⁊ leuitate materie elemētoꝝ apicibus apta. Unde scriptura. Scribe inquit buxo arboꝝ. Buxus exprimendis elementoꝝ apicibus vtilis leui materia informat vsum manus puerilis. Simul enim amonet te ipsa materia que semp̄ viret: nec vnq̄z suis exuitur folijs ne vnq̄z spei tue dissimilatione venderis: sed semper tibi per fidē germinet spes salutis.

B ¶ Plini⁹. li. xvi. Mōtes amāt ilex ⁊ buxus itaq̄z buxus pireneis ac citerijs motibo plurima berecintio tractu crassissima in corsica florē nō ferendo. q̄ causa amaritudīs mellis Semē illius cunctis inuisum animantibo. Hec in olimpo macedonie gracilior est sed breuis. Amat frigida aprca. In igne q̄z q̄ fer'

ro duricia neq; carbone vtilis neq; flamma.

C ¶ Buxo folia cõcaua sunt ⁊ nõ decidũt: hec arbor in plures ramos dispersa sicut et lochos transmarina. Spississima vero ex omni materia: et ideo grauissima iudicatur.

D ¶ Buxus sicut et hebenus natura gracilis et neutra fluitat in aquis.

E ¶ Buxus et cornus ⁊ olea medulla ⁊ apidibus atq; corneis caret: minimumq; et sanguinis habet.

F ¶ Cariem vetustatemq; buxus non sentit: ⁊ rimam fissuramq; sponte non capit.

G ¶ Et sicut in cipresso teredines nasci prohibet amaritudo: sic ⁊ duricia in buxo. Arida enim latius q̃ viridia serris cedũt preter robur: ⁊ buxum q̃ pertinacius resistũt: serrarũq; dentes inerti equalitate replent: scz quando lamine sectiles ex eis fiunt.

H ¶ Idẽ in li. xvij. Proueniunt buxi tenuissimis quinis senisq; ẏguli colligatis depacti.

I ¶ Actor. Buxus est arbor omnibꝰ nota. Huius ramis vtimur in die palmarum vice palmarũ quales oliuarũ sunt que in regiõe nr̃a nõ abundant. Huius etiã ligni ꝓpter suam soliditatem lenitatemq; ac decorem ad fabricandas tabellas et cocliaria atq; manubria et ad alios plurimos vsus aptissimũ inuenit.

K ¶ Est autem arbor humilis et tenuis. neq; em̃ multũ groscessit. De huius autem natura nihil penitus in libris medicorum reperisse me memini.



Caput. lxxxiij.

Bruscus omnibus notus. Paulus ca. de brusco: folia eius sunt folia mirti cũ extremitatibus spinosis Faciens plures stipites cum fructu rubeo sicut fructus cerasi et est temperati caloris vt ypocras et Galienus testantur.

Operationes

¶ Pau. Succus foliorum eius expressus in ore tentus oris vitia emendat. A

¶ Prodest stomacho et dolori ventris a colera Temperatus cum lacte et inunctus vitia oculorum emendat. B

¶ Potatus cum zuccaro emoptoicos sanat Et petram frangit. C

¶ Succus eius coctus et bibitus coleram et mẽstrua expellit. Puluis radicis eius vulnera bene sanat. D

Caput.lxxxiiij.

Butirum a buando: id est profundēdo est dictū: vt dicit Isidorus. Sua em̄ vnctuositate ⁊ humiditate habet imbuere et ꝓfundere corpora q̄ cōtingit. Nam butirum est flos lactis multum habens caliditatis ⁊ humiditatis cum dominio aereitatis. ratione cuius habet multum vnctuositatis Est enim butirosa subnaturaliter calida ⁊ humida viscosa et vnctuosa: humane cōplexioni vicina: vt dicit Isaac.

Operationes

A ¶ Butirum sepe comestum stomachi est humectatiuū: ventris solutiuum maxime si recens fuerit. Et ideo antiqui vt dicit Isaac assimilauerūt butirum oleo mixto pinguetudini dicentes: ꝙ si quis acceperit valet screatui de pectore ⁊ de pulmone maxime si ibi fuerit apostema quia proprie est maturatiuū ⁊ humorum dissolutiuum: ⁊ superfluorū pectoris mundificatiuum: maxime si cū melle vel

B zuccaro comedatur. ¶ Subdens ibidē. Butirū repugnat venenis: mēbra humectat: asperitatē oculorum eius lotura mollificat et emundat: apostema dissoluit et maturat.

C ¶ Vulnera pulmonis gutturis ⁊ pectoris mire sanat: renum ⁊ intestinorum morsuras mitigat: neruos indignatos ⁊ cōtractos seu spasmatos mollificat atq; laxat.

D ¶ Auicenna. Contra venena butirū interiꝰ sumpta singulare presidiū est: Si intoxicatus butirū in lacte calido resolutuꝫ bibat in magna quantitate. Nam vnctuositate sua opilat meatus ne ad cor ascendat subito vis veneni. preterea venenositatem totam ad se trahit et ipsam inuiscat per vomitum euacuat de corpore et educit: vt dicit idem.

E ¶ Salitur autem aliquātulum butirum vt melius conseruetur: et vt eius potentialis humiditas siccitate salis temperetur. Insuper vt eius saporositas augmentetur.

F ¶ Nam gustui in sapore est magis gratum: quando mediocriter est salitum. quando nimis antiquatur eius sapor cum odore diminuitur: et in grauem odorem et saporem gustui horribilem transmutatur: et tunc non valet ad cibaria condienda

G ¶ Valet tamen ad varia medicamina et vnguenta: quia sepe accidit id quod non conuenit gule. congruit tamen nihilominus medicine alicui.

Caput.lxxxv..

Camomilla. Auicenna. Camomilla ē nota. Sed alia est cuius flos est citrinus Et alia cuius flos est purpureus. Alia cuius est albus. in primo gradu est calida. et sicca. Et ꝑm Galienum ꝓpinqua virtuti rose in subtiliatione sua: sed est in modū olei conuenienter calida. Est autem aperitiua: subtiliatiua: mollificatiua: resolutiua. Dyas. Camomilla vel antumios herba dicitur quam alij errantem yridē vocāt eo ꝙ verno tempore florescat et ad vsum colligatur. Alij vero camelionem: eo ꝙ habeat odorem malimaciani similiꝫ. Huius herbe tria sunt genera differentias in flore habentia. haste sunt vel duarum palmarū fruticose q̄ ramulos multos cū vimin̄bus multis ac tenuibus generant teneraq; parua et angusta folia. Superius vero capitellum habet cum quadam rotunditate. habēs deintus florem aureū qui regit exterius alborū aut mellini vel purpurei coloris obiectione foliorū magnitudine timi similium Nascit in locis asperꝫ vel circa semitas vel vias. colligit aūt tpe verno maxīe virtus est ei radici ⁊ flori omniq; frutici ꝟnātica et leptomerica Sera. li. ag. ca. behonig. i. camomilla. Eiꝰ sūt tres spēs: et discernunt ꝑm colores florū solū. ⁊ ipsa est

herba habēs virgas longas circiter palmū vnū fruticosos habētes ramulos ⁊ folia parua minuta gracilia ⁊ capitella rotūda parua in aliquibꝰ quorū flores albi ⁊ in aliquibꝰ aurei coloris. ⁊ flos qui apparet sub capitello est rotūdus habens circūquaq; flosculos similes floribꝰ rute ⁊ color ipōrū est citrinus aut purpureus ⁊ nascit in locis asperis: ⁊ super mare colligitur in vere. Et oportet q̄ reponantur folia ⁊ flores postq̄ teritur quodlibet de per se ⁊ fiant inde trocisci. ¶ Galienus sexto simplicium farmacorum capitulo antumus: id est camomilla: dictum quidem est in tertio tractatu de hac herba latius: dicatur autem ⁊ nunc summarie q̄ calefacit ⁊ desiccat secundum primum gradū. Est autē et subtilium partium: ⁊ propterea dyaforetica nec non et rarefactiua ⁊ laxabilis ꝟtutis dinē cutis quādo in visceribꝰ nō est apostemata calidum: ⁊ iam facta est digestio. Sed et febres que fiunt a flegmate ⁊ melancolia: aut propter apostemata q̄ in visceribꝰ sunt quando exhibetur: iuuat iuuamento manifesto multum ¶ Et ideo contigit q̄ ipsa est vna de fortioribus medicinis in sedando dolores ⁊ de melioribus mollificatiuis ex medicinis cōuenientibꝰ membris interioribus que sunt post mirach. K

¶ Et ipsa ⁊ oleum eius conferunt sode frigide. Nā curat humiditates que sunt in capite per resolutionem sine attractione. Et hec operatio est sibi magis propria q̄ alicui alteri medicine. ¶ Et quando fit emplastrū cum ea curat scabiem oculi ⁊ palpebrarum: et confortat cerebrum. L M

Operationes

A ¶ Auicenna. Camomilla sedat apostemata calida mollificando ⁊ resoluēdo ipa: ⁊ lenificat dura que nō sunt stricta valde. ¶ Et bibitur ꝓpter apostemata viscerum spissa. mollificat tetanū: ⁊ ꝯfortat mēbra neruosa omnia. Et est ex medicinis plus conferentibus laxitudini q̄ reliqua: quoniā caliditas eius est similis caliditati animalis. ¶ Est confortatiua cerebri cōferens sode frigide ⁊ ad eua cuanda materias capitis quoniam resoluit absq; attractione. Et hec est eius ꝓprietas. B C D

¶ Et confert pustulis oris: sanat algarach distemperata ⁊ more emplastri superposita. alleuiat sputum. aufert yctericiam. ꝓuocat vrinam egridi facit lapidem: et ꝓprie que ex ea est purpurei coloris. ⁊ cū camomilla quidem euaporatur vesica ꝓpter dolores frigidos. ¶ Et prouocat menstrua bibita ⁊ sedendo in aqua ipsius Et educit embrionem ⁊ secundinā. ¶ Et confert yliace et fit inunctio ex oleo eius in febribus periodicis. et bibit propter febres antiquas in fine earum: et cōfert omni febri absq; forti acuitate: cū non ē apostema calidum in visceribus ¶ Et quādoq; confert apostemati: cum non est calidū: et est eius maturatio. loco ipsius ponitur in confortatione cerebri et iuuamento qd̄ confert in soda berengesif. ¶ Serapion aucto. Galieni. Uirtus camomille est que resoluit et fluxa membra confortat. ⁊ lassitudini confert plus omni alia medicina sedat dolores: et mollificat membra dura. ⁊ lenit spissitudinem cutis paucaꝫ. ¶ Et expellit febres que fiunt ab humoribꝰ colericꝫ. Et ꝓpter spissitu E F G H I

Caput. lxxxvj.

Canapis siue canabum ad similitudinē canne vocatū ferūt. vel ab ethymologia greca. quoniā canabū illi canabui dicūt. ¶ Plinius li. decimonono. Utilissima funibus canabis seritur a fauonco q̄ dentior est eo tenerior. Semen eius quando maturū est ab equinoctio in autumni defrin

gitur et sole vel vento vel fumo siccatur. Ipsaq; canabis post vindemiam vellitur ac lucubrationibus decorticata purgatur. Optima est alabandica. precipue plagarum ictibus. Idem in libro vicesimo. Canapis nata est primum in siluis. folio nigriore et asperiore. ¶ Auicen. Sebedengi: est semen canabi. Et aliud quid. m est orulanum Aliud cápestre ¶ Dumaym dixit q; arbor campestris secundum canabi quantitatem in desertis egredit et super folia eius albedo dominat. Eiusq; fructus piperi et gramini assimilatur. Natura est calidum et siccum in tertio. Succus eius constrictionem soluit ac solutione flegma et coleram educit.

¶ Palladius libro tertio. In februario mense vltimo: canabum conuenit seri terra pinguistercorata rigua vel plana et humida et altius subacta. Idem in libro quarto In mense quoq; Martio vsq; ad equinoctiũ vernum tantum potest seri canabum.

Operationes

A ¶ Plinius libro vicesimo. Semen eius virorum genituram extinguere dicitur. Succus et eo vermiculos aurium et quicquid intraverit cũcit.

B ¶ Sed cum dolore capitis tanta vis est ei vt aque infusa coagulare eã dicatur Idcoq; iumentorum aluo succurrit potata in aqua. Radix eius contractos articulos emollit in aqua cocta. Idemq; podagras et similes inportus.

C ¶ Auicenna Canapis cataplastris resolvit ventositates et excitat foetem: humoresq; ea? paucus est et malus.

D ¶ Ex eius radice decocta fit emplastrũ apostematibus calidis. In locis duris in quibus ibimi viscosi. sedatq; caliditatem et soluit duriciem.

E ¶ Exsiccat sperma: solutione flegma educit et colerã. Visum obtenebrat. stomacho nocet. Succus eius distillatur ad dolorem aurium opilationum. Et ad eius humiditatem: similiter et oleum ipsius. Folia vero eius radicant furfures in capite.

F ¶ Idem. Ex decoctione canapi silvestris fit emplastrum beriſipile et apostematibus calidis. Eius grana difficilis sunt digestionis: et stomacho mala. Cum q; plurimum ex corticibus eius sumitur interficit sperma.

Caput. lxxxvij.

Capillus veneris dictũ est. siue q; elapsos post alopiciam capillos recreet: siue q; capillorũ fluorem cocreet. Vel q; sit ẏgulis nigris lenibus cum splendore quasi capilli. Nascit aũt in aquosis locis. ¶ Platea. in li. de simplici medicina. Capillus veneris frigidus et siccus est. temperate tamen et subtili substantiã. fructũ habet diureticã. Recens multe efficacie est sed parũ seruari potest: quia herba subtilis est. Ex herbario. Capillũ veneris herba videlicet que et politricos dicitur: in parietibus videlicet nascit. habet folia coriandro similia. caulem nigrũ sed nec florem habet: nec semen. ¶ Constantinus. Capillus veneris teste Gal. inter calidum et frigidum est mediocris.

Operationes

¶ Platearius. Contra calefactionẽ epatis datur aqua decoctionis eius. vel de aqua illa et zuccaro fit syrupus. Si etiã sit vitium splenis aliquid addit calidum diureticum: et plagelle in succo eius intincte supponatur. vel etiã herba trita. ¶ Constã. Eius apostema valet bancliuosis. lapidem frangit. cuius vino bibitus veneno resistit et humoribus a stomacho fluentibus. mẽstruis puocat. dolorẽ pectoris et pulmonis mitigat. ¶ Et vt dicũt q; dãs ó stõacho et intestinis ópoit colerã rubeã a lopicie valẽs cataplasmat?. Et scrophis cũ aq; coct? caput ex eo loto pustulas ẽt et putrefa

A

B

C

D ctionē mūdificat. ¶ Hec in oleo decocta facit ad mulierū capillos nutriēdos. decoctio ei⁹ potata ycterico⁹ ⁊ eos q̄ vrinā difficile faciūt adiuuat: mēstrua mouet: ventris fluxum sistit. ¶ Capillos etiā cadētes cōtinet si cū vino ⁊ lixiuio coquat: ⁊ cū eodē humore caput abluat. ¶ Itē cum vino apposita stomacho pro cataplasmate morsui canis ac serpentiū medet. Eius autem radix est vtilis.

Caput.lxxxviij.

Cardo benedict⁹. Pli.ca. Cardo benedictus d̄r: q̄ veris tp̄e senescit: ⁊ ē herba terissagū specia ⁊ cū mollicie cauliculis subrubicūdis. Nascit in tegul' ⁊ in muris nomen h̄ greci dederūt senicion. q̄ ꝑ̄e canescit caput eius. nūc rosa diuidit lanugine qualis est spine int' diuisuras exeūte. ¶ Gal. vj. sim. far. ca. de car. bñ. Erigoron siue cardo benedictus vel herba bulne ꝑ̄tutē habet inflatiuā ⁊ mediocriter dyaforeticā. ¶ Dyas. ca. Sedū. i. cardo bñ. est herba quā senicion vocāt. Nascit intectis ⁊ in petr̄: folia habet viridia ⁊ dēsa similia quercule: s̄ grossiora ⁊ pinguiora. tyrsuz subrufum capitellū in summitate tyrsi habēs in modū viticelle lanuginosū. Vires h̄ stringētes ⁊ refrigerantes ⁊ eadē p̄stātes q̄ ⁊ plātago. folia frigida sunt.

Operationes

¶ Folia eius cū floribꝫ ī cataplasmatibꝫ cū vino dulci facta ⁊ iposita iflatiōes testiculorū tollit ¶ Et ani plagas sanat. ad neruoꝝ incisiōes cū aceto facit: ⁊ cataplasmatibꝫ imposita. Ipsa vero potui data offocatiōes facit. A B



Caput.lxxxix.

Cardus. Sciēdū q̄ cameleon est spēs cardonis siluestr̄: q̄ card⁹ h̄ plures spēs int' se differētes. Differt a cameleon: q̄ in foliis nō h̄ aculeꝰ. Pli. ca. de. car. Cardoꝝ duo sūt gñā. vnū fructuosi⁹ altero. Alteꝝ vnicaule crassius. vtriq̄ folia spinosa muricat: cacumibꝫ sed alterū florē purpureū mittit inter medios aculeos celerit' canascētem ⁊ abeūtem cum aura. stolimō gre. vocat Itē card⁹ ⁊ folia ⁊ caules spinosas lanugines habet. Itē in anchora leucātos ē dictū spina alba. Est aūt alia dr̄ntia in his multicaulia ramosaq̄ fiūt vt cardus. Vno āt caule nec ramoso nec enetos q̄dā cacumie tantū spinosa sunt vt tringil. q̄dam estate florēt vt terralis et elixenes scolimos ⁊c.

Operationes

¶ Gal. vij. si. far. ca. scolimi Scolimos. i. cardus sil. cui⁹ radix mltitudinē vrinarū educit fetidarum si quis in vino coquēs eā bibat. ⁊ ꝓpter hoc fetitudines curat assellarum. A

¶ Et totius corpor̄ purgatiuo hoc farmaco B

talis humor: ex tota substátia existēte: q̄ ꝑo ſm q̄litatē energia quidē ca. in. iij. ḡ. vel ter-
tio icipiēte indicat hoc farmacū. ſiccū ār i ij.
E ¶ Plī. ca. camelconte albe. i. ſuchaa vl̄ card⁹
albo. cū paſſo mixta vrinā mouet: hydropicū
deſiccat lūbricos occidit. Haz illa q̄ nigra ē
facit ad maligna vulnera q̄ greci vocāt caci
D anculas: et lentigines aufert. ¶ Bal. Camele
onte nigre. radix habet; quid delicterioſum.
vnde extrinſecus eſt vſus eius ad ſcabiem et
impetiginē et alfos et omnino oia q̄ a bſterſi-
onem egent et mollitiuis et dyaſoreticis miſ-
cetur formacis: et fagedenica vlcera ſanat ca
t baplaſmata.
E ¶ Alba ꝑo camicleonte radix ad lūbricos ro
tundos dat in quātitate ordi cū vino auſ
tero. Afferūt aūt ea et veteritia: ſimilē eſſe
te radici. magis attñ amario: illa eſt.
F ¶ Serap. Radix eius confert fluxui nimio
matricis et confert omnibus egritudinibus
in quibus confert bedeguar. Et fructus ei⁹
et radix cōferunt apti vulue et ani. et radix
eius incarnat vlcera: quia in ipſa eſt virtus
conſolidatiua cum temperamento.
G ¶ Lardus ē herba. et huiuſmodi herba ſm q̄
extimo eſt ꝓpe naturā bedeguar. et eſt ſtip
tica. et ſemen eius eſt fortius ſatis. et confert
relaxationi vulue et fluxibilitati ani: et gluti
nat vlcera. qm̄ ſtipticitas eius eſt pauca ſine
ſuperfluitate. et radix eius cōuenit curſui hu
miditatum antiquarum matricum et fluxu
ui nimio menſtruorum.

Caput. Ec.

CAmedreos. Plinius cap. camedreos eſt herba que larie quercula dicitur. et ab aliquibus trixaoga. folia habet magna mēte ſimilia et diuiſa vt quercus. flore pene purpureo, aliqui ipſaz ſertacā dicūt et ab ipſa ſerram inuentā eſſe. ¶ Sera. li. xg. cap. Camedreos auc. Dyaſco. Camedreos nominatur quercus terre. naſcit in locis petroſis et aſperis. Et eſt herba parua longitudine vnius palme habēs folia parua ſimilia in figurā in ortu ſuo folijs quercus. flos ei⁹ eſt coloris purpurei paruus. Et temp⁹ colligendi eſt quādo ſemen eſt maturum. et colligenda eſt cū ſuo ſemine. ¶ Dyaſcorides cap. camedreos. Naſcit in locis ſaxoſis et aſper. Frutex eſt bipalmis cū folijs minutis et mēte ſimilib⁹. et amaris. florem habet purpureū et minutū: ſed colligenda eſt cum ſemen maturum eſt. ¶ Galienus viij. ſimplicium far. cap. camedreos. Camedreos ponit eaz quia in tertio gradu ſiccitatis et caliditatis: et plus in eo ſiccitate. q̄ caliditate. vnde folia eius ſunt ſimilia folijs quercus. Et ideo latini ipſam querculam vocant.

Operationes

¶ Dyaſcorides capitulo cameropa ſm trāſlationem noſtram. Cameropaſia eſt camedreos viridis et ſicca bibita cum aqua conquaſſationibus et tuſſientibus valet. et ſplenis et duricies ſoluendo medicatur. A

¶ In initio ydropiſis iuuat. menſtruſa imperat: aboſum excludit cum vino acero bibita ſplenem ſiccat: Morſibus venenatis hoc currit cum vino bibita. et carbaplaſmatibus adhibita omnia ſimiliter facere poteſt melle addito: antiqua vulnera purgat: trita et oleo mirra caligines oculorum detergit. Omni corpori trita et peruncta calefactionem preſtat. B

¶ Galienus. Camedreos prē dominantem habet amarum ſaporem. eſt autem et acre quoddammodo ex quibus videlicet ſplenem liquefacit. et vrinas et mēſtrua mouet et groſſiciem humorum incidit et eas que in viſceribus obſtructiones expurgat. C

¶ Serapion auctoritate Albugeri. fit ſyrupus et ea ad tuſſim antiquaz et ad corruptionem digeſtionis et in principio ydropiſis. et ad ſpalmum. et quanto ſyrupus eius erit veteriſtior tanto erit maioris virtutis ad ea que dixim⁹. D

¶ Et herba ipſa contrita confert fiſtulis lachrymalium. Et eius decoctio confert veteritia nigre. E

Caput.xcj.

Camepitheos grece interp̄tatur infi-
ma pinus. a came ⁊ pitheos qd̄ est pi
nus: eo q̄ s̄m om̄es sui species odorē
habet pini. Camepitheos ⁊ camedreos vnā
hn̄t v̄tutē ⁊ cōplexionē. Et sūt ca. ⁊ sic. in. iij.
gra. Gal. viij. sim far. Camepitheos ē in de-
siccādo tertij g̃dus: in calefaciēdo v̄o secūdi.
¶ Sera. li. ag. c. Camepitheos. i. camedreos
est herba q̄ nascit om̄i anno: ⁊ dilatat ei⁹ ori-
go sup̄ faciez terre vndiq̄. Et sunt eius tres
spēs. Vna eaꝝ fortior aliis, ⁊ habz folia simi
lia foliis semp̄ viue: nisi q̄ sunt miora eis. et
habet sup̄ humiditatē tenacē: ⁊ sunt pilosa: ⁊
sunt folia illa circa ramos spissa. ⁊ odor eius
est sicut resini pini. Et habet flores minutos
glaucos: ⁊ radices similes radicibꝫ herbe di
cte picorion: ⁊ semē eius ē nigrū cuius odor ē
sicut odor resine pini. ⁊ rami eius sunt aliq̄n
tulum longi ⁊ curuati sicut rami herbe q̄ dr
hancasa. Secūda species est q̄ habet v̄gas
longitudine vnius brachij ⁊ ramulos subti
les. folia v̄o ⁊ flores in odore silia sup̄dicte. ⁊
semen eius est nigrum. Tertia vero species
q̄ dicitur masculus habet folia subtilia mi-
nuta albida pilosa. ⁊ habet v̄gā asperā. albā
et florem album minutum super ramulos: et
odor eius est sicut odor pini:

Operationes

¶ Sera. auc. Gal. Camepitheos si sumat in A
potu mūdificat: apit ⁊ abstergit mēbra inte
riora: qm̄ ē herba sicca: ⁊ incarnat qn̄ ē recēs
et ꝯfert sup̄ oēm medicinā hn̄tibꝫ ycterici: ⁊
vniuersalit oībꝫ hn̄tibꝫ opilationē epatꝫ: ⁊ p̄
uocat mēstrua qn̄ bibit cū melle ⁊ qn̄ fit nas-
cale. ¶ Et p̄uocat vrinā. ⁊ coquit cū mellicra B
to ⁊ bibit. ⁊ ꝯfert strāgurie. ¶ Et qn̄ ē recēs C
hz virtutē mltā ꝯglutinādi vulnera magna.
et curat plagas. ⁊ soluit duricies māmillaꝝ.
¶ Dyas. Radix ei⁹ bibit diebꝫ septē. ycterici D
medet. diebꝫ. xxx. bibita sciatcꝫ fert opē max
ime cū mulsa. epaticꝫ ⁊ dissurriis ⁊ nefreticꝫ
p̄stat effectū. tortiōibꝫ subuenit. hac em̄ max
ime vtūt in pōto. ¶ Elixatura ei⁹ dat ꝯtrauī E
aconiti. cathaplasmatibꝫ adhibita cū polen
ta. ⁊ elixatura ei⁹ mixta oīa silr facere p̄t. tri
ta cū caricꝫ ⁊ durū ī modū catapucie ventrē
mollit cū resina tepida iposita sordida vulne
ra purgat. melle addito cāsmatricꝫ cōponet
Duricies vulnerū soluit ⁊ paracolesim p̄stat
Gal. Camepitheos ī gustu q̄dē fortior ē hz sa
porē q̄ acrē. in energia vero abstergit vlcera
pl⁹ q̄ calefaciat ꝓpterea ī arteticꝫ ⁊ oīno q̄bꝫ
obstruūt facilr apostēata bonū ē farmacum
Ducit āt ⁊ mēstrua bibitū ⁊ cū melle appos-
tū: ē v̄o ⁊ diurticū farmacū q̄dā v̄o dāt scia
ticꝫ coquētes ī mellicrato ¶ Vlt⁹ v̄o huius F
herbe magna vlcera sanare p̄t: et pi tridosa
vlcera sanat: duricieseꝫ māmillis dyaforat.

Caput.xcij.

Carui. Plate. Carui appellatur semē et herba in.iij.g̃.ca.⁊ sic. In transmarinis ꝑtibꝰ ⁊ in sicilia reperit̃ in quantitate multa.ꝑ annos quinq; seruari p̃t. Virtutē diureticā ⁊ dyaforeticam habet.

¶ Operationes.

A ¶ Vinū decoctionis eius ꝯfert stranguirie ac dissurrie.puluis eius in cibis sumptus digestionē ꝯfortat:ventositatē excludit.⁊ posi
B tū in salsamentꝭ appetitū excitat.¶ Constā. in li.g̃duū.Carui est ca.⁊ sic.in iij.g̃.ventositatē ⁊ inflationē dissoluit:stomachūq; corroborat lumbricos occidit:digestiuā virtutem
C confortat:vrinā prouocat.¶ Aui. Carui est proximū dispositionibꝰ anisi.ca.est ⁊ sic.in ij. Expellit ventositates ⁊ exiccat:⁊ non est in subtiliatione cymini.Cōfert tremori cordis.
D Et interficit vermes.¶ Pli.li.xix.Carcum gentis sue nomine appellatū in quacūq; terra seri vult eadem ratione q̃ olus acrū laudatissimū tamen in caria:proximum in frigia.
E ¶ Dyas.Careos semen omnibꝰ notū virtus est illi calida ⁊ vnctualis aniso similis eustomacha:miscetq; antidotis ⁊ oxiporijs. Ra-
F dix eiꝰ comedit̃ cocta sicut pastinaca.¶ Constan.vbi sup̃.Siluestre carui qd̃ dicit̃ cardumeni valet epilenticis diuq; tussientibꝰ:sciaticis:nefreticis:stranguiriosis ac reptilium
G morsibꝰ.¶ Tortionē ventrisq; dolorē de grossa ventositate ac viscoso flegmate curat.cum aceto impositū:scabiem impetiginem alopiciam sanat.de quo q̃ fumigatus fuerit stridorem ei prouocabit.

Tractatus

Caput.xciij.

Cardamomū semē est videlicet nasturcij qd̃ in arabia nascitur ⁊ alijs locis. Sed eligendū est fragile.flauū plenū grauedine ⁊ quasi lentum: sed non rugosum clausum.⁊ si frangatur puluerulosum.gustuq; subamarū.calefaciēs odore suaui ⁊ graui. est aūt calide virtutis aliq̃d habēs amaritudinis.¶ Platea.Cardamomum est fructus vel potius semen cuiusdā arboris ⁊ est cali. ⁊ sic. in.ij.gradu.maius melius est. Et habꝫ aliquantulū acuminis ⁊ dulcedinē immixtā per annos viginti potest seruari.virtutē habet confortandi ex aromaticitate dissoluendi ⁊ consumendi ex qualitatibus.

Operationes

¶ Platea.Cardamomū valet ꝯtra sincopim ⁊ cardiacā passionē ex frigida causa:⁊ ad debilitatē stomachi.i.indigestionē ꝯfortandā: ad appetitū ꝓuocandū:⁊ cōtra vomitū ex frigida causa.cōtraq; debilitatē cerebri.¶ Ex epistola ypocra.Cardamomū calidā virtutem habet:⁊ aliq̃d amaritudinis: q: lumbricos occidit:⁊ scabies fortiter sanat.¶ Dyas. Cardamomū lumbricos latos occidit. Cuꝫ aceto bibitū scabiem sanat ⁊ expurgat. cum aqua vero calida ꝓdest epilenticis. tussꝫ mitigat.¶ Sciaticos curat.paraliticos sanat Et qm̃ aliq̃d habet caustice ꝟtutis.⁊ quēadmodū synapis relaxat:ideoq; ventris torsionem ⁊ inflationē relaxans sanat. Vrinam ⁊ menstrua ꝓuocat.¶ Potatūq;:partū expellit.animalia ventris excludit.serpentiū morsibus occurrit.¶ Cū vino neufreticos adiuuat.ictusq; scorpionū vel serpentiū omnium salubriter curat.vesice lapidis frāgit.menstrua fumigando deponit.¶ Auicen.Cardamomū quoddaꝫ ē magnū sicut cicer nigrū qd̃ cū frāgitur interius habet granū album mordicās linguā sicut Cubebe. Et aliud est paruū sicut lens.etiā aromaticū calidū est ⁊ sic.in.iij.gradu. ⁊ in ipso est cū calefactione stipticitas.ꝓprieq; ist illo qd̃ habet caput.et ꝓprie in capite ipsius. Confert nausee ac vomitui cū masticis aqua vtriusq; granati

¶ Constantinus in li.graduū. Cardamomi duo sunt genera: maius ⁊ minus. vtrūq; in primo gradu calidū ⁊ sic. Sed maius est minoris caloris ac ponticitatis ⁊ magis odoriferum.¶ Ideo stomachum ꝯfortat:⁊ digestionem adiuuat. Vomitū colericū arcet.cum ligno aloes mastice ac succo mente potatū: extinguit flegma:maxime cū suis corticibus bibitum. Cortex eius stiptitior est ⁊ stomachi confortantior

Caput.xciiij.

Cartamus. Johannes mesue cap. de cartamo: Cartamus duorum modorũ est. Est em̃ domesticus ⁊ siluestris. Et dixerũt q̃dã ꝙ nil est de speciebꝫ cartami et elongati sunt Cartamus de q̃ hic loquimur est domesticus ⁊ melior pars plante ipsius est semen. Et post illud flos eius est melius. semen eius est qd̃ est albũ planũ plenũ et grossuz. cuius medulla est vnctuosa pinguis et cortex tenuis. Et melior flos eius est qui ẽ sicut pili croci. Et est cal. in primo gradu sic. in. ij. Et flos eius est minus calida. Et siluestris est calidior ⁊ siccior. ⁊ in eo est virtus lacticinioꝝ remissa. Est aũt cartamus aperitiuus. abstersiuus: cõturbatiuus faciens nauseam. Auicẽ. li. ij. ca. de cartamo. Cartamus alius est domesticus ⁊ alius siluestris. Siluestris est ca. in. ij. gradu. sic. in. iij. Domesticus est ca. in primo gradu. sic. in. ij. Dyas. ca. cincu ꝑm trãslationẽ nostrã. Cincu. i. cartamus folia habet oblõga ⁊ diuisa ⁊ aspa ⁊ spinosa. tirsum habet longũ: spinosum in q̃ sunt capitella obrotũda cũ flore croceo. semen album habẽs obrufum ⁊ oblongũ ⁊ angulosũ. flores eius multi exsiccant. Serapion. li. aggre. ca. de cartamo: auto. Dyasco. Cartamꝰ est ex eo domesticus ⁊ siluestris. Domesticus habet folia longa: aspera: alta: spinosa: et diuisa: Et habet stipites longos duorum cubitorum spinosos. ⁊ super eos sunt capitella in magnitudine oliue maioris in quibꝫ est flos croceus similis croco: ⁊ habet semen album et oblongum angulosum.

Operationes

¶ Johan. mesue auc. pauli. Accipe medulle eius. ʒ. x. cordumeni: ʒ. i. ß. fac ex eis grana sicut cicercula. ʒ. v. soluit em̃ sufficienter. ¶ Et dicit etiã liga ex medulla quantitatẽ sufficientẽ in panno: ⁊ suspende in oximelle quando coquit: et erit solutiuũ. ⁊ proprie si fuerit oximel squilliticum A B

¶ Et idem auc. aliga selis. Accipe eius medulle aureos. xxij. penidie aureos. iiij. cordumeni zinziberis ana aureũ aggregentur oĩa cum melle. ⁊ fiãt forme sicut nuces. et da vbi oportet vnã vel duas. ¶ Et idẽ auc. Gal. Coquatur medulla eius in iure galline vel galli cum speciebꝫ et ꝓpinetur vbi oportet. C D

¶ Et dixit etiã fiat ex medullis eius ⁊ ponderꝫ tertia ipsius ex amigdalis: ⁊ sexta ex pineis ⁊ aggregentur omnia cum melle ⁊ decoquant cũ succo squille ⁊ fiat hec mirabilis iuuamenti ad ea que dicemus. ¶ Extrahitur em̃ ab ea oleum iuuamentoꝝ multoꝝ: et eius operatio est sicut olei de ben: et oleis de amigdalis. Et solutione educit flegma ꝑ vomitũ similiter et aquositatem. et valet ad egritudinẽ ex eis sicut est colica ⁊ cristerizat E F

¶ Et mundificat pectus ⁊ pulmones ⁊ ꝓprie loch ꝑdicti. ⁊ clarificat vocem ⁊ similiter oleum ipsius. ¶ Et vsus eius in spermate augmentũ facit. Flos vero eius cũ aqua mellis remouet yctericiã. ¶ Auicen. Oleum eius ẽ ꝓpinquum oleo vrtice: veruntamen debilius et est ex eis q̃ caseant lac: ⁊ nutrimẽtũ eius ẽ multe paruitatis. ⁊ mundificat pectus ⁊ clarificat vocem ⁊ est malus stomacho: ⁊ caseat lac in stomacho ⁊ aufert colice. G H I

¶ Dyas. Semen eius datum cũ mulsa ventrem purgat. cacostomaticũ est ⁊ dulce multum ⁊ ipsum ventrem deponit. amigdalis et nitro mixtũ ⁊ aniso cum melle cocto accepte ante cenam due vel tres velut nuces ventrẽ mollit: digestionem prestat. K

¶ Serapion auc. Dyas. Quando teruntur capilli cartami siluestris aut flos et bibunt cum pipere ⁊ vino conferunt puncture scorpionis. L

¶ Et q̃dã putauerũt ꝙ si quis ꝑcussus a scorpiõe tenuerit radicẽ eius ĩ manu sua nõ sentiet dolorẽ eius. ⁊ qñ ꝓicit eam tunc sentiet. M

Caput.xcv.

Caput.xcv.

Calamus aromaticus a similitudine calami vsualis vocatur. Gignitur in india multis nodis geniculatus fuluus fragrãs spiritus suauitate. Qui cũ frãgitur in multas ptes fit scissilis. similãs gustu casiani cũ leni agrimonia remordente: vt dicit Isi. in li. ety. Dya. Calamus aromaticus in india nascit. ⁊ est optimus colore rufus cũ nodis spissis: ⁊ cũ frãgit scissilis ⁊ arenosus appet ac fuluus: odore suaui gustu et viribꝰ stiptico atq; glutinoso. Plin. Juncus odoratus nihil differt a ceterꝫ sui generis aspectu. Sed calamus odoratus p̃stantior est Odore statim de longinquo inuitat: mollior tactu: meliorq; q̃ minus frãgibilis. Et quia solo se potius q̃ q̃ raphani mõ frangit In est aũt fistule araneũ qd vocãt florẽ. Auicen. Calamus aromaticus calidus ẽ. siccus vsq; ad secundũ Melior est ille q̃ est iacinctini coloris ꝓpinquos hñs nodos q̃ in plurima frusta frangit ⁊ cuius canna plena re simili tele aranee. ⁊ in masticatione eiꝰ est acuitas. Et eius ꝯtritũ ẽ boni odoris. Et est declinans ad citrinitatem ⁊ albedinem. Est aũt subtiliatiuus. In ipso est substantia subtilis: sicut in pipere ⁊ cinamomo ac reliquis speciebus huiusmodi. In ipso est stipticitas pauca cũ acredine. Et in eius substãtia sunt terreitas et aquaitas: ⁊ est bone cõmixtionis ad equalitatẽ ꝑtinens. sed eius exiccatio maior est.

Operationes

¶ Cõfert occultatiõi sanguis mortui: ⁊ ꝯtritioni lacertoꝝ. ⁊ apostemati epatꝫ ⁊ stõacho ac tussi. Valꝫ etiã ad tumorẽ: abstergit visũ: ap̃ata resoluit. mẽbra expulsiõis ꝓuocat Et cũ semĩe apij ꝯfert renibꝰ ac distillationi ruine vrine. ¶ Cõstãtinꝰ in li. g̃duũ. Calamꝰ est subtil' citrini colorꝫ: ꝯcauꝰ: desiccatiuꝰ: ⁊ facillime rũpit digitꝫ ꝯstrictus. in india ⁊ ꝑsia nascit sꝫ laudabilior ẽ indicꝰ. Est ãt ca. ⁊ sic. ĩ ij. gra. valetq; ad dolorẽ stomachi ⁊ epatꝫ potui datus Mẽstrua ꝓuocat ⁊ veteri tussi ꝑdest si suffumigium inde fiat Et stringit etiã sanguis fluxũ. ¶ Pla. Calamꝰ aromaticus ca. ẽ ⁊ sic. Quidã reꝑit in ꝑsia q̃ citrinꝰ ẽ Et eo phisici nõ vtunt. Alius in india q̃ subalbidus ẽ ⁊ eo vtunt. Est ãt radix cuiusdã fruticꝫ valde aromatica: calamo silis. qꝛ cõcaua est. Cũ em̃ colligit q̃ddã lignũ qd ĩteriꝰ ẽ extrahit. Eligẽdus ẽ ãt calamꝰ subalbidi colorꝫ q̃ cũ frãgit nõ facile puluerizat: ꝑ tres annos seruat Habet ꝟtutẽ cõfortãdi. Puluis eius valet cõtra dolorem stomachi ex frigiditate vel vẽtositate. Ad digestionẽ stomachi ꝯfortãdã datur puluis eius cum puluere cinamomi. hoc etiam valet contra cardiacam.

Caput.xcvi.

Calamus agrestis siue aquaticus Actor Calamus ẽ arundo vel arundinei

generis. Sed ē etiam calamus aromaticus de q̄ supra proximo capitu. Isi. xvj. In stagnis indicis arundines calamiq; dicūtur nasci ex quorum radicibꝰ expressum suauissimū succum bibunt Indi. Unde ⁊ Uarro. Indica non magnum in arbore crescit arūdo. Illius ⁊ lentis premitur radicibꝰ humor. Dulcia cui nequeant succo comedere mella. Glosa super Esaiam. xij Calamus de quo carta fit medulla habere videt: ⁊ non esse vacuus sed gilis est ⁊ cito marcessit. Unde scriptum est. Calamus et iuncus marcessit.

Operationes

A ¶ Dyascori. Calamus agrestis maior est in omnibus agaricis. Quem si comederint animalia: citius infertur mortem. ⁊ maxime ille qui nascit in babylone ⁊ in parnaso. Hastas habet multas: folia edere similia. flos eiꝰ albus ⁊ odoratiuus: semen vero minutum et bonum. Radices quinq; vel sex habet albas et longas et dulces. vnius digiti grossitudinem habentes.

B ¶ Et eius elixatura conficitur medicamentum quod tollit caligines oculorum.

C ¶ Elixatura radicis eius tantū potest quātum et radix.

D ¶ Semē eius diureticum est: Nauseam prouocat ventrem stringit. in Cicilia nascitur: q̄ bouē impinguat si fuerit viridus comesta.

Caput. xcvij.

Caparis siue caparus. Isido. in. libro etymologiarum. xvij Caparis dici videtur: eo q̄ habeat in sūmitatibus rotunda quedam seminum capitella. Plinius libro. xix. Diximus inter peregrinas frutices de caparo non vtendum transmarino innocentius est italicum. ferunt illos q̄ quotidie edunt paralisi non periclitari: nec lienis doloribus Platearius. Caparis siue caparus. Herba est vel frutex in transmarinis partibus cuius cortex precipue cōuenit vsui medicine. In principio veris colligitur ⁊ desiccatur. per sex annos in multa efficacia seruatur. Eligendus aūt est cortex qui cū frangitur non puluerisatur: ⁊ qui aliquantulum subrufus ē ⁊ sub amarus. flores em̄ adhuc tubero si colligi debent: quia iam dilati nō valent. Cum sale vel aceto conditi seruatur Cōstantinus in libro graduum. Capari sunt in secundo gradu calidi ⁊ sicci. Horum radix ⁊ frondes ⁊ poma ⁊ semen intrāt medicinam. Magis tñ cibo poma ⁊ frondes: radix vero medicine pertinet.

Operationes

¶ Dyascorides. Caparis schirosim splenis super omnia medicamina iuuat: frutex eius spinosa sup terraz sparsa: vnctione plena. habens folia cydonie similia. semen autem sicut oliua Radices magnas ⁊ multas locis aridis et maxime in muris nascitur. A

¶ Semen eius ventrem mollit. Comestum autem cacostomachum est. Radix et semen cum vino bibita splenem attenuant: vrinam prouocant sanguinem deponunt sciaticis et paraliticis bibita mirifice prodest: menstruis imperant. Semen eius coctum cum aceto ⁊ ore retentum: dolorez dentium mitigat. radix eius trita ⁊ imposita duricias ⁊ scrofas spargit. Succus eiusdem auri infusus vermes occidit. B

¶ Isaac. Capari sunt ⁊ radix ⁊ frondes et fructus eius omnes calidi in secundo gradu quod testatur eorum ponticitas acumen et amaritudo. C

¶ Ideo succidunt ⁊ dissoluunt ⁊ mūdificant stomachum a superfluis humoribus. D

¶ Opilationem splenis ac epatis aperiunt: et duriciam soluunt. vrinam ⁊ menstrua prouocant. E

¶ Meliores sunt ꝑm medicinā q̄ꝫ ꝑm cibum qm̄ illaudabilis nutrimēti sunt: vtpote colerici nigri q̄ sanguis generatiui: neruos etiā stomachi impediūt ⁊ percutiunt assuefacti. F

vnde oportet eos elixos manducari: ablata q̃ eorum aqua conditus cum oleo ⁊ aceto. Qui si cum carne vel alio comedantur: non absq̃ coriandro manducandi sunt. cuius natura temperiem magnam eis prestat.

G ¶ Platearius. Capari virtutem habent incitãdi appetitum. humorem in ore stomachi existentem digerendi stomachum confortãt infrigidatũ calefaciunt: cibus eñ sunt ⁊ medicina.

H ¶ Cõtra vicium splenis ⁊ duriciem epatis: valet vinum decoctionis caparis

I ¶ Succus foliorum eius auribus immissus: vermes necat. Valet etiam herba hec ad iliacam passionem ⁊ arteticam

Caput. xcviij.

Camphoraca. Platearius: Camphoraca est herba cuius succus est cãphora: multipliciter vtilis in medicina: sicut videlicet in isto capite habetur. Hec herba nostre camphorace similis est. In fine veris colligitur ac teritur: ⁊ inde succus eius exprimitur. Quod feculentum est residet et abijcitur. quod liquidius ac purius retinet. Soli exponitur ⁊ exiccatur: ac desiccata in camphoram reducitur. Idem. Camphora est in tertio gradu frigida ⁊ sicca: dicũt quidam: sed falso gummi esse: cum sit succus herbe cuiusdam: teste Dyascoride multisq̃ alijs auto. Herbaq̃ ipsa dicitur camphoraca: vt in principio huius capituli dixi. Camphora eligenda est alba ⁊ lucida Nam turbulenta non est adeo bona. Et admixtione autem vernicis sophisticat̃ dum inter ipsius cãphore: ⁊ ex admixtione similis est in odore. Discernitur aut quia vernix solidã habet substãtiam ⁊ difficile frangitur. Camphora vero cito. ⁊ si tractetur in manibus. de facili pulverisatur Camphora nisi artificiose seruetur d̃ facili perditur. Est enim aromatica. et oñe aromat. cum est fumosum. Ideoq̃ in fumositatem soluitur: Seruari aũt potest in vase marmoreo: ⁊ melius in alabastro. seruaturq̃ in efficacia multa in psillio vel in lini semine vel milio per annos. xl

Operationes

¶ Contra calefactionem epatis puluis eius cũ solatri succo conficitur. in quo plagelle intincte sepius epati superponuntur. A

¶ Contra fluxum sanguinis e naribus fiunt magdaliones ex puluere ipius: ⁊ ex puluere seminis vrtice vsti arq̃ confecti cũ succo sanguinarie ⁊ imponuntur naribus si vero fiat fluxus ex ebulitione sanguinis vel ex epate: puluis eius camphore cum aqua frigida cõficiat: ⁊ plagelle infuse fronti ⁊ timporibus et gule ⁊ epati superponantur. B

¶ Contra maculam oculi conficitur puluis eius cum aqua rosarum: addito feniculi succo in vase ponatur eneo. C

¶ Contra faciei pannum ⁊ ad faciem clarificandam conficit̃. Conficitur quoq̃ cũ aqua rosarum addito albo atq̃ mundissimo. D

¶ Contra libidinem odoret̃ camphora per nares Nimia eñ actione frigiditatis spiritus inspissat corpus infrigidat ⁊ libidinem stringit. vnde: Camphora per nares castrat odore mares. E

¶ Nota q̃ satis competenter ponitur in syrupis contra acutas egritudines. F

¶ In frenesi competenter ꝓuocat sternutationes si puluis eius distemperetur cũ oleo rosarum ⁊ penna intincta per nares intinguatur ⁊ in alijs fe. acutis quia non augmẽtat colorem: nec naturam. G

¶ Auicenna. Vsus camphore facit caniciẽ et ꝓhibet apostemata calida. Et cum aceto prohibet fluxum sanguinis narium: aut cum expressione dactilorum aut cum aqua mirti. H

¶ Et confert sode calide. Et remouet vigilias Et confortat sensus calefactorũ. Et confert alcole vehementer. Et confert in medicinis obtalmie calide. I

R ¶ Et abscindit coitum: et generat lapidem renum et vesice.

L ¶ Et stringit fluxum ventris colericum.

Caput. xcix.

CAmsice aut sicen. Dyascorides capitulo camsice. Hastas habet longas digitorum quatro: in terra proiectas lachrymo plenas. folia sunt eius lenticule similia sed minora et tenuiora. semē habet sub foliis rotundum sicut peplum. et est sine flore radix est illi tenera et inutilis.

Operationes

A ¶ Dyascorides. Hasta eius trita cum vino et vt pessarium suppositā dolorem matricis mitigat. Cataplasmatibus adhibita tumores spargit clauos corporis. tollit mirmicias mundat cocte et comeste ventrem soluūt. Idem succus ipsius facere potest. succus ipse peruncte ictus scorpionum mitigat. suffusiones et caligines oculorum addito melle curat. Nascitur vero saxosis locis et asperis.

Caput. c.

CAtapucia. Mid. li. etymo. Catapucie due sunt species. Maior videlicet et minor. Maior est sicut arbor ficus licet minor folia eius sunt sicut folia platani. Semina eius stant in arbore sicut vue. Minor habet hastam duor palmorum et inanē. folia similia amigdalis sed longiora. semē eius in cacumine virge rotundū. deforis nigrū deintus album. Sunt eñ ambe quasi eiusdē complexionis et virtutis. sunt eñ ca. in tertio. et bu. in primo virtutem habent purgandi flegma principaliter secundario coleram et melancoliam. Sera. li. aggre. ca. carbua: deest catapucia. auc. dyasc. Catapucia maior q̄ vocat carbua: est arbor in magnitudine ficus habens folia similia dulb. nisi quia sunt maiora leniora et nigriora: stipites et rami eius sunt concaui sicut canna. et habet semen velut in ramis asperum. et quando excoriatur semen eius est simile lacti: et ex eo exprimit oleum de herua. Minor est planta quā multi cōputāt inter lactitinior species habet stipitē vnus brachij longitudinē habentem: et concauū in grossitudine vnius digiti et in sūmitate stipitis ramorū sunt ramuli pinei: et ex foliis quedā sunt sup stipitem: et quedā super illos ramulos. sed folia q̄ sunt super stipitem sunt longiora similia foliis amigdale: nisi ea

sunt latiora ⁊ leniora sed folia q̃ sunt sup̄ ramulos superiores sunt minora folijs stipitꝫ et sunt similia folijs aristologie lon. appropinquãtia similitudini foliorꝫ edere. ⁊ habet fructũ in summitatibꝫ ramulorꝫ triangulatũ: ⁊ velut rotundũ sicut grana capari: ⁊ int̄ ip̄m sunt semia q̃ diuidũt̄ p̄ parietes que sũt in eo que semia sunt in magnitudine orobi: exterius subnigrũ habẽtia colorẽ. sed qñ excoriant̄ sunt alba: ⁊ habẽt saporẽ dulcẽ: ⁊ radicẽ subtilẽ in qua nullũ est iuuamentũ. Ga. vij. sim. far. ca. citri. i. catapucie fructꝰ q̃ purgat. Abstersiuã ⁊ dyaforeticã habet virtutẽ ita aũt ⁊ flos sed oino debiliorẽ. oleum vero qd̄ ex fructu ẽ: ẽ calidiꝰ: subtiliꝰ: dyaforeticũ

Operationes.

A ¶ Sera. Catapucia maior habet virtutem que abstergit ⁊ resoluit. Et v̄tus foliorꝫ debilior est v̄tute granorꝫ. sed oleum eius est calidius ⁊ subtilius oleo oliuarꝫ: ⁊ propt̄ h̄ resoluit plus eo. Ex semine eius fit oleum qd̄ nõ administrat̄ in cibis: sed in lucernis: ⁊ po-
B nit̄ in vnguentis. ¶ Et quãdo excoriant̄ ex granis eius. xxx. ⁊ terunt̄ ⁊ bibũtur purgãt colerã ⁊ flegma ⁊ humiditates aquosas ⁊ cõmouent vomitũ ⁊ fluxũ ventris. Et grana q̃dem eius sunt grana dura. laxant stomachũ laxatione forti. Et p̄uocant nauseam ⁊ vo-
C mitum. ¶ Et quãdo grana eius terunt̄ ⁊ fit emplastrũ cũ eis mundificat empetiginem.
D ¶ Et quando fit linitio cũ oleo eius solo aut
E cũ aceto sedat apostemata mammillarꝫ. ¶ Et tempus quando debet fieri illud oleum ẽ qñ cadũt grana a cortice suo. qd̄ oleũ cõfert scabiei ⁊ vlceribus humidis que sunt in capite: et apostematibus eorum: et coartationi oris matricis: ⁊ cicatricibus fedisque remanent post solidationem clauorum ⁊ dolori auriꝫ quando miscentur cum aliquo vngento fortificante operationem eius.
F ¶ Et quandoq̃ laxat ventrem. Et expellit lumbricos. Et idem auc. bedigoras. Proprietas granorum eius est q̄ dissoluunt. subtiliant ⁊ fortificant membra et incidunt superfluitatem. Et conferunt lepre. Et similiter
G oleũ eorꝫ. ¶ Dyasc. Virtus catapucie minoris est catartica. septem grana accepta aut nouẽ sicut catapodia comesta. ⁊ similiter ca. aqua accepta flegma ⁊ coleram deponit.
H ¶ Succus ex eo factus sicut de titimallo omnia similiter facere potest folia eius cum gallina aut iuscello accepta ventrem soluunt.
I ¶ Sed catapucie maioris: si. xxx. grana purgata fuerint accepta: colerã ⁊ flegma ventrꝫ deponũt. vomitũ p̄ouocant gustu non bo-
K no hec purgatio stomachũ ledit. ¶ Cõtritũ ⁊ impositũ maculas limpidat. folia eius trita cũ polenta tumores oculorum spargunt duricies omnes mammarum et tumores compescunt. Ignem sacrum sola extinguũt ipsum cũ aceto mixta.

Caput. cj.

Caulis. Isid. in. li. ethymo. Caulis est generaliter herbarũ vel olerum medius frutex: q̃ vulgo tyrsus dicit̄: eo q̄ a terra sursum ꝯscẽdat. Et q̃ deriuatũ est et specialit̄ quoddã genꝰ olerꝫ caulis diceretur q̄: tyrsus eius plus ceterꝫ oĩbꝫ coalescit. i. crescit. Aui. Caul̄ corpus naturalit̄ ẽ humidis folijs. siluestris aũt est calidior ⁊ siccior: ipse totus est calidus in p̄mo. siccus in secundo. Caulis siq̃dem alius ẽ domesticus: alius siluestris: alius marinus ⁊ alius caul̄ aq̃. Siluestris est amarior ⁊ acutior ⁊ a cibo remotior. Est aũt grossi nutrimenti ingrossans sanguinẽ. Et inflat ⁊ facit corpꝰ dolorosũ. Maturatiuus ẽ aũt ⁊ lenificatiuꝰ. ⁊ desiccatiuꝰ p̄prie qñ decoquit̄ ⁊ ab eo p̄ma aq̃ effundit̄. Eiusq̃ nutrimẽtũ est paruũ ⁊ humidius nutrimento lentiũ. Et sanguinẽ facit malum. Cum ergo cũ carne pingui ⁊ gallinis decoq̃tur parũ bonus efficitur. Palladi. li. iij. Inmẽse februario caules ferunt̄ qui ⁊ toto ãno seri possunt solũ pingue ⁊ satis subactum diligũt. Argillã ⁊ glaciẽ timent. Sabulone et

arenis non delectantur nisi perhennis vnda succurrat Omnē statum celi patitur caulis frigidum magis contra austrum positi citius ferunt. Contra septemtrionē serius. sed hoc et sapore caulis vincit et robore cimis delectatur. Et ideo ponende sunt plante per bulbinos arearum. Gaudet stercore ⁊ sarcolatione. Rarius positus cōualescit. celerius coquit: virore seruatur. si dum est triū vl' quatuor foliorum. nitrū tritū cribello desup sparsas ⁊ speciem pruine canentis immittet.

Operationes

A ¶ Auicenna. Caulis habet ꝓprietatē in sedatione dolorum. stipticus est eius cinis ⁊ fortis exsiccatiōis. Siluestris ⁊ marinus ⁊ domesticus maturāt flegmones atq; duricias.

B ¶ Idem caulis consolidat et prohibet fraudulentia ambulationem. ponitur q; cum albumine oui super adustionem.

C ¶ Tremori confert cum fenugreco embracatur super podagram. eiusq; decoctio super dolores iūcturarum. Iterum eius decoctio ac semen tardant ebrietatem.

D ¶ Confert etiā furfuribꝰ ⁊ fit caputpurgiū cū succo eius. Ex eius ꝓprietatibꝰ fit exsiccatio lingue: facitq; somnū. ⁊ obtenebrat visum.

E ¶ Cum succo eius aut decoctione ipsius cū oleo sisamino fit gargarismus contra prefocationem. Et eius comestio clarificat vocem. Est autem malus stomacho.

F ¶ Succus eius cū vino depassis ꝯfert spleni ⁊ ictericie, ꝓuocat vrinā ⁊ mēstrua. eiusq; semē vermes interficit cū lupinoꝝ aqua.

G ¶ Cinis radicis lapidem frāgit. Caulis marinus declinat ad salsedinem et amaritudinem. et ideo lenit naturam. soluitq; proprie cum pingui carne. Eius folia sunt sicut aristologie: que oriuntur ex vna radice. Succus eius cum vino confert morsibus etiam canis rabiosi.

H ¶ Dias. Cauliculi ortiui elixi et non valde ꝑcocti ventrem molliunt. Nam caulis tyrsus si fortius elixetur ventrem abstinet: et maxime si in calido cinere coquatur.

I ¶ Qui nascuntur in egipto amari sunt. et si comesti fuerint caligies oculorum detergūt typicis prosunt crudi comesti: ebrietatem in conuiuio non admittunt.

K ¶ Isaac. Caulis siccus est ⁊ frigidus in primo gradu. Turbidum et melancolicum generat sanguinem odorem dantem.

L ¶ Caules estiui vstiorē sanguinē generāt. colere eñ vste vicini sunt et mundificatiui.

M ¶ Hyemales vero non tanti acuminis sunt: sed vis eorum ventrem humectat ⁊ vrinam prouocat. Horum ius bibitum ventrem soluit. ⁊ sine iuri comesti eundem constipat. corpus enim eorum siccum est. vnde et constipatiuum. Ideoq; vt ab eoꝝ nocumento temperetur elixentur: et aqua proiecta in alia coquantur cuꝫ pinguissima carne pecudis vel suis.

Caput. cij.

Cauda equina. Auicenna. libro secūdo capitulo de cauda equina. Cauda equina est planta nascens in locis cōcauis et in vallibus. habens stipites concauos ad rubedinem declinantes/asperos/duros/nodosa cum nodis intrātibus. et ad nodos sunt sicut folia squinanti minuta spissa. et adheret arbori cui appropinquat. deinde generantur ex ea extremitates plures sicut cauda equina et habet radicem duram ē frigida in primo/sicca in secundo. est stiptica: ⁊ proprie succus eius est vehementis exsiccationis sine mordicatione. ¶ Galienus. vj. simplicium farmacorum capitulo de cauda equina. Virtus huius plante est stiptica cū amaritudine pauca: et propter hoc desiccat violenter cum mordicatione. Est frigida in primo. sicca in secundo. ¶ Paulus capitulo de cauda equina. Est quedam cauda minor que grece vocatur corsanda habens stipites

subrufum et folia superficza minora. ¶ Dyascorides capitulo Hipparis sive anabasis. Hipparis id est cauda equina aut anabasis. Nascitur in locis humidis et in monumentis. habet hastas rufas et asperas et nodosas que haste quicquid vicinum habent alligant. in quibus folia sunt in summitate acuta et tenera et iunco similia. et spissa sursum ascendentia. Hec etiam aliquotiens de pariete pendet comis plena abundantius et nigris sicut caude. radices sunt ei lignose et dure. virtus est ei stiptica.

Operationes.

A ¶ Auicenna. Cauda equina est valde innata ad fluxum sanguinis. cõsolidat vulnera et vicera mirabiliter. Et si in eis sunt nerui cõsolidat etiam. Cõfert quando linitur aut fit ex ea emplastrum interiinis. Confert etiam apostematibus calidis stomachi et epatis et ydropisi. et cetera.

B ¶ Galienus. Vulnera maxima quinimmo et contra emissionem sanguinis et fluxum muliebrem. Et contra dissinterias etiam et ceteros ventris fluxus. Hec bebita farmacum validum est cum aqua et vino. Scribunt autem quidam hanc vesice necnon subtilium intestinorum vulnus sanare.

C ¶ Succus autem eius emorroisagũs que ex naribus confert. et humidis passionibus ventris cum aliquo vino pontico bibita. vel cũ aqua si contingant febricantes.

D ¶ Paulus. Cauda equina minor curat et delet antracem sumpta et emplastrata.

E ¶ Dyascorides. Succus eius naribus sanguinem profluentem abstinet. Dissintericis cum vino bibita medicatur. vrinam prouocat. folia eius imposita vulneribus recentibus paracolesim faciunt. et radix et herba eius tussientibus et orthopoicis medicantur. conquassationibus opitulantur. dicitur vero incisiones vesice et intestinorum solidare.

F ¶ Serapion auctoritate Dyascoi. Quando folia eius piscantur et fit cum eis emplastrum conglutinat vicera recentia. et si sint nerui incisi consolidat eos. Et decoctio radicis et foliorum eius quando datur in potu confert tussi antique et contractioni anhelitus. Et si potenter trita et sicca idem faciunt. Et quando fit emplastrum cum eis recentibus confert attritioni lacertorum.

CAssia fistula. Johannes mesue. Cassia fistula est ex medicinis in quibus est fiducia iuuamentorum. Et est sine nocumẽto carens acuitate et mordicatione et omni excessu ledente: que potest exhiberi in omni crate. itaq; pueris et pregnantibus Constat autem eius electio in septem proprietatibus. vt q; eius arundo sit grossa plena splẽdens multi ponderis. et sit pulpa eius splendens et pinguis. et hasta ex arundine et cõseruata in vasis vitreatis est equalis cõplexionis ad latus caliditatis declinãs. et est humida in primo. et ẽ lenitiua et resoluti ua cum rificatiua sanguinis. nocet debilibus habẽtibus viscera lubrica. remouetur ab ea hoc nocumentum in permixtione mirabulanorum. et reubarbari et aqua mastichis et spica et quandoq; necesse est addere lubricatem. et proprie in desiccatione viscerum: quare miscetur ei oleũ de amigdalis dulcibus. et diuretica faciunt eam declinare ad vias vrine. quare necesse est eo; permixtio quando oportet membris secunde expulsionis cõferre. et ipsa est de tarde et debiliter solutionem facientibus. propter quod permiscẽda sunt cum ea et rebus habentibus acuitatem siue albasce et ysopus etenim vigorant eius operationẽ. et magis adhuc si cũ quibusdã ex ventrẽ soluẽtibus misceatur. et ipsa cũ aqua

casei ē nobilis operatōis. ¶Sera. li. aggre. cap. chiarzambetb. i. cassia fistula. ꝛ sunt cā ne cōcaue. quarum color est rubeus ad nigre dinem declinis. et inter ipas sunt lamine ex carne nigra ꝛ parietes diuidētes inter eas. e intra lamina sunt grana sicut grana zalo caracte ꝛ eiusdē magnitudinis. sapor eius ē dulcis. ꝛ color eius est inter glaucedinē ꝛ ru borē. ꝛ affert a Babilonia ex terra aliemen. Et virtus eius est ꝙ ipsa est equalis cōple xionis ꝛ electa. Ex illa est que est in canna sua interius nigra granis ꝛ lucida. Et quod de ipa vtimur plurimū est caro. licet etiā cor tice aliqñ. Et idē auc. Mesuay. Virtus eius est ꝙ resoluit ꝛ extinguit acuitatē sanguinis.

Operationes

A ¶Johānes mesue. Cassia fistula mūdificat sanguinem. et remouet acuitatem eius. et se dat sitim. et proprie cum succo endiuie aut saltem deputato ſm artem.

B ¶Et ipsa quidem mundificat stomachum: ꝛ educit coleram et flegma. ꝛ illud operatur sine nocumento. et caret mordicatione.

C ¶Et ipsa quidem lenit guttur et pectus.

D ¶Et resoluit apostemata acuta in eis. et cōfert calefactioni renum sumpta cum diure

E ticis et infusione liquoris. ¶Et prohibet ge nerationem lapidis in eis. et confert febribo colericis. Et dosis eius ſm Serapi. auctoritate. Aben mesuay est a. ʒ. vj. vsq; ad. ʒ. ß.

F ¶Serapion auctoritate. Aben mesuay. Cas sia fistula extinguit acuitatem sanguinis. ꝛ sedat apostemata dura que fiunt ex eo. et re soluit apostemata dura que fiunt in gingi uis et gutture quando fiunt cum eo garga rismata cū aqua arboris vulpis et passulis.

G ¶Et cōfert ictericie et dolori epatis. ꝛ pur gat coleram adustam. ꝛ mollificat ventrem mediocri mollificatione. et mundificat ner

H uos. ¶Auicē. li. ij. cap. de cassia fistula. Cas sia fistula est equalis in caliditate et frigidi tate et humiditate. et est resolutiua et lenitiua. et confert apostematibus calidis. ꝛ visce ribus ꝓprie et gutturi: quando ex ea fit gar garismus cum aqua solatri. et linitur super apostemata dura et confert eis. et liniuntur ex ea podagra et iuncture dolorose. quando dissoluitur manibus in aqua coriandri hu midi cum spuma psillij ꝛ deinde fit ex eo gar garismus confert prouocationi et mundifi cat epar. et cōfert ictericie. et dolori epatis. et est lenitiua. ventris. ꝛ educit coleram adu stam ꝛ flegma. et soluit sine nocumēto et abs q; mordicatione adeo q; ipsa est cōueniens pregnantibus. et soluit eas. loco eius ponitur medium ipsius de tereniabin et triplum ponderis eius de carne passularum. Octauum ponderis ipsius deturbit. et quando q; ponitur loco passularum liquiricia.

Caput. cūij.

OCassia lignea. Gal. vij. sim. far. cap. de Cassia lignea. Substantia cassi elignee est multum subtilis. ꝛ sapor ei⁹ est acutus et stipticitate pauca. et virtus ei⁹ ē calida et sicca in tertio gradu. ¶Serapiō li. aggrega. cap. Melochaa auc. Dyas. Sūt ei⁹ multe spēs. ꝛ nascunt in terris arabū. i nascuntur species alie aromatice. habet sti pitem grossum et corticem. folia eius sunt si milia foliis vreos nigra purpurea. et habet odorem similem odori rose. Et hec species est prima in bonitate. et secunda post hāc in bo nitate est illa cuius color est sicut color corall li. et est subtilis/leuis longa/grossi calami ꝛ plene mordicans linguam cum stipticitate et acuitate pauca. bonum odorem habens participārem aliquod odoris vini. Hee due species sunt vtiles in medicina. alie vero nō sunt administrāde. et ego volui eas rememo rari vt non administrentur: sed abiciantur. Et est de eis quedā que est nigra habēs odo rem malum et corticem subtilem. et reperi tur res quedam similis cassie lignee et non est cassia lignea. Et cognoscatur ꝙ saporem.

quoniam non est acuti saporis: nec odorifera. et cortex eius est adherens ligno. et reperitur quedã similiter habẽs calamũ latũ lenem mollẽ asperũ tactu. ⁊ est minus mala q̃ nunc dicta. sed peior oĩbꝫ illa est cuius color est albꝫ. et odor similis odori porri. nõ habẽs calamũ grossum sed subtilem.

Operationes.

A ¶ Gal. Virtus eius est que resoluit ⁊ incidit et fortificat membra. ⁊ prouocat menstrua q̃ retinentur causa grossoꝝ humorum ⁊ viscosorum. ¶ Sera. Cassia lignea habet virtutẽ propinquã cynamomo calefacit ⁊ desiccat et prouocat vrinam ⁊ stipticat leui stipticitate. et administratur cum medicinis acuentibus visum: et quãdo admiscetur cum melle ⁊ linit humiditas lactea que apparet in facie aufert eam. ¶ Et prouocat menstrua. ⁊ conuenit veneno tyri quando sumitur in potu. ¶ Et apostematibus calidis intrinsecis quando bibitur. et dolori renum facto fomẽto cum ea: et dilationi matricis quando fit eucatisma. i. fumigium cuꝫ decoctione eius. et ponitur loco cynamomi in confectionibꝫ duplicato pondere ex ea. ¶ Et idem aucto. Mesuay. Fortificat stomachum et epar. et expellit fetum cũ fortitudine. Auicenna de viribꝫ cordis dicit q̃ confortat cor.

Caput. cv.

Castanea. Isidorꝰ libro ethymologiarum. Castanea dicitur eo q̃ fructus eius gemini in modum testiculorum rotundi sunt. qui dum eijciũtur quasi castrãtur. Hec arbor simul vt excisa fuerit. tanq̃ silua expululare consueuit.

Operationes

¶ Plinius libro. ii. Castanea diligit montes ⁊ valles: sicut robur ⁊ abies. Nec amant aq̃sa loca cypressi et castanee. sed sunt siccanee. Castanea est aceris modo crispa et est etiam eidem fremitas spissa. Itaq̃ cariem vetustatemq̃ sentit tardissime. In vere autem concipiunt castanea terebinthus et aquifoliũ. A

¶ Idem libro. xvij. Semen ipa serere docuit natura: cum decidens viuisceret terra exceptum. Nec aliter proueniunt in glandes atq̃ castanee. quibus est pro semine fructus ipse. Castaneam inseruit Corellius eques romanus suometipso surculo in agro neapolitano. B

¶ Hec inter laudatos ab eo nomen accepit. Postmodum heres eiusdem libertus correllianam inseruit. Hec est inter illas differentia. q̃ illa copiosior. hec correlliana melior. Tempus vero statutum castanee ac pinee serendi est septimo Kalendas Marcij. C

¶ Castanea pedamentis omnibus prefertur facilitate tractatus perdurandi perninicatia regerminatõe cedua. Salice quoq̃ letior fuerit facile solum. nec arenosum. maximeq̃ sabulum humidum aut carbunculũ vel cofi. etiam farinam quamlibet opaco septentrionaliq̃ et prefrigido situ. vel etiam decliui. D

¶ Recusat eadem gallina rubricam cretam: omnemq̃ terre fecunditatem qua seri nuces diximus. sed non prouenit. nisi maximis. nec nisi quinis aceruatim satis prefringi solum debet supra ex mense Nouembri in Februarium. quo solute spũte ex arbore cadunt atq̃ subnascuntur. Interualla pedalia sint vndiq̃ sulco. Ex hoc seminario trãfferũtur in aliud. bipedali interuallo plus biẽnio. Sũt et propagines nulli quidem faciliores. Nudata siquidem tota radice in sulco prosternitur. et tunc ex acumine supra terram relicto alia quoq̃ ab radice renascitur. sed trãslata nescit hospitari: pauetq̃ nouitatem biennio fere postea prosilit. E

Caput. cvj.

Celidonia. Isidorus in libro vbi sup. Celidonia dicitur. vel eo q aduentu yrundinum erumpere videatur. Vel eo q pullis yrundinum si oculi auferantur matres eorũ illis ex hac herba mederi dicãtur. ¶ Plinius libro. xxv. Animalia herbas inuenerunt in primisq celidoniam. Hac em yrundines oculis pullorum in nido visum restituunt. vt quidam etiam volunt erutis oculis. Eius genera duo sunt. maior fructicosa caule folia pastinace erratice. ipsa ampliore. duorum cubitorum altitudine flos albicans. flos luteus. Minora folia sunt hedere rotundiora minus candida. Succus croci mordax: semen papaueris. florent yrũdinum aduentu. marcescunt discessu. florentibus illis succus exprimitur ⁊ in vase ereo cũ addito melle leniter cinere feruẽti decoquit. ¶ Platearius. Celidonia est calida ⁊ sicca in tertio gradu. cuius duplex est modus. videlicet indica. que maioris est efficacie. Et cõmunis que in nostris regionibus inuenitur et est minoris efficatie. Una tamẽ potest poni pro altera. Indica citrinam radicem habet. Et in receptione nõ herba sed radix poni debz. que per annos tres in efficatia multa seruari valet. ex qualitate sua ꝟtutem habet dissoluendi et attrahendi et consumendi. ¶ Dyasco. Celidonia maior virgam habz vnius cubiti longam ⁊ amplius teneram ac tenuem. Que in gyro habet folia plura botracio similia sed molliora et subalbidiora. florem aurosum profert succum croceum habens. virtus eius est viscida mordens ⁊ amara: non boni odoris Radix desursum est vna desubtus plures.

Operationes

¶ Platearius. Celidonia contra dolorẽ dentium in frigida causa valet radix hec aliquãtulum trita. valet et ad caput purgandum. Et vuam ex frigidis humoribus repletam. A

¶ Contra colicam passionem herba trita et in vino decocta supponitur. B

¶ Et ad cancrum oris aut neruorum puluis radicis cum puluere rosarum conficitur. et cum aceto decoquitur. C

¶ Ad fistulam eius puluis cũ capitello confilitur et ori fistule cum melle immittitur. D

¶ Galienus octauo simplicium farmacorũ capitulo de Celidonia abstersiue fortissime et calide virtutis. quinimmo et succus eius ad augmẽtationẽ visus vtilis ẽ. in quibꝫ cernitur grossum quid ſm pupillam et dyaforare indigent. Visi vero fuerunt quidam radice ⁊ ad eos qui obstructionem epatis ⁊ yctericiam patiuntur in vino albo dantes bibere similiter autem masticata vtilis est in doloribus dentium. Paruum vero celidoniũ acrum existens magna vlcera citissime cuti cathaplasmatum et vngues leprosos eijcit. expurgat vero succus eius per nares sufficienter acris existens. E

¶ Dyascorides capitulo de celidonia. Succus celidonie maioris melle addito ceramine coctꝰ super carbones oculorum maculas detergit. Folia ⁊ radix ⁊ ꝟga in vmbra estate siccantur. et sicut crocus cõponuntur. Radix eius aniso mixta ⁊ vino albo bibita yctericis opitulantur. Folia eius cum vino ⁊ cathaplasmata adhibita maculas detergunt. masticata dolorem dentium prohibent. F

¶ Celidonie minoris virtus est viscida. vulnerat cutim: scabiem detrahit. vngues leprosos excludit. succus eius radicis melle addito naribus infusus caput purgat. Eaedm dicit Serapion capitulo proprio auctoritate Dyascoridis: licet per alia verba. G

Caput. cvij.



Cedrus. Dyas. cap. cedrus. Cedrus arbor est vñ pix cedria fit. cuius semina sunt parua atq; spinosa. fructui iuniperi similia vel mirte. Alia est maior que ab aliquibus cedrus lata appellatur fructui cypressi similãs: sed minor est. que tñ est vexabilis stomacho. atq; feruentẽ habet virtutem. de qua fit cedria. Est aũt cedria probabilis ⁊ vtilis que ẽ spissa ⁊ limpida ⁊ in odore fortissima. in qua cũ digitũ intinxeris pinguedine sua rarius defluit. Itẽ serpin. i. cedrus. ⁊ est arbor cuius gũmi est gummi cedri. ⁊ ab ista arbore emanat pix cedria vel cedrina. ⁊ est pix liquida que arabice vocatur hictan. ⁊ est genus abietis. ¶ Pli. cap. de cedro. Est inquit cedrus maior ⁊ minor Minoris duo sunt genera. scilicet licea ⁊ fenicea. Differũt folia nãq; derogatũ habẽt spinosum. oxicedros vocatur ramosa ⁊ nitore infesta. altera odorẽ p̃stat. fructũ ferunt mirti in magnitudine dulcẽ saporẽ habentẽ. Et maioris duo sunt genera. Unũ quod floret ⁊ nõ fert fructum. Aliud fructiferũ nõ floret. ⁊ in eo añcedẽtẽ fructũ occupat nouus. semẽ eius cypresso simile: sed quod cedrolentẽ vocãt ex hac resina laudatissima fit. Itẽ alibi inter arbores quibus pix fit cedrus grossior quidã putant q̃ sit iuniperus licet falso.

Operationes

A ¶ Dyas. Virtus est ei siccatiua ⁊ cecorpatiua quapropter nimietate coloris sui pellibus inũcta vrit ⁊ siccat. caligines oculoꝝ detergit. glaucomata ⁊ cicatrices inuncta limpidat. ¶ Cũ aceto missa ⁊ infusa vermes auriũ occidit. cũ ysopi succo mixta sonos auriũ tollit. ¶ Si missa in foramine dentiũ vbi dolor eos crepare facit ⁊ si diu in ore retinet dolorem dẽtiũ amittit. ex hac ad coitũ veniens. ¶ Si inde veretꝝ vnxeris genit alia stringit intm̃ vt filios facere nõ possis. ¶ Squinãticoꝝ causas curat fauces. si vnxeris deintus tumores tollit. ¶ Et pediculos ⁊ lendines ꝑuncta necat. morsibus serpentũ cũ sale ⁊ dulcore bibita occurrit. ꝑcussum leporis maritini ad sanitatẽ ꝑducit. ¶ Stomaticis vncta medet. vulnera pulmonis optime curat. ¶ Vermes ⁊ ascarides clisteri addita occidit. Multi vero oleũ ex cedria dũ coquit de super cũ pẽna colligũt sicut oleũ picis. ⁊ scabiei ⁊ pediculi aĩaliũ ꝓdest vulneribus vtilit adhibet huius fumus tm̃ ꝓdest quantũ ⁊ picis dure. Itẽ potui data incitati quãtitate vlcus fluidũ pulmõis faciat. fit ãt oleũ ex arbore vt de pice ¶ Est aũt oleũ nimiũ leptomere: molles carnes absq; dolore cõseruãs. durãs aũt lõgo tp̃e. ⁊ nigra corpa desiccat. ¶ Lachrimũ vo arboris eiusdẽ viscide ⁊ efficaciter ⁊ cũ vesicatiõe refrigerat ⁊ stringit. nã mortuoꝝ recõdita in arbore eadẽ a tabe defendit. vnde ⁊ mortuoꝝ vita vocat.

B C D E F G H I K L

Caput.cviij.

Cerefolium vulgo dicitur quoddã genus apij calidũ in tertio gradũ. siccũ in.q. Dyasco. Cere folio vis ignea est ⁊ acerrima. Ex herbario. Cerefoliũ nascit in locis cultis in mense februario. locis frigidis post ydus seritur cerefoliũ. quod agrũ desiderat lentum humidum stercoratum.

Operationes

A ¶ Isaac. In dictis particularibus in capitulo de apio. Cerefoliũ potui datum cũ mel licrate vrinam ⁊ menstrua prouocat. laterũ ac dolorem renum ⁊ vesice placat.

B ¶ Ventris solutionem de grossa ventositate mitigat.

C ¶ Stomachi ventositatem et omnium viscerum dissoluit ⁊ opilationem aperit.

D ¶ Dias. Cerefoliũ cũ melle addito medetur cãceratis lateris dolorem haustum ex vino mitigare videtur.

E ¶ Et aqua mulsa pituitatẽ resoluit. Ex acto lũbricos et tineas pellit. vrinã ⁊ mẽstrua impellit. ¶ Omnemq; tumorem soluit.

F ¶ Dacer est cerefolio vis acra ⁊ ignea valde. Appositũ cãcris tritũ cũ melle medetur. cũ vino bibitũ lateris sedare dolorẽ. Sepe solet tritam si nectas desuper herbam. Cum mulsa bibitum pituite noxia soluit ⁊c.

Caput.cix.

Cepe. Dias. cap. Bulbus. i. cepe. Et species sũt due Una ẽ q̃ habet rufum bulbũ qui bonus est ex terra pingui ⁊ collectus customaticus ẽ Alia est spẽs bulbi plus isto customaticus. Differes cm̃ bulbi cali. ⁊ viscidi sunt. Plin. cap. cepe. Cepe virtutem habẽt in cisuã. ⁊ oblonga plus est stiptica q̃ rotunda. ⁊ que colorẽ rufum habẽt q̃ ille que album. Sicce ãt viscidiores sunt q̃ virides. ⁊ crude Et crude plus viscide q̃ cocte Sera. li. aggre. cap. Basal. i. cepe. Basal longe exceptis sunt acutiores q̃ rotunde. ⁊ plꝰ stiptice. Et ille que sũt rubei coloris sunt acutiores q̃ albe. ⁊ siccẽ q̃ recẽtes. ⁊ crude q̃ assate. Bal. vq. sim. far. cap. ō cepa. Cepe et q̃rto gradu est calefactiuum substantia. vero eius grossarum parcium est.

Operationes

¶ Dyas. Bulbi comesti erigũt linguã ⁊ fauces exasperant. stomachum inflant. A

¶ Cathaplasmatibꝰ adhibiti laxationibus ⁊ doloribꝰ iunctuar. ⁊ podagricis maximũ prestant effectum. Corpori infixa euocãt. sõli ⁊ melle addito id facere possunt. B

¶ Tumores ydropicis bulbus impositus spargit. Caninis morsibus subuenit. Addito melle stomachi dolorẽ compescit. C

¶ Et furfures ⁊ acoras nitro addito purgat. Liuores ⁊ macꝫas tollit Vedio oui addito ⁊ aceto melle lẽtigines corporꝫ emẽdat. D.

¶ Cõquassationibꝰ auriũ ⁊ vnguiũ cũ polẽta bene adhibetur. Coctus in cinere calido et polenta addita ⁊ capitibꝰ minoꝝ piscium nigrio cicatricibus reddunt colorem. E

¶ Cocti ⁊ comesti dolorẽ laterꝫ cõpescũt. Si non multum comedẽdi sunt. quia neruis cõtrarij sunt ⁊ siccatiue virtutis. F

¶ Plin. Cepe comeste inflatões pstãt. fastidiũ tollũt. sitim puocãt. ⁊ tollũt oꝝ fetorẽ customatice sũt. Emoꝛroidas impositę phibent. G

¶ Succus eius immulsus naribꝰ caput purgat. Morsibus caninis occurrit melle ⁊ rura ⁊ sale addito. Cum sepo gallinatio auriũ dolorem ⁊ superfluos sonos compescit. et ad vlcerationes aurium prodest. H

¶ Lauda po fricata alopicias emẽdat. Puluis eiꝰ comestꝰ dolorẽ capitꝫ remouet. Succus eiꝰ optime caput purgat. Naribꝰ astra eius coleric̃ cõtrarie flegmaticas vtiles sũt I

¶ Galienus. Cepe emoꝛroidas aperit apposita. Aut cum aceto illinita in sole aluos; abstergit. Et fricata in alopicijs citius q̃ alterionum prouocat capillos. K

L ¶ Si vero separauerit quis succum eius totum quantū est residuū sufficiens terrestris substantie. Ipse aūt succus aquose ⁊ aeree ē caliditatis. ita aūt et suffusos ⁊ abliopinatos pre grossicie humorum iuuat vnctus.

M ¶ Ex huiusmodi aūt complexiōe tota cepa inflatiua est cōmesta. ⁊ ꝓpterea quacunq; sicciora sunt complexione minus vētosa. Hoc idem auc. Dyascoridis in cap. vj. bulbus.

N ¶ Bulbus cōmestiuus frigidior ē bulbo vomitiuo ⁊ grossi. nec non viscosi humoris est generatiuus. Nam difficile digestibilis est et inflatiuus ⁊ libidinosis superplasmatus. Eo autem ꝙ amaritudinis atq; stipticitatis particeps est abstersiuus et solidatiuus efficitur siccatiuus.

O ¶ Ostensum est cm̄ ꝙ amarus quidē sapor in abstersiuis substātijs est. stipticitas vero in solidatiuis. siccitas vero est in vtraq;.

P ¶ Et idem in li. de cibis. Cepa calefacit corpus et subtiliat in ipso grossos humores et incidit viscosos.

Q ¶ Crūda ⁊ cocta paucissimū dat corpori nutrimentū. nocet colericis. sed his q̄ flegmaticū humorē aut crudū grossum ⁊ viscosum collectum habuerit ideo ea talia edulorū sunt.



Caput. cx.

Ceterach. Dyas. ca. Aplenon. id est ceterach. Aplenon folia habet scolopēdrie venenose similia. Nascitur in locis saxosis vel parietibus ex lapide fabricatis. folia eius sunt multa ex vna radice ascēdentia. diuisa sicut polipodiū subtus rufa ⁊ aspera ⁊ super viridia. Est vero sine hasta. sine flore. ⁊ sine semine. Gal. vj. sim. far. capitulo Aplenon. Subtilium partium quidem: non tamen calide virtutis est herba.

Operationes

¶ Dyascorides. Folia ceterach elixa cū aceto ⁊ bibita. xxx. diebus splenē siccant. Item folia ipsius vino addito vt cathaplasma imposito: spleni singulare presidium est. A

¶ Isopi folia cum aplenon folijs trita cum leuissima vini bibitione splenem consumūt. B

¶ Stranguirijs et subglutionibus et ycterici prodest. Bibita calculos frangit. C

¶ Dicitur ꝙ folia cum splene mule collo suspensa mulierem generare non sinit. sane nocte suspendēda est. ⁊ obseruandum ne luceat luna aut de die suspende. et si homo pro muliere eandem foderit. ⁊ assit alius qui dicat: inde fodite vt illa non generet etiam hoc dicitur prodesse. D

¶ Galienus. Ceterach lapidem frangit et splenem subtiliat vel attenuat. E

Caput. cxj.

Cheuri. Sera. li. aggre. cap. Cheuri. auc. Dyascoridis. est planta nota habens diuersitatē in specie sua a diuersitate florum cognoscitur. Nam quedā florē

album. quedam purpureum. ⁊ quedam citrinum. Et que habet florem citrinum melior est et aptior in medicina. Sed quidam dicunt q̄ uberi sunt flores similes violarum non in die sed in nocte redolentium. quorum odor est vt odor violarum. et verum dicunt Et idem auc. Bal. Eius floris substantia est subtilis aquosa ⁊ proprie sicca ex ea. et sapor eius est amarus. ⁊ virtus eius est que calefacit et desiccat abstergit et subtiliat.

Operationes

a ¶ Sera. Subtiliat maculas grossas que sunt in oculis. et aqua decoctionis eius provocat menstrua. et expellit secundinam. et fetum mortuum quādo sedetur in ea. et quādo bibitur cum aqua aut alia re corrumpit fetum. ¶ Et curat apostemata matricis quando supponitur eis. et proprie antiqua dura.

b

c Virtꝰ semis eiꝰ est sicut ipsius flos. ¶ Confert fistulis quando desiccatur et pulverizatur in eis. et confert omni apostemati duro putrificatori. et habens colorem citrinum ad omnia est fortior. ¶ Uberi flores sunt similes violis in odore. quorum alij sunt albi. alij sunt glauci in nocte potissime redolentes. et eorum herba alio nomine vocatur herba gallica vel flores cipri. ¶ Et alij sūt coloris purpurei. que herba a Romanis vocatur consolida. licet incongrue. Prime aūt due species scilicet citrina et alba sunt species viole ſm Dyascoridem. vt apparet in cap. Viola.

d

e

Caput. cxij.

OCentaurea. Dyascorides. Centaurea ſm translationem nostram. Centaurea maior quaz multi naream aut gētianam dicunt ⁊c. sed falso. quoniam infra gentiana dicit q̄ succus centauree efficitur sicut succus gentiane. Ergo centaurea non est gentiana. vt multi dicūt. Similiter Dyascorides facit seorsum capitulum de cētaurea a capitulo ō gentiana. ergo non sunt idē Dicit autem Dyascorides. Centaurea abūdat in Licia. et Archadia. folia habet similia nuci regali viridia: et oblonga sicut caulículi. et rotunda et serratim exterius incisa sicut tres digiti. ⁊ virgam simulem lappario duorum vel trium cubitorum longam. radix est illi multas virgas habens. in quibus capita sunt similia miconio et longa cum flore purpurastro et rufo. Radix est grossa et grauis et fortis acerrime succulenta. qui succus stipticus et viscidus est rubei coloris. Locis nascitur pinguioribus et solanis cuius succus exsiccatur et coquitur sicut gentiana. Centaurea minor quam multi linoliā dicunt fortiter desiccat absq; alia mordicatione. Nominatur etiam ab alijs elleboricis siue amararum vel febrifugia. Nascitur in locis aquosis. ypericoni atq; origano similis: virgam habens perlongam angulosam. florem purpureum. folia minuta et oblonga sicut ruta. semen sicut triticum. radix est ei oblonga et inutilis. gustu amara. Galienus. vij. sim. far. cap. ō cētaurea. Magna radix sicut in gustu qualitates cōtrarias habet. ita in utilitate operatōis: sed ſm gustū acris simul ⁊ stiptica apparet cum quadam brevi dulcedine. ſm operationes vero credo quedā caliditatē opa ostēdit. Centaurea parua radix quidem omnifariam in operatiua est. Rami vero eius et maxime frondes q̄ in eis et flores vtilissimi. dominatur autem in eis amara qualitas. modica stipticitate participans. et propter hāc complexionem fortiter multum est hoc farmacuz absq; mordicatione. quoniam autem omnia talia vtilia sunt multoties dictum est. ¶ Serapio libro aggregatoris capitulo Antorio. id est Centaurea. auctoritate Dyascoridis. Centaurea maior habet folia similia nuci regali longa et viridia sicut folia caulium in summitate gradarum incisa. habz virgam simile virge acetose. cuius longitudo est duorum aut trium brachiorum habens ramulos plures egredientes ab vna radice. super quos sunt capitella similia capitibus papaueris nigri

rotunda tendentia ad longitudinem. et habet florem cuius color est similis falcb. et semen simile cartamo inter florem eius et flos eius est similis lane. et habet radicem grauem. cuius longitudo est duorum brachiorū et nascitur in terris soli expositis in montibus arborosis ⁊ in terra pingui. Minor vero centaurio nascitur in aquosis locis et est similis herbe yperico aut pulegio montano. habet virgam vnius palme quadratam florem rubeum vergentē ad purpureitatem. et habet folia parua oblonga sicut folia rute. et semen sicut granum frumenti. et habet radicem paruam in qua nullum est iuuamentum. ⁊ in sapore eius vincit amaritudo plus q̄ aliud. et est in eo stipticitas pauca. et virtus eius est que desiccat sine mordicatione. Plinius cap̄. de centaurea. Alia maior: alia minor. sunt ambe calide ⁊ sicce complexionis in secundo gradu.

Operationes.

A ¶ Dyascorides. Centaurea maior vires habet cum aliqua exasperatione relaxantes. vnde rorum ventrem purgat.

B ¶ Radix autem eius est candens sicut ignis mollis fragilis cū succo subruso et acro cum magna amaritudine.

C ¶ Hec radix conquassationibus vtilis est. pleuretice. ⁊ dissenticis maxime prodest. ruptum antiq̄ cōpescit. a splenaticis et emoptoicis singulare presidium est. non febrientibus cū vino. ʒ. ij. de radice eius datur febrientibus cum aqua rotionibus ⁊ causis stericis similiter data prodest.

D ¶ Destruis imperat. aborsum facit in modum colliriū suppositum. iam acredine sua predictum facit. et fetum mortuum expellit. et viuum corrumpit ⁊ extrahit. In hoc autem q̄ stiptica est plagas glutinat. ad reumata iuuat. ¶ Succus oia facere illa nouit maxime vulneribus cicatricem inducit.

E ¶ Paracolesim facit: carnibus incisis et in loco positis addita memorant q̄ carnem in se coagulare facit. licij modo exsiccat et pro licio illam vendunt.

F ¶ Centaurea minor tunsa et imposita viridia vulnera purgat paracolesim prestat.

G ¶ Cicatrices vulneribus recentibus ⁊ veteribus inducit.

H ¶ Eliratura eius bibita coleram et humores pingues deponit. sciaticis ano suppositta sanguinem prouocat et dolorem illius mitigat. succus eius melle additus caliginē oculis detergit: aborsum facit: neruis dolentibus fomento prestat auxilium.

K ¶ Bal' Centaurea magna prouocat menstrua Et ē embriōes mortuos cuellēs ⁊ viuos corrūpte ⁊ educte. stipticitas ḡ eis q̄ sūt grosse partis ⁊ terrestris frigiditatis in glutinando vulnera et iuuando eos qui spuunt sanguinem. ¶ Dantur aūt de ea. ʒ. ij. eis quidē qui febrinut cum aqua. eis qui sunt sine febre cum vino. ¶ Secundū aut virtutem que ex omnibus qualitatibus infectionibus et vulsionibus et pruritis et antiquitatis confert russibus. non enim euacuare solum oportet in his quod est preter naturam. sed et roborare et vigorare que expurgate sunt ad ea dem igitur vtilis est que acerrima. q̄n non sola nec sincera existat sed vel dulcedini alicui permisceatur vel non omnino amaritudini. Fortitudinem vero et violentiam non habebit permixta ei aliqua substantia eucrata. talis enim est que dulcis. Ad confortandam autem et congregandam stipticitas est necessaria. ¶ Et centaurea igitur minori magna vulnera conglutinantur cū carbaplasmatur ipsa herba adhuc recenti. et etiā difficile cōglutinabilia vlcera consolidat eo modo vtentibus. exiccat autem cum conglutinatiuis et siccatiuis permiscetur virtutibus. quecunq̄ enim ⁊ fistulas curare nate sunt ⁊ duricies antiquas mollificat ⁊ mala mordacia vlcera lanat. ¶ Serapion li. aggre. cap̄. proprio de centaurea maiori ⁊ minori. eodem dicit auct. Dyascoridis et Halieni. q̄ hic picta sunt: licet per alia verba.

L

M

N

O

Caput.cxiiij.

CErasum est fructus. Cerasus est arbor. Et est fructus qui arabice vocat cerasie. grece ⁊ latine cerasar. et aliq̄ vocant ea grana regū. Sera. li. aggre. cap. cerasie. i. cerasa. Et dicunt q̄ sint grana magna similia prunis. ⁊ sunt in oriente ⁊ est granum regum. Et est illud quod est apud nos. Et auct. Gal. Sunt ex eis dulcia. pōtica et acetosa sicut inueniunt malagranata et poma. Et ipsoꝝ dulciū cerasoꝝ q̄cūq̄ nedū maturata sūt quedā sufficienter pontica sunt. quedā aūt acida similia sūt moris. sed in moris quidē non maturis acida qualitas dominatur pontica in cerasis vero nō semper.

Operationes

A ¶ Serapion. Dulcia descendūt a stomacho cito. et iuuamentū quod inferunt stomacho paucum est. et pontica faciunt contrarium
B eius. ¶ Acetosa vero desiccat flegmata et superfluitates stomachi plus q̄ pontica. et causa huius est quia in eis est res incidens. et conferunt stomacho flegmatico et pleno
C superfluitatibus. ¶ In arboribus vero gummi est communis. virtus omnibus viscosis et in mordacibus farmacijs propterea in eo est virtus medicinarum inuiscantium sine mordicatione. et ideo conferunt asperationis pulmoni. ⁊ est in eo virtus subtilians. et ideo conferunt lapidi quando bibuntur.
D ¶ Dyas. cap. de cerasis. Cerasum viridi pomum ventrē humectat ⁊ prouocat. aridum siccat ⁊ detinet stomacho viridi cōtrarium. Siccū (inq̄) vtile accipitur. Hoc quidā estimant vrinam mouere a non paucis autoribus tradit. si maue recentia cū suis nucleis deuorata sunt aluum tam copiose fluere vt ex eadē causa etiam morbo pedes implicati liberentur. fit ex eis dyaceraston. quod om-
E nibus est notum. ¶ Galieno placet non vnā in omnibus ceraseis pomis esse virtutem. Nam in quibusdam austerus sapor: ⁊ in quibusdā calidus. ⁊ in quibusdam dulcis apparet. et vult austera ad hoc valere q̄ ventrem restringant: stomachū vero confirment. Acida iudicat flegmate abundantibus stomachis optima. nā magis siccāt et grossitudinem dēsioris humoris incidūt: dulcia stomacho aduersa pnunciant. citius tñ per intesti-
F na defluere. ¶ Gūmi q̄d truncus illacrimat. exasperitas arterias optime lenit. si in vino veteri detur in solutione resolutū simili modo datū: fastidiū stomachi nauseātis auertit
G ¶ Et de facile feditatē palloris excludit cū mero haustū calculos quibus etiā vesice cānalis obstruitur in arene puluerem soluit.



Caput.cxiiij.

CRetanus. Dyas. cap. Cretanus frutex est herbe duos ramos habentis in vnius cubiti longitudine. et nascitur in locis saxosis et maritinis cum folijs albis et pinguibus similibus andragne latioribus et oblongis. florem habet album ⁊ semen libanotido simile magis rotundum ⁊ odoratum. quod desiccatur vt triticum. Radices tres aut quatuor habet digiti grossitudine. odoris suauissimi plenuz. ¶ Galienꝰ vij. sim. far. capitulo de cretano. Cretanum salsum quodamodo ⁊ cum gustatur simul cū breui qualitate quocirca est virtus eius abstersiua est simul et exsiccatiua. debilior aūt est s̄m vtrasq̄ amari longitudine.

Operationes

¶ Dyascorides. Folia et semen eius et radices cocte cum vino et bibite vrinam prouocant. ictericis medicantur. menstruis imperant. crude et elixe comedi possunt. et in sale composite manducantur. folia eius in gustu satis acida sunt. A

¶ Paulus capitulo de cretano. Cretanus calidus et siccus in tertio gradu. Herba est que in locis maritinis reperitur. virtutē habet valde diureticam ex subtili substantia. B

C ¶ Contra dissurriã strãguiriã ⁊ viciũ lapidis ⁊ yliacam passionẽ. herba ipsa in multa quãtitate buliat in aqua salsa vino ⁊ oleo: ⁊ in ea sedeat patiens vsq; ad vmbilicum.

D ¶ Item contra yliacam passionem ponatur in cristeri.

Caput. cxv.

Cicuta. Sera. li. aggre. ca. succarã vel conisa auc. Dyas. Est planta habens stipitẽ cõcauũ in quo sunt multi nodi: sicut nodi feniculi. ⁊ est multũ maior feniculo. ⁊ hꝫ folia similia folijs ferule habẽtia grauẽ odorẽ. ⁊ super stipitẽ eius est corona in q̃ sunt flores albi. ⁊ est semen simile semini anisi. nisi qꝛ est albius. ⁊ habꝫ radicẽ nõ multum infixam terre. q̃ est frigida valde. hec radix occidit sua frigiditate. Paulus cap. d cicuta. est planta cuius semen frigiditate sua est interimens. sed vino puro et calido eius nocumento subuenitur. Galienus. viij. sim. farmacorũ cap. comum. id est cicuta quoniã summe est infrigiditatiue ꝟtutis oẽs sciũt.

Operationes

A ¶ Sera. Corona huius plãte accipit cũ toto semine anteq̃ desiccet. et terit et exprimit succus ⁊ siccatur in sole. ⁊ administrat in collirijs que fiunt ad sedãdos dolores oculoꝝ ⁊ est optimũ in hoc. B ¶ Et quãdo fit emplastrũ cum eo sedat caliditatem ⁊ herisipilam ⁊ formicam. C ¶ Et quando teritur hec planta cũ suo semine aut cum folijs ⁊ fit emplastrum cum ea super testiculos: abscindit pollutionem ⁊ gomorream. ⁊ si fiat emplastrum cum ea super virgam prohibet erectionem.

D ¶ Et quando emplastrantur cum ea mammille mulierum prohibet ab eis lac. Et quãdo ponitur super testiculos puerorum nõ sinit eos augeri. E ¶ Et quando ponitur super mammillas puellarum non permittit eas magnificari. melior aũt ex hac planta est illa que nascitur in creta insula. in chia ⁊ in attica. F ¶ Plinius coniza. id est cicuta q̃ omnibus nota est. Cuius folia viperas ⁊ serpentes effugãt. ⁊ est frigida frigiditate mortali G ¶ Plateari⁹ Cicuta nõ vtimur in interioribus. quia venenosa est in substãtia et in qualitatibus. Intantum enim dissoluit. q̃ spiritus inanimatur. ⁊ ex hoc membra mortificãtur. Virtutem habet potissimam ꝑm radicem. secundo ꝑm folia. minorem ꝑm semen. Unde semen eius quandoq; ponunt in medicinis. et ex ea vngentum potissimum fit contra arteticam ⁊ podagram. H ¶ Isidorus. Cicuta vrinam et menstrua prouocat et augmentat. Lumbricos et ascarides necat. Sciaticos et arteticos de grosso flegmate iuuat. si in eius aposimate lauetur aut potetur. Grossam intestinorum ventositatem dissoluit. Colicam passionem ⁊ ylij dolorem curat. pectus ⁊ pulmonem de viscoso ⁊ grosso flegmate purgat. I ¶ Plinius libro. xv. Cicuta venenum est publica quadam atheniensium pena inuisa. ad multa tamen vsus non omittendi. Semen habet noxium. Caulis autem est viridis. et vrit plerũq; sicut in platanis. lenis hic ⁊ geniculatus vt calami nigricans. Altior sepe binis cubitis. In cacuminibus ramosus. habet folia coriãdri tenuiora. graui odoratu. Aniso crassius. radice cõcaua nullius vsus. Semini et folijs inest vis refrigeratoria. que si enecat: incipiũt augeri ab extremitatibus corporis. Remedium autem est prius q̃ perueniat ad vitalia. natura vini ex calefactoria ac in vino potata irremediabilis existimatur. Succus exprimitur folijs atq; floribus. tunc em̃ maxime est tempestiuus et melior. K ¶ Semine trito expressus et sole densatus in pastillos: necat sanguinem spissando. hec altera vis. Ideoq; sic necatorum in corporibus apparent macule. L ¶ Ad dissoluenda medicamẽta vtuntur illo pro aqua et ad refrigerandum stomachum fit ex eo malagina. valet ad cohibendas epyforas estiuas. oculorũq; dolores sedandos circũlinitum. Miscetur collirijs. M ¶ Et alios om̃es cohibet reumatismos

Folia quoq; tumorem omnem ac dolorem & epiforam iedant

Caput.cxvi.

Cicorea. Platearius. Licorea que et sponsa solis: & Solsequium & Intuba dicitur. frigida & humida est in secundo gradu. ¶ Constantinus in libro graduum. Licorea siue sponsa solis: frigida est & sicca in primo gradu.

¶ Plinius libro.xx. Intubum erraticū apō nos quidam & ambiguam appellauere. In Egipto vocant Cychorium.

¶ Idem in libro.xxj. Cychorium post vergilias nascitur. florentq; particule eius. Radix est ei lenta. que vtuntur ad vincula.

¶ Actor. Hec herba hz que vulgo dicitur cycorium: ipsa etiam aliis nominibus preter supradicta dicitur Elytropium & Dyonisia Unde de ipsa quoq; dicetur inferius in capitulo Elytropium de E.

Operationes.

A ¶ Platearius in ca. Lycorea. Herba ipsa comesta valet contra venenum. Succus eius valet ad opilationem splenis & epatis ex calida causa. & contra calefactionem eiusdem. Hec herba viridis est & multe efficatie. Sic ca vero nullius vel parue.

B ¶ Cocta & comesta valet opilationi splenis & epatis. & cōtra calefactionē epatis. Succus epati supponitur aut cataplasmetur

C ¶ Et quia virtutem habet restringendi venenum. animalia quedā a venenosis animalibus lesa huius herbe tactu sanantur

D ¶ Constantinus li. vt supra. cōfortat stomachum: & valet contra scorpiones. aliorumq; reptilium morsum cū myrrha mixta & mulieri supposita prouocat menstrua.

E ¶ Plinius. li. xx. ca. Intubum. Id refrigerat in cibo sumptum. & collectiones sanat illitum. Succus decoctus ventrem soluit. Renibus & stomacho proficit

F ¶ In aceto decoctum vrine tormenta discutit. Ieremq; morbum regium cum mulso si sine febre sit resecat & adiuuat. Mulierū purgationibus in aqua decoctum adeo prodest vt e mortuos extrahat partus.

Caput.cxvij.

Cynogloſſa: Isidorus in li. ethymologiarum: Cynogloſſa est herba quam linguam canum vocant. A cinos qō est canis. & glossos qō est lingua. Inde cinoglossa. idest lingua canis. Et est herba similis Arnoglosse: nisi quia sunt ei colte apparentes in foliis eius: sed sunt leuia satis: & est in eis borra apparens.

Operationes

A ¶ Medet vlceribꝰ oꝝ et aliis vlceribꝰ fraudulētis frigide ⁊ sicce cōplexiōis. ⁊ curat alcolā. balneū decoctionis eiꝰ curat gomorream. ¶ Pli. li. xxv. Cinoglossos. caninā imitās linguā topiariis opibꝰ est gratissima.

B ¶ Aiuntq; eā ꝙ tres tirsos seminis emittat Eius radicē potatā ex aqua prodesse ad tertianas. que quattuor ad quartanas.

C ¶ Est et alia similis ⁊ q̄ la ꝓpas ferat minutas cuius radix pota ex aqua ranis ⁊ serpētibus aduersatur.

Caput. cxviij.

Citonia. Dyasc. Citonia vel citomus est arbor malorū citomorū Huius folia virtutē habent medicinalē ¶ Palladius libro secūdo. Mēse Januario tuberes inserunt citomo. Idem li. iij. Citonijs serendis plerique tempora diuersa dixerunt tamē mihi vsu cōpertū est. In italia circa vrbē mēse Februario vel inchoāte Marcio plantas citomorū radicatas in pastinato solo tenuisse. adeo velocit vt sepe sequenti anno (vt frugi) gauderēt. Idem mense Februario citonia inserunt melius in trunco q̄ in cortice Recipiunt in se surculos ꝓpe omnis generis punici sorbi omniūq; malorū que meliora producunt. Inserant aūt nouelle arbores quibꝰ succus in cortice est. Si maior est circa radicem melius inseretur. vbi cortex et lignū beneficio soli adherentis humescit. ¶ Balienꝰ secundo libro de cibis. Mala ipsa non sunt habentia vnam naturam: quod est. quia q̄dā ex eis sunt dulcia. quedā pontica. ⁊ quedam stiptica. ⁊ quedam acetosa. ⁊ quedam insipida. Et in dulcibꝰ est substātia aquosa temperata. Et pontica vincit in eis frigidum terreum. Sed in stipticis hec est eadem substātia cum aquosa substantia dulci. In acetosis aūt est substantia frigida. ⁊ virtus ponticorum ⁊ stipticorū ⁊ acetosorū est virtus que incarnat ⁊ q̄ conglutinat vulnera. Et prohibet illud quod currit ad apostemata in principio eorū. ⁊ fortificat os stomachi ⁊ stomachum laxū ⁊ fluxū. maxime vero q̄ sunt stipticiora ex eis ⁊ acetosiora. Sꝫ illud quod vincit super naturā insipidorū est aqua. Et complexio eorū est humidior ⁊ frigidior. Et ipsa administrātur in medicinis apostematū in principio eorū ⁊ in augmēto. ⁊ vniuersaliter in malis est humiditas multa. ⁊ supfluitas frigida ⁊ ideo destruit succus eorū ⁊ arescit. Seruant tamen quādo coquunt cū melle. ⁊ fit inde rob: Et seruant eodem modo citonia ipsa cū melle sicut ⁊ succi eorū. Citonia maiora vocant saturninia. ⁊ sunt maiorꝫ iuuamēti q̄ alia. Rememorans ergo illorū quecūq; poma stipticant scias frigidum ⁊ terrestrem chimum habere. quecūq; aūt acetosa vident frigidum quidem. sed subtilius partium. medie vero cōplexionis esse que dulcia ad calidius declinare videntur. sicut que perfecte apoya. id est sine qualitate et valde aquosa ad frigidius inclinata. Vtarꝫ ḡ ipsis fm p̄dominantium humorū virtutes. Austeris aūt pomis quidē quando propter humiditatem multam a tonus. id est sine vigore venter extiterit. ponticis autē quando sufficiēt excreuerit huiusmodi. Acetosis vero quādo estimaueris in ipso grossum humorem collectum esse non valde aliquid frigidum tamq̄ frigidius quidem nō acetosis sed drimeis indiget. Siccant autem ambo grossitiem humorum acetosa et drimea. Differunt autem hec in hoc ꝙ hec quidez cū infrigidatiōe: illa vero cū caliditate operant. palā aūt ex iam dictis sepe ꝙ stiptica q̄dez supfluos secessus restringūt. acetosa humorem quidē grossum inuenientia in ventre diuidunt hunc. subducūtq; stercus ⁊ ꝓpter h̄ humectāt egestiones

purum autem inuenientia ventrem restringunt ipsum magis.

Operationes

☿ ¶ Auicen. li. ij. cap. de citonijs. Quando abluitur cinis & foliorum eius sunt sicut rubia. & rob pomorum eius arescit propter illud quod est in ipso de humiditate aquea frigida. & assatum est melius & magis cōferens. & eius quidem assatio fit quando cōcauatur & ejcitur granum eius. & ponitur in ipso mel & linitur toto eius corpus. & postea ponitur in cinere frigida est in primo & in fine. & sicca in principio secūdi. Et est stipticū cōfortatiuū fortiter. & flos eius est stipticior. Et similiter oleum ipsius & dulce. est minus stipticum. et semen eius est lenitiuum sine stipticitate.

♄ ¶ Et prohibet cursum superfluitatū ad viscera. & retinet sudorē. & oleum eius cōfert scissuris frigoris & formice. & est vtile vlceribus scabiosis. Et multitudo eius generat dolorē nervorū. & assata ponitur sup apostemata oculi calida

♃ ¶ Et eius succus cōfert dilatatiōi anbelitus & asmati. & prohibet sputum sanguinis. & semen eius confert asperitati gutturis. & lenit cannam pulmonis. & muscilago eius etiam humectat ipsam cannam.

♂ ¶ Et prohibet vomitui & ebrietati. & sedat sitim. & cōfortat stomachū recipientē superfluitates

☉ ¶ Syrupus eius & ipsius infusio. & quod ex eo elixatum est ex ipso vtuntur multi in secūda mensa super vinū. & prohibet ebrietatē.

♀ ¶ Et fit ex eo syrupus cōfortans appetitū deiectū valde & mortuū. & confortat stomachū.

☿ ¶ Et prohibet vomitum flegmaticum. & est pronocatiuum & iam dictum est q illud est per accidens. Et illud quod cum melle elixatum est. est maxime pronocatiuum.

♃ ¶ Verūtamen quandoq; soluit ventrē & nō stringit & generat colicam & dolorē ventris purgatiuum & prohibet dissuriā. & retinet fluxū menstruorum. & confert arsure vrine quādo distillatur succus eius aut oleum ipsius in virga. & cōfert oleum eius renibus et vesice.

☽ ¶ Et quādo sumitur post cibum soluit adeo q quando plurimū ex eo sumitur extrahit cibum ante digestionem. & cristerisatur decoctio eius ad eminentiam ani & matricis.

☿ ¶ Rabbi Moyses. Citonia a pregnantibus comesta generant filios hilares. & comestio ipsorum assorum post cibū generat gaudium.

♄ ¶ Serapion libro aggregatoris cap. Lasa aucoritate Dyascoridis. Arbor citomorum & malorum folia similiter & flos et summitates sunt stiptice. et propriae arboris citomorum. et fructus immaturus est stipticus.

♃ ¶ Mala aūt illa que colligūtur in vere generant colerā citrinam. et inducūt inflāmationem & nocent nervis & iuncturis & membris que sunt de genere nervorum

♂ ¶ Sed citonia sunt bona. et si assantur sunt meliora habentibus fluxum antiquum. & vlcera intestinorum et sputum sanguinis. et colliricam passionem.

☉ ¶ Et illa que dicuntur mellomella molliunt ventrem et expellunt lumbricos. et sunt mala stomacho et inflatiua ipsius.

♀ ¶ Sed illa que nominātur in latino armicata sunt bona stomacho. & stringunt vētrem. & puocāt vrinā. nisi quia sunt debiliorie virtutis q̄ citonia. et ista sunt illa que vocātur atyrotipa. Et similia ex eis sunt similia malis in vere nascentibus in stipticitate

☿ ¶ Et oportet. q̄ administrentur citonia in egritudinibus in quibus oportet stipticare anteq̄ ad maturationem perueniant.

Caput. cxix.

Cypressus. Isidorus. Cipressus grece dicitur eo q̄ caput eius a rotunditate in cacumē erigit. vnde & conon vocatur. id est alta rotunditas. Hinc & fructus eius conus dicitur: quia rotunditas eius conum imitatur. Huius lignū cedro pene proximam habet virtutem. Templorum quoq;

trabibus aptū impenetrabili soliditate nun
q̄ oneri cedit. Antiqui ramos cipressi prope
rogum constituere solebant. vt odoris sui io
cunditate cadauerum odorem dum vrerentur opprimerent. Hec arbor apud paganos
mortuis consecrata est. eo q̄ in modum bo
minis erasa non pullulat. ¶ Ambrosius. Li
pressus ꝛ pinus in alta se cacumina extule
runt. manetq̄ prerogatiua cipressus. vt nul
li eas venti horrore suis dispolient coronis.
Hec arbor lacunaribus est vtilis. commen
dādisq̄ fastigus. Vñ in canticis dicit etiaꝫ.
Lacunaria nostra cipressina. ¶ Palladius
libro. vij. Cipressus ad fabrice materiam est
egregia. Plini. li. xvij. In choo insula nasci
credunt cipressi. florem imbribus decussum
terre alitu animante. ¶ Platearius. Cipres
sus est calida in primo gradu. sicca in secun
do. Huius arboris folia lignum et poma cō
petunt vsui medicine. Sed poma stiptica
sunt et consolidatiua. Lignum ꝛ folia diure
tica sunt. ¶ Galienus. vij. sim. far. cap. de ci
presso fm translationem grecā. Cipressi ger
mina et foliā et bacce que iuuenes ꝛ molles
magnorum vulnerum in corporibus duris
sunt conglutinatiue et quibus manifestum
est qm̄ siccatiue sunt virtutis. non habentes
apparentem acredinem ꝛ caliditatem sicut
et gustus testatur. Apparet enim in ea modi
ca quidem acredo. plurima autem amaritu
do. ꝛ multoplurima est ponticitas que in to
ta planta tanta vero est acredo ꝛ caliditas.
quanta ducit quidem ponticitatem ad pro
fundum. ¶ Sera. li. aggre. cap. Salla. au
ctoritate Galieni. Quod ex cipresso adminis
tratur sunt folia extremitates et nuces eius.
et in sapore eius est acuitas et punctio par
na et amaritudo satis. et punctio est fortior
amaritudine. sed de amaritudine et acuita
te inest quantitas tanta q̄ facit eā penetra
re ad profundum corporis sine calefactione
et mordicatione. Et virtus est que desiccat
in qua non est acuitas ꝛ mordicatio apparē
ter. et quātitas siue caliditatis est sufficiēs ad
penetrādū. Et est calide et sicce cōplexionis
¶ Plinius cap. ō cipresso. Arbor ē omnibus
nota que a grecis nomen sumpsit. eo q̄ ha
bet in summitatibus rotunda seminum ca
pita que dicuntur galle cipresse.

Operationes

A ¶ Dyascorides capitulo de cipresso. Est ar
bor omnibus nota cuius semen et folia cū
dulcore bibita cum myrrha modica. vesice
rem matismum compescit.

B ¶ Dissurrus medetur. huius semen viride vel
pira eius bibita emoptoicis medentur. Dis
sintericis et ciliacis maxime prodest. tussi et
orthonoicis prestolatur. Eius clixtura. tan
tum prodest quātum supple semen eius quod
in aceto coctum id facere nouit.

C ¶ Cum puluere lupini admixtum enterocel
licos siccat vt carbaplasma appositum fo
lia eius similem habent virtutem.

D ¶ Ramus eius cum semine in domo positus
conopes vel zinzalas fugat. Hec folia vt ca
rbaplasma adhibita recentia vulnera curāt

E ¶ In aceto cocta et infusa capillos inficiūt
polente trita et admixta ignem sacrum cō
pescunt. vulneribus medentur.

F ¶ Carbunculis opitulantur. tumores ocu
lorum deprimunt. Cerotis nobilibus misce
tur. Et confortant stomachum. et lat. guineꝫ
stringunt.

G ¶ Auicenna libro. ij. capitulo de cipresso. La
lide complexionis est in primo gradu. sicce
in secundo. Et quidam dicunt q̄ est frigid⁹
valde. et quidam iudicauerunt q̄ est virtus
eius composita. et caliditas eius est fm quā
titatem que facit penetrare stipticitatem. sti
pticitas profundatur et peruenit ad mem
bra. Folia et nux eius sunt stiptica. et in ipsa
est resolutio et resoluit humiditates.

H ¶ Et nux quidem eius fortior est in omni re
q̄ folia ipsius. Et in ipsa est vis faciend⁹ ad
herere sanguinem: ita q̄ remouet putredi
nem quando decoquitur cum aceto et lupi
nis. et linitur super vnguem et remouet ei⁹
vestigia.

I ¶ Et eius folia delent morfeam. folia eius
recentia et nux ipsius consolidat vulnera q̄
sunt in membris duris cum fuerint recenter
collecta.

K ¶ Et conferunt formice et berisipile. et pro
prie cum farina ordei. Nux et folia eius bo
na sunt collo. cum ex eis fit emplastrum con
ferunt. et cum farina ordei superposita be
risipile.

L ¶ Et confortat neruos. et extinguit ramis
cem more emplastri superpositus. et roborant
mollificationem.

M ¶ Et stringūt etiam quando terit⁹ nux cipres
si multum cū ficubus. Et ponitur de eis lici
nium in narem. et sanat carnem additam.

N ¶ Et decoctio ei⁹ cū aceto sedat dolorē den
tiū. Et dat ad bibēdū nux ei⁹ cū vino ad spu
tum sanguis. ꝛ ad difficultatē anhelitus: et
ad tussim antiquā. ꝛ similiter eius decoctio.

O ¶ Et bibuntur folia eius cum vino: et confe
runt difficultati mingēdi. ꝛ cursui superflui
tatum ad vesicam.

P ¶ Et conferunt etiam vlceribus que sunt in
intestinis. Loco eius ponitur medietas pō
deris eius de sarcocolla rubea.

Caput.cxx.

OCyprus Dyasco. Cyprus est arbor habens folia olive similia: sed viridiora paulo grossiora: semen nigrum: et florem album cum germine et odore bono. Glosa super cantica. Cyprus est arbor aromatica in Egipto: semine candido et odorifero. q̄ coquit in oleo et exprimit vñ parat vnguē rē regale quod dicit ciperus. ¶ Plinius in libro. xij. Cyprus est arbor in Egipto zizifi folijs semine coriandri candido et odorato.

Operationes

A ¶ Dyasco. Huius folia masticata tumorem oris compescunt. quia virtutis coherentis sunt. sed cetera eiusdem arboris cathaplasmata humores et tumores calidos tollunt. Harum etiam elixatura fomēto combustis medetur.

B ¶ Eadem quoq; succo strutij mixta si caput assidue fomentes capillos inficiet. flos eius cum aceto cathaplasmatibus adhibitus dolorem capitis soluit.

C ¶ Plinius vt sup̄. Nec in oleo coquitur et post ea preterit id quod ciperus dicit. Optimum est in canopica in ripis nyli nata. Secundum ascalone iudee. Tertium Cypro insula: odoris suauitate. Quidam hanc dicūt esse arborem que in Italia ligustrum vocetur. Etiam alcannam appellant. vt supra de ea cap̄. cxj. Alcanna.

D ¶ Plinius in libro. xxiij. Ex cipro fit oleum cuius natura calefacit neruos et emollit. Folia stomacho illiniuntur. et vulue concitate succus eorum apponitur. Folia quoq; commanducata recentia medentur vlceribus in capite manantibus et oris collectionibus.

E ¶ Decoctum earum ambustis lixatis prodest. Rufant capillū tusa adiecto struthij mali succo. Flos capitis dolores sedat cum aceto illinitus.

F ¶ Vlcera putrescētia per se vel cum melle sanat. Odor assit floris olei: qui somnum facit.

Caput.cxxj.

OCyperus Dias. cap̄. de Cipero. Cyperus siue vt alij cruscerō. folia habet similia porro. sed oblonga et tenera. et ascendit de terra cubito vno et semis. basti babens angulosam similem iunco. que basta in capite semen generat. Radices sub terra habet rotundas et oblongas sicut olina nigra que multe et cōiuncte nascuntur. colore nigro et odore suaui. gustu subamaro. Nascitur in locis aquosis et in pratis et in paludibus. In his radicibus ea nobilior est que grauior et durior et grossior fuerit. et nō frangibilior. sed asperior. et odore plenior vicissi-

tudinem odoris habens. talia signa habet Ciliensis aut Syriatica. Vires habet calefaciendi et desiccandi absq; mordicatione.

¶ Serapion libro aggregatoris cap. Sabade. auctoritate Dias. Sabade. id est ciperus. habet folia similia foliis porri. nisi quia sunt longiora eis et subtiliora et duriora. et habet stipitem longitudine vnius brachij et plus. sed non rectum. in eo est tortuositas. et est quadrans similis stipiti squinanti. et infra summitates sunt folia parua. ⁊ semen et radix eius est similis oliue. ⁊ quedam ex eis est lōga: ⁊ quedam rotunda. ⁊ est nigra. Nascitur in locis domesticis et aquosis. ⁊ ē alia species ciprei in India que est similis zuccaro in sapore suo. ⁊ quando nascitur eius color est sicut color croceus. et quādo fricatur super cutem corporis facit pilos statim cadere. Melior autem ex cypero est ille qui est plenus granis ⁊ grossus durus. difficile frāgibilis. habens odorem bonum cum pauco acumine. Et quod administratur ex cypero est radix ipsius. et odor eius est bonus. et in sapore eius est acuitas cum pauca stipticitate et calefacit et desiccat sine mordicatione.

Operationes

A ¶ Dyascorides auctoritate Aben mesuay. est calida ⁊ sicca in secundo facit augmētum in sensu. et confortat stomachum.

B ¶ Et meliorat colorem. ⁊ ē bonus emorroidibus. et efficit oris odorem bonum.

C ¶ Et quando bibitur cum oleo lentisci calefacit renes.

D ¶ Et confert frigiditati vesice et distillatiōi vrine ⁊ addit in sanguinem calefaciendo ipsum. quare timetur ne vtens fiat leprosus.

E ¶ Galienus. vij. sim. far. cap. d cipero. Ciperi vtiles maxime sunt radices calefacientes et siccantes sine mordicatione.

F ¶ Unde vlcera que propter humiditatē multam sunt difficile cicatrisabilia mirabiliter iuuat. habet autem quid et stipticum.

G ¶ Et propterea vlceribus que in ore sūt idoneus: ac vero et incisiuam quandam virtutē habet. Attendēdum enim est: quia lapidem patientibus conuenit. ⁊ menstrua et vrinas mouet.

H ¶ Dyascorides cap. de cipero. Vires habet calefaciendi et desiccandi absq; mordicatione. Unde multum infusa vlcera que difficile cicatrisantur mirabiliter curat. Habet etiā aliquid stipticum in se ⁊ est diuretica. Et habet consumendi vim per quam lapides in renibus generatos comminuit.

I ¶ Vrinam ⁊ menstrua prouocat. Additur ⁊ malaginatibus calidis ⁊ cōfectionibus olearum. Dicitur etiam in India cyperum nasci simile zuccaro et cum masticatur colorem croceum facit.

¶ Et hoc si capillis traiectum fuerit cadunt a copis mixtum precantionibus medetur. Coctum sessionibus facit. Aui. de viribus cordis dicit quod confortat cor. K



Caput. cxxij.

Cinamomum. Plini. li. xij. Cinamomum frutex ē duorum altitudine cubitorum amplissimus: palmiq; minimus quatuor digitorū crassitudinis statim a terra sex digitis surculosus arido similis cum viret non odoratus. organi silio. siccitate gaudens. Imbre sterilior. seu dire nature. Gignitur quidem. in planis. sed densissimis in vepribus. rubisq; difficilis collectū. Non metit: nisi deus permiserit. Hec ante solis ortum vel post occasum metere licet. Sarmenta quondam sacerdos hasta diuidebat. deoq; Joui partem reponebat. Reliquā vero partem mercator in massas condit. Est ⁊ alia fama cum sole diuidi trinasq; partes fieri. deinde sorte germina discerni. Quodq; soli cesserit relinqui: ac sponte cōflagrare.

¶ Ex li. de na. re. Cinamomi arbor aride similis est cum viret ⁊ floret siccitate gaudet.

Itaq; sterilis imbre fit. fecundior autem in densissimis vepribus fit ac prouenit. Auicē na. Cinamomum calidum ⁊ siccum in tertio gradu. Deliusq; est illud quod est boni odoris et acuti saporis sine mordicatione: coloris puri non commixti. Et vt ait Dyas. Delius est nigrum ad igneitatem ⁊ rubedinem declinans. Planum ramos habens propinquos subtiles in quo sunt dulcedo ⁊ salsedo: et mordicatio parua: nec est valde frangibile. Ex ei⁹ quidem bonitate est vt vincat omnem dolorem preter suum et non sentiat cū eo. Est autem vltimum in subtiliatiōe actractiuum: aperitiuum: rectificans omnem putrefactionem et virtutem corruptam. Oleū eius calidum est ⁊ valde resolutiuum liquefactiuū. Platearius. Cinamomum calidum est in tertio: siccum in secundo. Eligendū est illud quod subtile est acutum. habens odorē dulcedini mixtum cum multa aromaticitate et subrufum. Quod autem subalbidum ē aut nigrum abijciendum: per decem annos potest seruari. Dyas. ꝑm translationem nostram capitulo de cinamomo Cinamomi genera multa sunt. sed melior est omnibus que est similis cassie massolites: qui recens fuerit ⁊ niger colore. ⁊ qui missus in vino soluat se. virgulas habens teneras ⁊ lenes ⁊ nodis plenas ⁊ cū odore pleno veluti rute acer atq; mordax gustu in similitudine nasturcij seminis cum quadam salsedine ⁊ feruore ⁊ parua viscitudine. cuius haste cum freger; emittunt pulueres odore omnia vincentes. has hastas cum a terra euulserit: radices earundem sequuntur. Hec est probatio optimi cinamomi. Est etiam alterum genus cinamomi montanum tactu asperius hoc grossius est et subrufum colore. Tertium genus est simile cassie masselliotice sub nigellum colore tactu lene ⁊ non multos habens. Quartū genus est colore albo: tactu molle: simile cassie. in robore grossum ⁊ fragile et radicibus maius. Quintum genus est odore simile cassie colore subrufum ⁊ corio cassie simile. hastam in se habens fortiorem cum radicibus grossioribus similibus libanocido: et multas hastas retinens similes mirte et cassie: sed non tantum odore plenum. Eligendum est autē cinamomum primi generis colore subnigrū scabiosum. ⁊ semen habens simile piperi ⁊ lene lignum: cui⁹ radix inutilis est. Sextum genus est cinamomi. quod appellatur lotos ⁊ motos: sed nec virtutem nec odorem habet Septimum genus est quod a grecis nominatur xilocinamonum. i. lignum cinamomi. radicem habens maiorem cum hastis nodosis similibus cinamomo. et in odore non sua ue hoc dicunt aliqui melius esse cinamomo.

Operationes

¶ Sera. auc. Gal. Substantia cinamomi est subtilis. et virtus eius est calida in tertio et non est aliqua medicina calida cuius desiccatio est sicut desiccatio eius propter substātiam sue substantie. Sed illa spēs que dicitur Reise est cinamomum quasi debile. Et sunt quidam qui nominant cinamomum zor. A

¶ Et dixit Gal. in li. de cibis: q̄ cinamomū aromatizat stomachum. ⁊ confert frigiditati eius et frigiditati epatis. B

¶ Et facit euenire somnum. et aperit opilationes ⁊ prouocat menstrua. et abstergit obscuritatem visus. C

¶ Et desiccat humores qui sunt in capite et in stomacho. Et de proprietate vsus eius est q̄ vsus comestionis est conferens obscuritati visus que accidit ab humoribus. D

¶ Et idem auc. Dyas. Cinamomum ingreditur confectionem medicinarum odoriferarum bonarum et est maximi iuuamenti. et teritur ⁊ conficitur cum vino bono. et fiunt inde trocisci. qui desiccantur et reponuntur in vmbra ⁊ sic virtus eius diutius seruari potest. E

¶ Dyas. Virtus omni cinamomo est calida et diuretica et malactica et leptintica. F

¶ Et potatū cum aqua secundinas mulierū excludit. ⁊ menstrua prouocat. Melius hiorebus opitulatur si mirre fuerit mixtum. G

¶ Venenatis morsibus occurrit vel veneno potato: caligines oculorum detergit. cū melle tritum maculas vellentigenes de facie purgat. H

¶ Tussim sedat. catarrum mitigat. ydropicis medetur. I

¶ Nefreticis vtiliter datur. Miscet etiā cōfectionibus occularijs ⁊ in omnibus vtiliores inuenitur vires habens ⁊ gustum acrem extensa stringit. Et in antidotis precisum est. K

¶ Gal. vij. sim. far. ca. de cinamomo. Cinamomū summe est subtilium partium: non tamē summe calida. sed in tertio gradu. ⁊ desiccatio eius est sicut calefactio ipsius ꝓpter subtilitatē substātie sue. Sed canella cinamomū est quasi cinamomū. Et quidā etiam caltion vocant cinamomum. Et quidam sūt qui nominant cinamomum azet. L

¶ Auicen. li. ij. ca. d̄ cinamomo. Cinamomū vltimum ē in subtilitate. actractiuum. aperitiuum rectificans omnem putrefactionem: et omnem virtutem corruptam: ⁊ omnem saniositatem humoralem. M

¶ Et idem in libro de viribus cordis ait q̄ confortat zor. N

Caput.cxxiij.

Ciminum quoddam est quod dicitur ciminum carmenū. quoddam quod dicitur ciminum regale. quoddam quod dicitur ciminum album. quoddam ciminum rusticorum. quoddam ciminū ethiopium. quoddam ciminum basilicum. quoddam ciminum Egiptium. quoddam ciminū dulce. quoddam ciminum agreste. quoddam quod dicit ciminum platociminu. Ciminū carmenum. id est siseleos. Ciminum album idem quod supra. Ciminum dulce idē quod supra. Ciminū rusticorum idem quod supra. similiter. Ciminum ethiopium est quoddam semen simile ameos et est git: sicut apparet infra in capitulo Git de g. Ciminum basilicū idem quod supra. Ciminum Egiptium est ciminum vsuale. Ciminum agreste est illud q̄d per Diascoridem multa in capitulo isto describitur. Platociminum. id est siseleos. Ciminum vsuale est semen herbe in multa quā citate nascens precise vt presens figura istius capituli ostendit. virtutem habet diureticam. et subtiliandi fumositates. Est calida et sicca in tertio gradu. Et quidam dicunt q̄ est sicca in secūdo. Balienus. vij. sim. farma. cap. ō Limino. Limine semine maxime vtif sicut et anisi et leuistici et carui et petrosilini. Est autem calefactiue virtutis sicut illorum singulum et diuretice et destructiue ventositatis. de tertio gradu existens calefacientis Diasco. cap. de Limino. ſm trāslationem nostram. Liminum quoddam est vsuale. quoddam Egyptium. et quoddam oritur in alijs partibus. et istud est ciminum nostrum quod communiter habemus in vsum et customati cum est. Sed plus illo quod oritur in Egypto quod ypobasilicum vocat. Vnde tale ciminum vsuale in omnibus prouincijs inuenitur Sed ciminum agreste nascitur in Calcedonia et Yspania. virgam habet duabus palmis lōgam. in qua folia nascuntur quatuor aut quinq. et tenuissima et diuisa sicut gingidium. in qua virga sunt capitella quinq aut sex rotunda et mollia. in quibus est semē quod si gustui applicueris viscidior est nostro. Nascitur locis humectis: Ciminum nostrum vsuale habet virtutem serauticam et feruentem et mictualem et stipticam. Serapio libro aggregatorie cap. camin. aucto. Dyasco. Camin id est ciminum nostrum q̄d vocatur Egyptium. Est et aliud Liminum quod dicitur carmenum. Et est aliud quod dicitur agreste. Et est quoddam ex eo boni saporis. est proprie carmenum et ipsius expositio est regale. Et post ipsum est babilonicū Et idem aucto. Balieni. ex eo est domesticū et agreste. Domesticum vero est quod magis administratur et maxime semen sicut administratur semen anisi et leuistici et carui et aptī mōtani. virtus eius est calida in tertio gradu.

Operationes

¶ Dyascorides. Liminum nostrum torsionibus et inflationibus in oleo coctum et superpositum medetur. carbaplasmatibus miscetur. oxonoicis cum pusca necessarie datur morsibus venenatis cum vino opitulatur. A

¶ Tumorem testium admixta pollina fabe et vue passe et cerotis impositum medicatur aceto mixtum menstrua abstinet: et sanguinem narium profluentem sic stringit. potui datum siue inunctum pallorem facit. B

¶ Et quia calidissimum est dolorem vesice placat et calculos iuuat. C

¶ Semen cimini agrestis torsiones et inflationes aque mixtum saluberrime curat. Cū aceto vero subglutientibus opitulatur. Venenis occurrit. dolorem stomachi compescit D

¶ Masticatum et impositum liuores detergit. Melle addito et vua passa omnia similiter facere nouit. In hoc flos nascit niger veluti semē qui bibitus similis est melāgio. Dosi E

bus venenatis occurrit. Stranguirijs ⁊ doloribus vesice prestet effectum.

F ¶ Et coagulatum sanguinem per vrinam mingi facit. Maxime singulare presidium est si bibitum fuerit cum elixatura apij.

G ¶ Auicenna libro. ij. capitulo de cimino. Ciminum scilicet nostrum vel vsuale expellit ventositates et resoluit. et in ipso est incisio et exiccatio. et in ipso est stipticitas cum lauatur facies ex aqua ipsius clarificat eam. et similiter eius acceptio et vsus ipsius cum mensura eius nanq; nimius vsus faciem citrinat.

H ¶ Et administratur cum ceroto aut oleo et melle consolidat vulnera proprie siluestre. Cuius semen est simile semine lini. cum ex eo implentur vulnera.

I ¶ Cum teritur ciminum cū aceto et fit odoramētum ex eo abscindit fluxum sanguinis narium. et similiter cum ex eo intromittitur licinium in naribus.

K ¶ Et quandoq; masticatur et miscetur cum oleo et distillatur super vugulam et super coagulatum sanguinem super oculo et confert.

L ¶ Et quandoq; masticatur cum sale et distillatur sputum super scabiem et sebel et vngulam abscisam et prohibet adherentiam. et succus siluestris abstergit visum. et attrahit lachrimas. et nominatur grece fumus.

M ¶ Et ipsum etiam ponitur in cauterijs euulsionis pilorum in oculo et non nascitur. Et quando bibitur cum aceto mixto cum aqua confert difficultati anhelitus: ⁊ tremori cordis frigido.

N ¶ Et administratur cum oleo super apostemata testiculi. Et quandoq; administratur cum oleo et farina fabarum: et frangit lapidem: et proprie siluestre.

O ¶ Et confert distillationi vrine et mictui sanguinis: et dolori pungitiuo ventris: ⁊ inflationi. et succus siluestris triti cum aqua mellis soluit ventrem.

P ¶ Inquit Rufus. Ciminum nabatium soluit ventrem. carmenum vero non soluit: immo stringit.

Q ¶ Et herba siluestris prouocat coleram in vrina. et datur in potu cum vino ad morsum vermium venenosorum. ⁊ proprie siluestre. cuius semen est simile semini lini.

Caput. cxxiiij.

Citrullus Isaac in dietis particularibus li. iij. cap. d citrullis. Sūt frigidiores ⁊ grauiores cucumeribꝰ. frigiditas enim eorum est in fine tertij gradus.

Operationes

¶ Sera. li. aggre. cap. tabera. auc. Gal. Citrullus frigidior est cucumere ⁊ generat chimum viscosum et humores crudos in venis: et accidunt ex esu eius febres antique male. neq; prouocat vrinam sicut melon. A

¶ Et nocet stomacho quare oportet qui vult vti eis vt vtatur ameos nisi stomacho eius sit valde calidus. B

¶ Et idē auc. Habit. Aque citrulli et cucumerꝭ ꝯfert inflāmatōibꝰ febriū et sedat sitim C

¶ Et laxat vētrē laxatōe bona sine nocumēto aliq̄: ⁊ debet bulliri cū zuccaro albo: ⁊ nō oportet q̄ def hn̄tibꝰ naturā durā ad mouēdū nimis. q: illa aqua non habet tantā virtutē q̄ laxat naturā durā. et si ipsa faceret moram in stomacho forsitan induceret laborem et nocumentum et inflationes. D

¶ Rabi Moyses. Citrullus cū eiꝰ digestio tardatur generat humores venenosos. E

¶ Isaac in dietis ꝑticularibꝰ li. iij. cap. d citrullis. Sūt frigidiores ⁊ grauiores ⁊ cetera. proinde grossum generāt flegma ⁊ neruositati stomachi magis nocent cucumeribus. F

¶ Rursus propter suam duriciem ⁊ frigiditatem sunt grossorum humorum generatiui quod certificatur. quia citrulli in stomacho moram facientes venenosorum corruptionem subeunt humorum. Citrulli magis stomacho nocent: medulla tamen eorum perfectiorem generat chimum.



Caput. cxxv.

Citrum Auiceñ. li. ij. cap̄. d̄ Citro. Citrum omnibus est notum. ⁊ oleum ipsius factum ex eo et ex cordicibus ei⁹ est forte. ⁊ factum ex flore ipsius est debilius omni alio. Cortex eius est calida in primo. sicca in fine secundi. Et eius caro est calida in primo. et humida in secundo. Quidam autem dixerunt q̄ est frigi. et humi. in secundo et eius fri. magis est. ⁊ ipsius acetositas fri. et sic. in tertio. ⁊ eius semen cali. in primo. siccum in secundo. Idem. Cortex eius est temperatus in caliditate. ⁊ est cali. in primo gradu. sicca in secundo. Semen eius est calidū cum forte siccitate. Pulpa eius frigida ⁊ humida. Galienus septimo simplicium farmacorum. cap̄. de Citro f m translationem grecam. Milia indica. id est citrum huius fructus ab omnibus nominatur citrum. in semine quidem acida qualitas et siccatiua dominantur vt secundi sit gradus siccatiuum ⁊ infrigidatiuum. in cortice vero siccatiua participat complexione. non modicam tamen habens acedinem. quo circa et siccat hic cortex secundum tertium gradum. non tamē est frigidius sed vel commoderate vel infra. Caro vero eius grossarum partium est ⁊ flegmatica ⁊ frigida. ipsa itaq̄ comeditur sicut ⁊ cortex eius esibilis est. et humidum quid habet acidum. de quo prius locutus fui. Et quidez in eo inuenitur quod vere est semē. amarum autem: et est palam quoniam dyaforetice est et siccatiue virtutis in secundo fere gradu recedens a cōmoderatis ⁊ folia sunt exsiccatiue et dyaforetice virtutis. Et idem in eodem libro ⁊ eodem capitulo f m translationem ara. Hatrox. id est citrum ⁊ est pomum aque. cortex eius non est frigidus. immo est aut equalis complexionis. aut minus equalis parum et exsiccat quantum est de virtute ⁊ complexione sua exsiccatione habente acuitatem non paucam. Et ideo exsiccatio eius deuenit ad secundum gradum. Semen siccum in secundo gradu. Folium est eiusdez virtutis exsiccatiue et resolutiue. ¶ Dyascorides capitulo de Citro. Citri non in patribus omnibus vis vna est eadem natura vel virtus. Nam medulle eius vbi est semen acidam potestatem ac per hoc stipticam inesse manifestum est. Idem. Citrum habet semen simile semini pirorum.

Operationes

¶ Auicenna libro vt supra. Caro eius inflat. ⁊ folia eius sedant inflationem. et eius flos est subtilior eis. ⁊ eius acetositas est stiptica frangens coleram rubeam. A

¶ Et eius semen et cortex in pannis prohibet tineas. et eius odor rectificat corruptionem aeris et pestilentiam. ⁊ acetositas eius abstergit coleram rubeam. B

¶ Et aufert pannum quod est ex cortice ei⁹ adustum est bonum in albaras linitum. Et decoctio ei⁹ efficit odorem bonum oris. Et est impinguatiua corporis. C

¶ Et cortex eius recentis in ore odorem oris efficit bonum. et eius decoctio similetur cuz retinetur in ore. et acetositas eius valet impetigini illinita. D

¶ Eius oleum valet mollificationi neruoꝝ ⁊ non fiat nisi ex cortice eius. et cōuenit paralisi ⁊ ipsius acetositas est mala neruis. E

¶ Cōfert torture oris cū fit colliriū ex acetositate ei⁹. et remouet yctericiam oculi. Eius acetositas sedat tremorem cordis calidi. Et nutritū est bonū gutturi ⁊ pulmoni. ¶ Sed ei⁹ acetositas ē mala pectori ⁊ medulla citri F. G

Gramen. Plateari. Gramen est herba satis nota habens ramos rotundos nodosos super terram se expandētes: ⁊ a nodis ramoꝝ exeūt radices terrā ingredientes: dulces cum abhominatione: cuius folia parua sunt ad similitudinem cāne minoris. Est fri. ⁊ sic. in principio primi gradus. Sera. lib̄ aggre. ca. negen. i. gramē est herba habens ramos habentes nodos q̄ expanduntur super faciem terre ⁊ ex ramis eius generantur radices exeuntes a nodis ipsius figentes se in terra et radices eius habēt nodos. Folia eius sunt oblōga acute ex

tremitatis/sicut foliũ canne parue. Est alia
ſpecies cuius folia rami ꝛ radices ſunt maio
res ꝙ ſupradicte:immo ſunt folia ſimilia ede
re: que qñ comedũt animalia/ea occidit:ꝛ ma
xime illud qđ naſcit in Babilonia in vno: ꝛ
quod naſcit in Sicilia qñ comedit ab ouibꝫ
apoſtemant:ꝛ iſtam ſpeciẽ inuenies in capi.
Calamus de C. Sed illud qđ naſcitur in co
ſos habet plures ramos ꝙ alia ſpecies habꝫ
floꝛẽ albũ boni odoris:ꝛ ſemen minutũ in q̃
eſt iuuamentum: ꝛ radices quinq; aut ſex in
groſſitudine digiti albas/molles dulces et
feteres. Gal. vj. ſim. far. ca. agroſtis. i. gramẽ
Subſtantia eius eſt ſubtilis: ꝛ ſapoꝛ eius ẽ
dulcis:ꝛ ẽ in eo parũ acuitatꝫ cũ ſtipticitate
pauca. Et radix eius hꝫ ſapoꝛẽ abhominabi
lẽ:ꝛ ꝓprius eius eſt fri. in. q̃. ſic. cũ tẽperamẽto.
Dyaſ. ca de agroſtis. Agroſtis. i. gramẽ vir
gas hꝫ nodoſas ꝛ ſpanſas ſuper terrã/ſuper
quas virgas folia ſunt acuta ꝛ lata et dura/
ſicut canne minoris. Radix illi eſt nodoſa ꝛ
dulcis ꝙ boues ꝛ alia animalia paſcuntur:

Operationes

A ¶ Aqua decoctionis eius valet cõtra diſſur
riã ſi bibat et frangit lapidem/ꝛ curat vul
nera veſicce ꝛ prouocat vrinã: ꝛ eſt cõglutĩ
B natiua radix eius: ꝛ purgat reuma vẽtris.
¶ Sera. auto. Gali. Eſt virtus eius eſt que cõ
glutinat vulnera recẽtia dum ſunt ſanguino
lenta ꝛ coquitur ꝛ bibit eius aqua ꝛ frangit
lapidẽ: Sed ſemẽ eius quod eſt incoſos pro
uocat vrinã: ꝛ deſiccat quod currit ad ſtoma
chum: ꝛ inteſtina et humiditatibꝫ: qꝛ virtus
eius eſt deſiccatiua ſubtilis ſine ſtipticitate
L ¶ Galie. Radix eius ſanguinolentoꝝ vlceꝝ
eſt ꝙſolidatiua: ipſa q̃dẽ herba catha plaſma
ta infrigidat: q̃dẽ non vehementer: conſiſtit
autem in medio humida ꝛ ſicca.
D ¶ Dyaſ. Herba ipſa catha plaſmatibꝫ adhi
bita vulneribꝫ paracoleſim facit. Elixatura
eius bibita tortionibꝫ ꝛ diſſurrie medicatur
Vulnera veſice optime curat. Et calculos
frangit ꝛ vrinã prouocat. Canes qñ ſe volũt
purgare/hanc herbam comedunt.
E ¶ Auicenna libro. ij. capi. de gramine. Gra
mẽ facit coherere plagas ſanguineas. Et de
coctio eius extrahit lapidem. Et ſemen eius
prouocat et conſtringit.
F ¶ Et idem auto. Galieni. Decoctio radicꝫ
eius facit id quod herba ipſa: et ſemen eius
prouocat vrinam prouocatione forti. Et ab
ſcindit vomitũ ꝛ fluxum.

Caput. cxcv.

Granatinctoꝝ. plate. Granatinctoꝝ
eſt arbuſtum vnde tingitur ſcarlacũ.
Vnde dicitur de chriſto ꝙ fuit veſti
tus veſte coccinea. i. tincta cocco. ſ. granis de
ſcarlaco. Vocatur etiam kermes. Et eſt fru
ter ſecundum Diaſco. capi. de cocco ſarmen
toſa: habens in ipſis virgis baculos rotun
dos ſicut lenticula que colligũtur ꝛ confici
untur. Eſt autem bonus coccus galleticus
ꝛ armenus: ꝛ ſecundus aſianus et licius. Hi
ſpanus vero omnũ nouiſſimus: virtus eſt ei
ſtiptica. Sera. libꝫ. aggre. auto. Dyaſ. ca. bar
men vel karmen. i. grana tinctoꝝ eſt arbuſtũ
quod adminiſtratur ad ignẽ accendendũ ꝛ ẽ
incendiũ in arboꝛẽ ꝛ herbã cuius rami ſunt
multũ ſubtilis ſup quos ſunt grana rotũda
ſimilia lenticulis que colliguntꝫ ꝛ reponuntꝫ
ꝛ reſeruantur ꝛ cõficiuntur ad tingendũ. Et
melioꝝ eſt illa eſt que deferꝫ ex terris que di
cuntur gallates: et Andabaſi ꝛ Armeni. Et
ſecunda eſt illa de Syria ꝛ Licia: et deterit
oꝛ omnibus eſt illa que defertur ab Hyſpa
nia: et reperitur in arboꝛe perua ſatis ſimili
in foliꝭ arboꝛi glandiũ in terris Calichie: et
in ea multiplicatur animal teſtoſum paruũ
ſimile limacibꝫ: et colligant ipſam mulieres
illius terre cum roꝛe coꝝ. Et idẽ. auto. Gal.
ſapoꝝ eius eſt ſtipticus cum amaritudine: et
virtus eius deſiccat ſine mordicatione ꝛ ab
ſtergit ꝛ incarnat.

Operationes

A ¶Dyas. Cocc⁹.i.grana tinctoꝝ/ aceto trit⁹ et impositus vulneribꝫ paracolesim facit:et
B neruis incisis/maximū p̄sidiū ē.¶Sera.au. Gal. Granatinctoꝝ cōfert magnis vlceribꝫ neruoꝝ ⁊ alioꝝ tinctorū qñ terit̄ fortit̄ ⁊ mi scet̄ cū aceto ⁊ melle:et etiā decoctionē eorū
C dāt illis q̄ patiunt̄ in neruis.¶Pli.ca.de coc co. Ualet vlceribꝫ magnis/⁊ maxime ner uoꝝ vlceribꝫ:et valet contra tremorē ordis
D et eius debilitatē. ¶Hoc asserit sil̄r Dama. in antidotario suo in q̄dā cofectiōe q̄ incipit confectio alkesmes.



Caput. ccxvj

GRanū culcul. Sera.li.ag.ca.lobachi um.i.granū culcul. Foliū eius est sil̄e folio albene:⁊ est herba q̄ bꝫ venas in grossitudine pollicis ⁊ indicis ⁊ lōgas:et sunt coste ꝓpe terrā/sicut scel:⁊ sunt in eis no di:⁊ nascunt̄ in vno q̄ꝫ nodo folia sil̄ia foliꝫ balsami:et est albū maius:⁊ in sūmitate ei⁹ nascunt̄ flores in vere:⁊ in principiꝫ messuū quoꝝ color est color violaꝝ/nisi qꝛ sunt maio res eis. Et qñq̄ꝫ flos hꝫ fructū magnū in q̄n titate cicer⁊ plenū dulcis saporis:latine vo cat̄ granū culcul. Et herba eius inuenit̄ in lo cis vmbrosis:⁊ iuxta vehement̄ humectis. Et tēpus collectiōis ei⁹ est in tēpore messis. Uirtus est cali.⁊ humi.in.ij.gradu.

Operationes

¶Sera. Granū culcul mouet coitū ⁊ auget A
sperma:et erectionē virge:et proprie qñ con ficit̄ cū melle/vel miscet̄ cū sisamo:⁊ q̄ vtit̄ eo
nimis/incurrit collirica passionē ¶Et idem B
auto. Mesaruget. Qñ bibit̄ post ipsuꝫ vinū facit sodā:et proprie quando torrefit.



Caput. ccxvij.

GEnciana. Pli.lib xxv. Gentianā in uenit gentius rex illiricoꝝ vbiq̄ꝫ na scentē in illirico tamen prestantissi mam:folio fraxini:sed magnitudine lactuce caule tenero:pollicis crassitudine cauo et in ani ex interuallis foliato triū cubitorū alto casu.radice lenta subnigra siue odore aquosa Sub alpinis montibus plurima nascitur. Usus eius in radice ac succo. Plate. Genti ana est herba calida ⁊ sicca:cuius radix pre cipue competit vsui medicine: non ipsa her ba. In fine veris colligit̄ et siccat̄:et per an nos quattuor in multa efficatia seruatur. Debet aūt eligi solida et continua hñs citri nū colorē q̄ non sit porata nec facile in pulue rem exsoluat̄ cū frangitur. Uirtutē hꝫ dissol uendi/attrahendi/cōsumendi et aperiendi. ¶Dyascori. capi. Genciana. Genciana di-

eiusdē gentis. Unde et nomen accepit: cui⁹ folia q̄ circa radices sunt nucis odorem habent: et sunt similia plātagini: sed paulo subrufiora et in sommo diuisa vl' incisa in speciē serre immediate habens hastam. q̄ hasta lenis est et vacua. digiti habens similitudinē longior duobus cubitis nodosa circa quos nodos folia nascuntur. semen est ei circa folia in pomulis latis ⁊ lenibꝫ. et nō inutile sicut affodilli. radicē habꝫ sicut aristologia lōga: solidā ⁊ amarā: sed nigriorē ⁊ fragiliorē. nascit' in locis altis et humectis, ⁊ vmbrosis

Operationes

A ¶ Gal. vj. sim. far. cap̄. de gentiana s̄m translationem arabicam. Id quod de ipsa administratur ē radix huius: cuius sapor est amarus in fine amaritudinis: et virtus eius est magna in mundificatione et abstersione: et aperiendo opilationem. Est enim calefactiua et stiptica. ¶ Et idē eodē libro ⁊ cap̄. s̄m translationem grecam. Gētiana huius herbe radix efficax est. vbi oportet substiliare aliquod ⁊ abstergere et deopilare. nec est mirum si hoc potest amara violenter existens.

B

C ¶ Sera. Ego non vidi medicinā meliorem in morsibus canis rabidi quando datur ex ea qualibet die vncia vna trita et cribrata cum vncia vna myrre. ⁊ cum vncijs duobus pulueris cancrorum fluuialium adustorum in principio egritudis anteq̄ timeant aq̄m Et hec quidem planta cōtraria est venenis mortiferis: et aufert nocumentum eorum cū auxilio dei.

D ¶ Dyas. Gentiana est acris ⁊ calefactoria: ⁊ relaxans acrimonia ⁊ amaritudine sua partum expellens: et serpentes fugans.

E ¶ Radici eius virtus est calida et stiptica. que radix. ʒ. ij. cum pipere et ruta et vino accepta morsibus venenatꝫ occurrit. succi ei⁹. ʒ. ij. accepta doloribus laterum et conquassationibus vtiliter prodest sicut collirium supposita. Radix facit aborsum. Vulneribus imposita medetur. Succus eius sicut licinium inunctus tumorem oculorum compescit maculas corporis tollit.

F ¶ Radix vero infusa in aqua diebus quinq̄ et postea cocta q̄diu virtutem ex ea dimittit cōfricatur: et sic deliquatur. postea aqua ipsa recoquatur q̄diu mellis spissitudinem faciat: et reponitur in vase fictili ad vsum.

G ¶ Paulus. Gentiana calida est et sicca in tertio gradu.

Caput. ccviij.

Genestra. Jo. mesue. cap̄ de genestra, ⁊ vocat' capistrū arboꝝ. ⁊ est arbor mōtana: super cuius stipitē eleuat' densitas fusciū multe rotunditatis. et dū plicant' non patiunt' fracturas. Vn̄ ligant' ex eis arbores et ꝓducūt flores similes figure lunari citrinitatꝫ multe. Et ꝓferūt folliculos s̄m semitā orobi hn̄tes semina distincta sicut lentes. ¶ Inq̄t Dyas. ca. est et sic. cōplexiōis in secūdo. ⁊ semē eius est calidius: ⁊ in flore ei⁹ ⁊ stipite ē hūiditas superflua cū virtute incisiua: q̄re multiplicat vomitū. Et sunt om̄es partes ei⁹ ꝯturbatiue: incisiue: subtiliatiue et ꝓuocatiue. ¶ Paulus. cap̄ d̄ genestra. Est alia q̄ vocat' genestra fri. ⁊ sic. cōplexiōis: similis genestre supiori: sꝫ minor ē. et hꝫ stipites minores ⁊ angustiores ⁊ albū florē facit.

Operationes

¶ Dyas. Semē genestre ⁊ flos bibitus cum mulsa būores vomitibꝫ purgat. ¶ Gal. Fructus genestre et baculoꝝ succus laxatiue nō debiliter est virtutꝫ. ¶ Jo. mesue. Per vomitum et per ventrē educit flegma. ⁊ cū fortitudine vehemēti materias q̄ sunt in iuncturis. ¶ Et mūdificat renes ab omnibꝫ superfluitatibꝫ. et ꝓuocat vrinā fortiter. ⁊ frāgit lapidem in renibꝫ ⁊ vesica. ⁊ nō ꝓmittit materias figi in eis neq̄ lapidem densari. ¶ Et qn̄ flores ei⁹ cōtriti ꝓpinant' cū melle rosaꝝ. aut

A B C D E

cū ouo sorbili resoluūt scrofulas. ⁊ oximel ex eis aut seminis ip̄ius soluit ap̄ata splenis.

F ¶ Et si frequentat̄ vomitus cū eis. cōuenit sciatice ⁊ podagre ⁊ dolori renū. Dosis eius est ꝓprie florum. a. ʒ. ij. vsq; ad. v. semini eius a

G ʒ. ij. vsq; ad. iij. vel. iiij. ¶ Dyas. Semen eius ⁊ flos bibitus cum mulsa humores vomiti-

H bus purgat. ¶ Paulus. Uirtutem habet cō stringendi. ad fluxum menstruorum valet fomentum ex aqua decoctionis eius. suppositorium etiam ex puluere eius et succo plantaginis. valet etiam contra dissinteriam predictum fomentum.



Caput. ccxix.

Gith. Haymo. Gith ē genus leguminis sil̄e cimino in q̄ntitate: sed nigri coloris ⁊ in pane dulcorādo imponit̄ ¶ Dyas. Gith est herba q̄ in segetib; crescit. habēs semen nigrū minutū/odore suaui. relaxat em̄ ⁊ calefacit. ¶ Plate. ca. est et sic. in. ij. gradu. Et est herba q̄ inter frumentū orit̄. semen nigrū ⁊ quasi triangulū facit. Aliquātulū habz amaritudinē. vñ diuretica est. virtutē hz dissoluēdi et cōsumendi. ¶ Pli. li. xx. Gith ex grecz. alij melachiō. alij melaspermō vocant optimū q̄ excitatissimi odoris.

Operationes.

A ¶ Dyas. Gith potatū vrinā ⁊ menstrua ꝓuocat lūbricos expellit. impositū vero tumores aut duricies soluit. Est etiā desiccatiuū ac leptomicum. ¶ Lepras ac verrucas appositū B tollit. pingues ac glutinosos atq; cōstipatos humores digerit. ¶ Catarrū sanat calefaciē C do si pululis ei⁹ liget̄ in litheolo et ad nares sepius apponat̄ vt ex eo odoretur. Lūbricos autē necat comestuz vel cōtusum extrinsec⁹ ventri appositū. ¶ Plate. Cōtra opilationē D epatis ac splenis. ⁊ renū stranguriā / dissurriam yliacā passionē. ⁊ dolorem stomachi ex ventositate dat̄ vinum decoctionis eius et puluis eius in cibis. Ualet ⁊ cōtra emorroidas inflatas. ¶ Cōtra lūbricos etiā dat̄ pul E uis ei⁹ cū melle. valet ⁊ cōtra vermes auriū. ¶ Pli. Medet̄ serpentiū plagis ⁊ scorpionū F Illiniti ex melle ⁊ aceto reperio. Incensoq; serpentes fugari. bibitur. ʒ. j. contra araneos. ¶ Capitis dolores illinitum ex aceto et G infusum naribus. dentium dolores coctum cum aceto mitigat.



Caput. ccxx.

Gummi arabicū. Sera. li. aggre. cap̄. sanigli arabi. i. gūmi arabicū. Et est gummi qd̄ reperit̄ super arborē acacie. sicut alie gumme. que arbor nominat̄ am gailē. et melius ex eo est qd̄ ē ex hac arbore simile vermiculis in figura sua. Color eius est sicut vitrū claꝝ. ⁊ nō habet lignū. Secundū vero post ip̄m est albū: sed illud quod est simile sordiciei resine pini est malum. fri. et sic.

A ¶ Sera. auto. Gal. vna est virtus eius q̃ de
siccat ⁊ alia virtus eius est q̃ cõglutinat: et
aufert asperitatẽ: ⁊ frãgit virtutes medici-
naꝝ acutaꝝ. ⁊ lenit asperitatem pectoris: et
stringit ventrẽ: ⁊ fortificat intestina: ⁊ melio
rat ossa fracta qñ fit emplastrũ cũ eo. ⁊ cõue
B nit malignitati vlceꝝ pulmonis. ¶ Et auto.
Habix. Dicit ꝙ est hu. paꝝ ⁊ retinet ventrẽ
qñ nimis fluit. ⁊ cõglutinat intestinũ in q̃ est
tenasmõ. ⁊ cõsolidat ossa fracta qñ fit empla
strũ cũ eo. ⁊ sedat tussim qñ retinet in ore et
C trãsglutit qđ inde soluit. ¶ Aut si miscet ali-
quibꝫ medicinis ꝯferẽtibꝫ ad tussim ⁊ vlceri
D bus pulmonis qñ bibit ex eo. ¶ Cõuenit ob
talmie et rectificat medicinas laxatiuas qñ
E miscet cũ eis. et ꝓhibet acuitatem eaꝝ. ¶ Et
frãgit vomitũ q̃ ꝓuenit ab eis. ⁊ q̃ntitas do
sis eiꝰ ad tussim. ⁊ ad retinẽdũ vẽtrẽ aureos.
id est qñ miscet cũ aliis medicinis ẽ aurei. v.
F ¶ Bulcasim eben abenazarin. li. qui dicitur
seruitor: Forma assandi gũmi arabicũ est si-
cut omnes alias gũmas. qui vult assari gũ-
mi arabicuꝫ oportet vt frãgat illđ in frusta
ad magnitudinẽ orobi. deinde accipiat pa-
tellã ⁊ calefaciat eã ⁊ auferat ab igne. ⁊ po-
nat sup eã gũmi arabicũ. ⁊ misceat bene sine
intermissione donec albescat. ⁊ si nõ albescit
prima vice. iteꝝ calefaciat patellã vt priꝰ do
nec fiat albũ: ⁊ eodẽ modo fit ex aliis gũmis

Caput. ccxxi.

Hauser vel hausor. Auic. in
ij. li. cap. facit quo scribit
hausuꝝ: sed in ara. est hau
ser. Et hausor est lactici-
niũ quoddã ⁊ nõ est taxꝰ:
vt q̃dã dicũt vel spẽs eiꝰ:
sub ciuꝰ vmbra ꝑiclitant
dormiẽtes. vt Dyas. dt. Nã hausor ẽ lactici
nium. ⁊ taxus est arbor magna ⁊ vmbrifica.

Operationes

¶ Sera. li. aggre. cap. hau. Hausor est plãta A
habẽs lata folia. ⁊ nascit in vno tẽpore anni
⁊ habet cõcauũ qđ egredit ab oculis ramoꝝ
suoꝝ ⁊ a locis floꝝ eius. ¶ Et colligũt ab eo B
hoies rem ꝯuenientẽ. ⁊ succo eiꝰ est amaritu
do. et egrediunt ab ea mala sicut testiculi ca
meloꝝ. Et egredit ab illis pomis q̃dã res ad C
urens: ita ꝙ nõ põt fieri cauteriũ cũ re melio
ri ea. ¶ Et implent ex ea culatre ⁊ puluina- D
ria. ⁊ noiat etiã arbor eiꝰ coherea. et qñ inci
dunt folia hausor emittit tũc lac qđ colligit
in mense Maij. Et ponunt in eo coria: ⁊ nõ
remanet pilus in eis. et vnuꝫ vas implet ex
duabꝫ impressionibus. ¶ Et lignũ hausor est E
leue grossum rectũ pulchrũ ⁊c. Alius hausor
est vna ex speciebus titimali.

Caput.ccxxij.

Hermodactilus. Jo. Mesue. Hermodactilus est radix herbe montane: est alius lōgus sicut digitus. alius rotūdus sed melior est rotundus. ⁊ eius alius albus. alius rubeus/alius niger: sed melior ex his est q̄ est albus vere albedinis intus et extra. ⁊ qui est grossus ⁊ duriciei mediocris. Aliter aūt facti mali sunt. Sera. li. ag. cap. Sturagē. auto. Dyas. Sturagen siue suragen. i. hermodactilus est herba que florescit in fine autūni. ⁊ est eiꝰ flos albꝰ silis in figura sua flori croci. Deinde emittit folia silia foliis bulbi in quibꝰ est humiditas adherēs manui. ⁊ habet stipitē in longitudine vnius palmi porrectū. eius color est albꝰ declinās ad nigredinē. ⁊ habet radicē cuius color est niger ad rubedinē declinās. sꝫ quādo aufertur cortex: apparet radix interius alba/mollis/dulcis saporꝫ/⁊ plena humiditate. q̄ grece vocat̄ colliricō: vt apparet in ꝓpria litera. Est aūt radix ipa rotunda silis cepe bulbi. ⁊ radix ipsa habet in medio sui scissurā ex qua egredit̄ stipes super quē est flos. multū nascitur in loco qui dicit̄ charin. et in terris que dicuntur guagna. Et hec radix ⁊ alia operatur vt infra. ¶ Paulus cap. de hermo. Hermodactili sunt calide ⁊ sicce in principio secundi gradus. Herba est circa radices eius tuburositates inueniunt̄ q̄ colligi dn̄t ⁊ vsui reseruari. In estate colligunt̄ ⁊ reseruant̄: ꝑ annū vnum seruari possunt. Sunt aūt eligēdi qui sunt albi ⁊ solidi. Habet autem virtutem dissolutiuam/cōsumptiuam/attractiuā

Operationes

A ¶ Sera. auto. Gal. Radix hermodactili q̄ est alba intus ⁊ extra est melior. et habet vir
B tutem laxatiuā. ¶ Et aqua in qua bullierit: verum malus est stomacho. Et confert doloribus iuncturaꝝ ⁊ podagre. Exhibēdus est habentibꝰ iuncturas molles ⁊ nimis humi-
C das. ¶ Idē auto. Mesasurugen. Albus est bonus. Sed rubeus occidit: nō qꝛ nimis frigidus ita q̄ narcotiset: quia si hoc esset non
D esset laxatiuus. ¶ Aben Mesuay. Rubeus
E occidit vlcera antiq̄ ⁊ cōfert variolis. ¶ Habix. Et melior ex eo est qui est exterius ⁊ interius albꝰ. et qñ frangit̄ est fractio eius facilis ⁊ nō dura. Niger vero ⁊ rubeus sunt am
F bo interficiētes. ¶ Paulus. Purgāt aūt ꝑncipaliter flegma. Cōtra arteticam ⁊ podagrā: cyragrā ⁊ iliacā passionē. ⁊ morbꝰ ex flegmate nō existente fe. valet benedicta acuta ex hermodactilis: yera legodion/theodoricō
G anacardina. ¶ Contra sciaticam podagraꝫ ⁊ cyragram succus feniculi cum melle decoquatur: et cum tali melle dentur. ʒ. ij. hermodactilorum. ⁊ ʒ. j. seminis feniculi et fiat electuarium quod more benedicte potest sumi.
H ¶ Et nota q̄ in dosi debent poni vncie due
I vel tres hermodactili. ¶ Cōtra yliacam passionem fiat decoctio mellis. addita aqua ne exuratur: et ne mel exeat: et ex illo melle additis. ʒ. ij. hermodactili et cynamomi detur pulvis hermodactili: superfluam carnem corrodit. ¶ Pulvis eius conficiatur cum sapo-
K ne gallico: et licinium intinctum fistulis. imponatur etiam pulvis eius cretico. Conficiatur cum aliqua mellicina cerebrum confortāte. Et fluellum de bombace intinctum naribus si mimittitur cerebrū confortat: et polipum corrodit. ¶ Joannes mesue. Solutio-
L ne educit flegma grossum: et a iuncturis proprie. et est medicina magna artetice et podagre sumptus et cathaplasmatus: et proprie
M cum farina ordei. ¶ Et vitellis ouorum aut mica panis pinguis et vitellis oui. et vsus eius impinguat corpus: et augmentum efficit in spermate. ¶ Et est medicina bona vul-
N neribus. abstringit enim sordes eorum et cōsumit carnes putridas in eis. Dosis eiꝰ ē ab aureo vno vsq̄ ad duas. Conseruatur autē per annos tres.



Caput.ccxxiij.

Hermerocalles. Platea. Hermerocalles: id est planta vt bulbus ematicus qui manducatur. fructus eius est sicut narciscus. differens ab eo in flore tantũ. ¶ Dyas. cap. hermerocalles. Hermerocalles aut cathaleptenvelut bulbus ematicus. Folia habet et hastam similem lilio: in initio cũ inceperit aperire flores lilij ostendit tres vel quatuor: sed postq̃ floruerit viridem facit colorem bonũ ⁊ odoratũ. Radix eius in magnitudine similis est bulbo: sed paulo maior.

Operationes

A ¶ Dyas. Hec si bibita fuerit: humorem sordidum matricis excludit. ¶ Menstruis imperat. Folia eius cathaplasmatibus adhibita combustionibus medicantur.

Caput. ccxxiiij.

Herba paralisis. Platea. Herba paralisis: siue herba sancti petri siue paralitica siue artetica: que omnia idez sunt. et est herba cuius folia florere incipiũt tempore hyemis: que se extendunt in terra quasi citrina vt alis fagus. florem citrinum profert: ca. est et sic. complexionis.

Operationes.

A ¶ Dyas. Hec herba doloribꝰ medet mẽbroꝝ Folia eius ⁊ flores humida et non sicca quãdo ponunt super empetiginẽ et pannũ expellit eos ⁊ resoluunt omnem supfluitatẽ. ¶ Et cõuenit habẽtibus catarrũ: et mitigat dolorem capitis illis qui sunt frigide cõplexiõis B ¶ Et oleũ eius est iuuatiuũ in hyeme. ⁊ si habens calidã cõplexionẽ: odoret nimiũ de ipo cum est viridis. ¶ Idem Aben mesuay. Confert humiditatibꝰ ⁊ flegmati salso ⁊ senibus frigide complexionis et confert doloribus iuncturarũ. ¶ Remouet loquelam amissam propter apoplexiam vel paralisim in potu sumptum eius succus aurium. j. vel. ij. C D E

Caput. ccxxv.

Herba grassula. Actor. Herba grassula est herba d̃ qua inuenit maior ⁊ minor. Et minor est vermicularis. de q̃ habetur in cap. vermicularis inferius d̃ V. Maior est herba habens folia tenera et pinguia: in quorum superficie est borra.

Operationes

¶ Valet cõtra ignis arsuras: succus eius curat ramicẽ puerorum. ¶ Si accipiant folia grassule ⁊ cime oliuarũ ⁊ terant subtiliter cũ axungia porci recenti. ⁊ exprimat per petiã. et buliat cum modico vino albo quibꝰ admisceat mastix ⁊ olibanum: ⁊ postea vngatur. A B

Caput.ccxxvj

Herba fetida. et est herba subtilibus foliis similis herbe que vocatur abrotanum plena seminibus similantibus seminibus lumbricorum: sapor eius vergit ad amaritudinem nociuam: grauis odoris et sapor eius est amarus cum aliqua salsedine et stipticitate pauca. et est calidior absinthio: et debilior abrotano.

Operationes

A ¶ Est mala stomacho: et claudit orificia venarum matricis: sic q̄ cathaplasmata supra
B ventrem calida. ¶ Constringit sanguinem exeuntē post partū: et tempore menstruandi

Caput.ccxxvij.

Herundina siue harūdina. Actor. Harundinem ponit. Isi. inter arbores. et hoc: vt videtur: propter quasdā speciales quarum tanta crassitudo et magnitudo esse dr̄: vt ex illis naues et edificia fabricentur. De ceteris aūt dictum est apud Isi. inter herbas incultas et inter satiuas.

¶ Alex. in epl̄a ad Aresto. Post victoriā nostram de Dario rege obtentā: acceptis centumquinquaginta ducibus indorum: qui breuitates itinerum nouerint: cū pergeremus preter flumen apparuit. cuius ripam harūdo pedū sexagenum vesciebat pinorum abietumq̄ vincens in crassitudine robora. eaq̄ indi vtunt ad edificia. Aqua vero flumīs gustu elleboro amarior erat. quā nec hō bibere nec pecus etiā sine tormento poterat. Deinde vidimus hoīes nauiculis per flumen vehi rotundis ex harundine: qui nobis ostenderūt vbi dulcem aquam possemus inuenire

Operationes

¶ Pli. li. xvj. Harūdines p̄matū tenēt inter aq̄ticos frutices frigidis gaudentes. Belli pacisq̄ exprimētis necessarie sunt: atq̄ etiā in deliciis grate. His em̄ orientales populi bella cōficiunt dū spicula calamis addunt. A
¶ Nullus aūt sagittī aptior ē calamus q̄ in theno Bononiensi amne cui pl̄ima inest medulla: pōdusq̄ volucre. Cōtra flatus quoq̄ peruicax libra. q̄ppe nō eadē gratia belgicī. B
¶ Hec est creticī cōmēdationibus. quāq̄ preferant indi. quorū alia q̄busdā videt natura: qn̄ ꝛ hastarū vicē prebēt additī cuspitibus. Harundo deniq̄ indica arboreā habet amplitudinē: qualis videt in templis. Folia vero breuia. nauigiorūq̄ vicē prestāt (si credim⁹) internodia singula. C
¶ Pli. li. xvij. Illa q̄ nascitur in India ꝛ Syria odorū vnguētorūq̄ causa. Urinam mouet cū gramine vel apij semine decocta. menstruaq̄ citat motu. D
¶ Hydropisi prodest ac tussi etiam suffitu. E

Caput.ccxxviij.

Iusquiamus. Isi. Iusqam⁹ est herba sic a grecis appellata: sed a latinis herba calicularꝫ dr: eo q̄ caliculi ei⁹ in figura cancaroꝝ nascant vt ⁊ mali punici. quoruꝫ ora serata sunt habentes intrinsecus semina papaueris silia. Hec herba est in sana. vocat eo q̄ vsus eius periculosus est deniq̄ si bibat vel edat insaniā facit vel somni imaginē turbidā. Dyas. s̄m translationē nostrā cap̄. de Iusquiamo. Iusq̄amus frutex est paruus hastā habēs grossiorē ⁊ folia lata ⁊ oblonga diuisa: nigra ⁊ aspera. iuxta cuius hastas sunt capita plena semine. Sꝫ Iusquiami tria sunt genera. vnū purpureū florem habēs: et semē nigrum: folliculos duros et spinosos. Alterū vero flores mellinos habet ⁊ folliculos molles. semen obrufum sicut erismō. ambe ꝑo iste maniā prestāt ⁊ narcotice sunt ⁊ minus vsuales. Tertiū vero genus ē cui⁹ vsus frequentat. folia hꝫ pinguia et mollia: ⁊ chili. succi plena: flores albos et semen albū ꝓferens. Nascit in locis maritimis ⁊ in ripis. semē vero vtile est albū: quod minus si inuentū fuerit rufum fecundat. Nigrum vero inutile ē semen eius et folia exsiccantur. hasta ip̄ius tunsa ⁊ expressa. Hic succus in sole siccādus est, q̄ꝛ vtilis est vsui post annum. semen eius siccū in calido missum tūditur et exprimit. est vero succus melior viridis q̄ꝫ siccus. Multi vero farine triticie, succum eius admixtum factis trociscis reponunt. Galie. viij. sim. far. cap̄. de Iusquiamo s̄m translationē arabicā. Iusquiamus cuius semen nigrum est. ⁊ signum sup̄ hoc q̄ sit semen nigrū: est q̄ flos eius vergit ad rubedinem. facit maniā et subeth. Ille vero cui⁹ semen subrufum est: cognoscit in hoc q̄ flos eius est citrinus. et est propinquus primo in virtute. et propter hoc oportet q̄ caueatur ab his ambabus speciebꝫ: et nō vtatur quis eis. q̄ꝛ non est iuuamentū in eis: sed occidunt Iusquiamus vero habens semen album et florem album. est conueniens vsui medicine. et est in. iij. gradu frigi. et sic. in. ij.

Operationes

¶ Dyas. Utilis est succus semini viri in voluntario. Confectionibus colliriorum mixtus reuma viscidum et calidum compescit. A
¶ Dolorem aurium mitigat. Stericas causas medendo compescit. mixtus polente. vel vt cathaplasma adhibit⁹ tumores podagricos spargit B
¶ Semē ei⁹ oīa silr facere nouit maxime tussientibus subuenit et catharruꝫ soluit. reuma oculorum et dolorem compescit. obulo vno cum semine micomis et mulsa mixtus et bibitus fluxui matricis et sanguinem reijcientibus opitulatur. C
¶ Semen eius solum podagricis auxiliū ē vino mixtū et cathaplasmatibus adhibitum: tumorem testium et mammarum soluit. D
¶ Multis aliis cathaplasmatibus necessario miscetur. folia eius maxime cum polenta mixta et in cathaplasmatibus adhibita dolorem tollunt. cū vino bibita ter aut quater febres empialas prohibet. E
¶ Cocta sicut olus et comesta statim maniā faciunt. Radix eius cocta in aceto dolorem dentium ori retenta mitigat F

Caput.ccxxix.

Iuniperus. Isidorus. Iuniperus grece dicta est. siue quia ab amplo in angustum finit. siue eo q̄ conceptum ignem diu teneat. ita si prune ex eius cinere cooperte fuerint vsq̄ ad annum perueniant. Piro enim grece. id est ignis latine. Iuniperus autem alia parua est. alia magna. Plinius libro. xij. Piperis granum: cuius arbor in Italia nascitur. Iuniperi baccis mire vim trahentibus adulteratur. Serapi. libro aggre. capitu. halbilhalach. id ē iuniperus ē vna ex speciebꝫ cipressi masculi: Et omnes sunt quatuor species. et sunt iuniperus ⁊ habel. id est sauina ⁊ zerbi et gara. i. iunipe

rus arbor: alia ē parua/alia magna: sed vtreq; acrioris sunt virtutis arcq; mictualis ⁊ insensibilis. ¶ Auer. quinto colliget cap̄. de iunipero. Juniperus quero catur abel ca. est ⁊ sic. in. iij. gra. ¶ Paulus cap̄. de vernice Gummi ipsius arboris est vernix. ¶ Item Dyas. Prunis imposito fumigio: serpentes fugāt fructus eius iocundus est ⁊ odoris summi si in ore detinetur. ⁊ eustomachus est. ⁊ coraci vtilis est. tussim sedat. ¶ Ventrem et inflationes sedat. torrionibus quoq; bibita subuenit. Contra venena prestat auxilium. diureticum est illi adiutorium. Spasmatibus et reumatibus prodest. ¶ Offocationes stericas tollit. Appellatur autē a grecis archiotides. succus eius medetur vipere vexatis ¶ Succus eius extractus arcq; cum aqua illinitus lepram despuit. Limatio aurem ligni eius potui data interficit. Lachryma eius potui data: tussim ventrem arcq; peroridas sanat. ¶ Auer. abel prouocat vrinam et menstrua plus omni alia re donec facit mingere sanguinem. Et facit abortum et extrahit fetum mortuum. Pro ista specie lege Sauinam infra de S.

rus q̄ nominatur arconas. Est ex ea alia magna: alia parua ⁊ habet fructū quēdā: cuius fructus ē magnus sicut Nabach. ⁊ in litera babel dicit sicut zaror. ⁊ quedā cuius fructus est paruus sicut faba: nisi q; ipse est rotūdus totus. Bal. vj. sim. far. cap̄. de iunipero. Virtus arboris huius ē ca. ⁊ sic. in. iij. gradu. sed caliditas ipius fructus est fm hoc. sed siccitas eius est in principio tertij. Et idē Sera. Sauina ē illa q̄ dicit brachos siue brachcos ⁊ nō habet fructū. ⁊ nos de illa dicemus in cap̄. Sauina. infra de s. Sed zerbin est illa que dicitur padras. ⁊ habet fructū similem fructui cipressi nisi q; est minor eo satis. Et est ex zerbin parua spinosa. ⁊ fructū similem fructui iuniperi: cuius magnitudo est sicut granū mirti. sed est rotundum. et virtus zerbin est calida et sicca in. iij. gradu. Sed gara est species parua respectu zerbin. Memoria eius veniet in cap̄. laurus de L.

Operationes

A ¶ Archeutos siue Arconos. Juniperus magna ⁊ parua. Ambe calefaciūt ⁊ subtiliāt. et prouocant vrinā. Et q̄n fit fumigatio cū eis expellit venenosa reptilia. Et hz fructus: cuius quidā reperit in magnitudine auellane: et q̄dam in magnitudine fabe. nisi quia est rotūdus: et hz odorē bonum: ⁊ est dulcis hns in se
B aliquantulū amaritudinis. ¶ Dyas. cap̄. de iunipero fm translationē grecam. Junipe-

Caput. cccxx.

Iuube. Auicē. li. ij. Juiube meliores sunt maiores earū frigide sunt in pmo

equales in siccitate et humiditate. et sunt declinantes parum ad humiditatem. et nutrimentum earum et digestio sunt difficilia. et verumquidem in eis bonus est ille quem dixit Galienus. Non reperi tuinbas in cōservanda sanitate et removenda egritudine aliquid operantes. sed reperi eas difficilis digestionis et pauci nutrimenti.

Operationes

A ¶ Auicenna. Cōfert acuitari sanguinis caliditatem et extimo q illud est propteres q ingrossant sanguinem et viscosum faciunt ipsum.

B ¶ Et illorum extimatio qui putant q ipse clarificent sanguinem et lauent eum. est extimatio corrupta ad quam ego non declino.

C ¶ Idē. Conferunt pectori t pulmoni. Sūt mali stomacho. difficilis digestionis. extimant quidam q conferunt dolori renum et vesice.

Caput. cxxxj.

Juncus. Sera. lib. ag. cap. Dio. auto. Dyal. Dio. i. iuncus. Juncus est herba cuius due sunt species. Una ipsarum habet acutas summitates: et ista etiam species similiter dividitur in duas. quia ex ea est que non habz fructum. Alia est que habet fructum nigrum et rotundum. et canna huius speciei est grossior ꝯ canna alterius. et est tertia species que habet cannam grossiorem adhuc et magis cannosam ꝯ supradicte due species. et huius speciei fructus qui est in summitatibus eius est similis fructui iunci supradictarum specierum.

Operationes.

A ¶ Idem auto. Galieni. Huius herbe sunt due species. vna earum est subtilior et durior. et alia grossior et melior.

B ¶ Fructꝰ huius secunde speciei facit dormire. sed species prima est similiter duarum specierum. Una que non facit fructum et non est in ea iuuamentum aliquod in medicina. t alia facit fructū et facit somnum: nisi quia est debilior ꝯ prima. et ista species facit sodam.

C ¶ Et substantia istarum duarum specierum est composita ex terrea pauca frigida pauce frigiditatis et substantia aquosa ca. pauce caliditatis. t desiccat et infrigidat et est narcotica.

D ¶ Et due sunt species quando assantur in igne. et sumantur in potu stringūt ventrez et abscindunt suffusitatē menstruorum. et desiccant quod descendit ex humoribus ad partes inferiores.

Caput. cxxxij

Judaica. Dyascoꝛid. capitulo hierob. id est Judaica. Est herba porrecta virgultis vltra cubitum. geniculosis cuz folijs per internalla distantibus tanꝯ quercus incisis t subalbidis. Vires habet acres et mictuales.

Operationes

A ¶ Dyascorides. Facit ad capitis et epatis dolorem. Et ad serpentis morsum et arancarum et rabidi canis. Calculos expellit.

B ¶ Ydropicos sanat: vulnera recentia superposita curat. facit ad eos qui induratas venas habent.

C ¶ Et cibum ejiciunt propter parotidas strumas collo ligatur.

D ¶ Jctericos sanat. ʒ.j. ex succo foliorꝝ et nardi. ʒ.iij. et paululum myrrhe ex aqua sciatis. iij. potui data. radicem huius qui secum habuerit a serpente tutus erit.

Caput. ccxxxij.

Jacensaria. Dyascorides. Jncensoria herba est facta sicut arnoglossa, sed aspera et super terram spansa. cuius odor est sicut odor turis habens in costis aliqualem pilositatem: et albedinem sicut enula. Et folia habent formam aliqualiter cordis nascentia.

Operationes

A ¶ Dyascorides. Desiccat humiditatem pectoris: et confortat neruos

B ¶ Et valet ad coxigam.

Caput. ccxxxiij

Jadicus. Sera. li. aggre. cap. Nilech auto. Dyas. Est de ipso domesticus et siluestris. Et domesticus est ille quo tinctores vtuntur. Cuius folii est simile folio plantaginis: nisi quia est magis viscosum et fortioris nigredinis. et habet stipitē longitudinis brachij vnius. Sed agrestis assimilatur domestico, nisi qꝝ folium eius est magis simile folio lactuce: et habet ramulos lōgos plures graciles cū multis ramusculis: quoꝝ color tendit ad rubedinez. et in summitatibꝰ ramoꝝ sunt vaginole multe similes linguis Et est in eis semen. et habet florem paruum subtilem. Et idem auto. Galie. Domesticus est ille quo vtuntur tinctores, sapor eius est amarus/stipticus/et virtus eius est que desiccat fortiter sine acumine. ¶ Et idem auto. Aloesme. Est arbustum puluerulentum crescitur qꝫ cum stipite suo longitudine vnius brachij. et habet germina ramorum. Jn summitate sua est flos. sicut flos coriandri: et sicatur et teritur: et ponitur cum alcanna. Dicunt quidam qꝫ achlem. id est indicus est arbor: niler charis: et nesme sunt idem. Et idem auto. Jsaac benaram alcat et nesme sunt idē Et est balbac. et est planta habens folium longum plus qꝫ folium salicis. Et assimilatur folio fasculi coloris quasi aurei: sed maius est. et est calidum et siccum et stipticum.

Operationes

A ¶ Sera. auto. Gal. Uirtus indici incarnat et resoluit ⁊ cōglutinat vlcera q̄ sunt in corporibus duris. etiam si fuerint in capitibus masculorum. et abscindit fluxum sanguinis et dissoluit et minuit apata mollia. et cōfert
B vlceribo putridis ⁊ corrosiuis. ¶ Idē auto. Dyas. Emplastrū cū foliis eius confert apostematibus et vlceribus. Nā in principio ipsorum conglutinat ea sua caliditate ⁊ abscin
E dit fluxum sanguinis. ¶ Et curat formicam et herisipilam. Et agrestis fortioris est virtutis. et confert spleneticis quando bibitur. ⁊ fit emplastr̄ cū eo. et iuuat plus q̄ primus

Caput. ccxxxv.

Isopus. Plate. Isopus est calidus ⁊ siccus in. iij. gradu. Uirtutē habz ꝑm folia ⁊ flores: nō ꝑn radicē. In estate cū flores producit colligit: in vmbroso et nō fumoso loco suspendit et desiccatur: in medicinis abiectis stipitibo flores ⁊ folia ponuntur: per annū seruant. virtutem habet diureticam dissoluendi/ attrahendi/ consumendi.

Operationes

A ¶ Isi. Isopus est herba purgandis pulmonibus apta. Uñ in veteri testamēto aspergebātur cum fasciculis ysopi q̄ agni sanguine volebāt mūdari. Nascit in petris herens sa
B xo radicibus. ¶ Isopus est herba humilis calefacit ⁊ flegma deducit. eius radicibo nihil forti⁹ ⁊ penetrabilius inter saxa. ¶ Platearius. Contra tussim frigidam valet vinū decoctionis eius ⁊ ficuū siccar̄. ad idē valet electuariū q̄d fit ex ea scz ex isopo. ¶ Auicē. Isopus alia est montana. alia ortiua calida et sicca in tertio. et est subtilis sicut origanū. Potus eius calorem bonū facit. et eius gummera vestigia in facie abstergit. Cum vino bibita resoluit apostemata dura. ¶ Confert pectori et pulmoni patientibus dissurriam et tussi antique. Soluendo autem educit flegma ⁊ ascarides ⁊ vermes. ¶ Valet etiā spleni et ydropisi. decoctio eius cum aceto ⁊ oximelle sedat dolorem dentis. Et vapor decoctionis cum ficis confert sonitui auris. Et ipsa etiam cocta fit emplastruz: tarfati ⁊ sanguini mortuo sub palpebra. ¶ Cōstantinus. Isopus cali. est ⁊ sic. in. iij. gradu. Succus eius cū ficubus coctus: et melle et ruta bibitus apostemata pulmonis anhelitus et duricies tussim et catarrum ad gulam de capite descendentem curat. lumbricos occidit. Apozima cum melle grossos humores dissoluit. ¶ Idem. Si cum ficubus siccis vtatur: ⁊ ventrem humectat et cutem clarificat Cum aceto coct⁹ si os tm̄ abluatur ex ea: dolorem dentium amputat. auribus inde fumigatis dolorem et sonitum placat. ¶ Rasis. Isopus vt origanum valet. Pectus et pulmonem purgat. Asmati quoq̄ et tussi antique confert. Flegma ⁊ vermes e corpore educit. ¶ Plinius li. xxvj. Isopi quinq̄ rami cum duobus rute ac vicis tribus decocte toracem purgat. ¶ Iterum. Isopi fasciculus cum quadrāte mellis ad tussim decoquitur.

Caput.ccxxxvj.

Isopū humidum. Dyas.cap̄.de.ysopo humido ꝑm trāslationē nostrā. ysopi cerotū est quasi sordes.et succus lanarum succidaꝝ que hoc modo colligit. Lane succide ⁊ sordidissime mox detunsi mittunt. in vas aquam calidam habens: et sic accendit ignis vt aliquid ferueat:deinde refrigeratur.⁊ qđ supernatauerit in modū pinguedinis abradit manu:et vas stanneum abstergitur.⁊ sic ip̄m vas replet pluuiali aqua et coopertū tenui lintheo ad solem bidno ponitur.⁊ sic tertio die aqua delimpidat ⁊ reponitur. Adulterat cū pinguedine ⁊ cera.sꝫ intelligit ꝙ sinceꝝ odorē lano succidi seruat. Sera.li.aggre.cap̄.Cenfaraffab.Et est pinguedo q̄ est in lana.que fit in hūc modū. Accipe lanā succidā vl mollē: ⁊ lana eā cū aqua calida:et in sole calido.⁊ exprime totū quod in ea est ex sorde.et pone sordiciē illā in vase habēte orificiū latū: et proijce super eā aq̄m infundēs ab alto cū impetu vt spumā faciat Deinde agita agitatione fortiut multam faciat spumam super quam absterge aquam marinam cum impetu donec spuma sedetur omnino:et tunc tolle pinguedinem supernatantem:et pone in vase terreo. deinde proijce in vase iteꝝ aquā aliam ⁊ agita sicut fecisti primo.⁊ proijce sup̄ spumā eius aquā marinā:⁊ demitte sedari spumā ⁊ collige eam. Et facias hoc quotiens spumam videris.deinde accipe pinguedinem quam aggregasti et malaxa eam cum manibus.Et si aliquam in eis inuenies sordem:extrahe ip̄am aquaꝫ agitando. Et facias hoc totiens donec videas ipsam albam et purā pinguedinem sine admixtione alicuius rei.⁊ cum hoc feceris pone in vase terreo et serua.

Operationes

A ¶Sera. Melior ex ysopo humido est illud quod est molle quando tangitur sine asperitate habens odorem lane succidi. Et quando dissoluit non apparet ibi aliqua grossicies sicut in adulterata. Et virtus huius ē calefactiua/mollificatiua vlceꝝ induratorum. et proprie vlceꝝ matricis quando miscetur.
B cum melle et butiro.¶Et quando fit suppositorium cum eo prouocat mēstrua et expellit fetum et secundinam. Et quando miscetur cum sepo anatis cōfert vlceribus ani et vlceribus virge et testiculorum et existentibus
C circa loca illa. ¶Et confert pruritui lacrimaliū oculi ⁊ grossiciei palpebrarum. Et ponitur in vase nouo supra leuem ignem:⁊ dimittitur donec veniatur pinguedo eius: et fiat cinis.et est conueniens cinis in collirijs et medicinis oculoꝝ. ¶Et cōfert morsibꝰ ve D
nenosis et fluxui vētris antiquo et vlceribꝰ intestinoꝝ.¶Et abscindit fluxū menstruoꝝ: E
⁊ dissoluit sanguinē congelatū in stomacho et quādo sumit in potu mūdificat vlcera pectoris et pulmonis.¶Et quādo miscet cum F
butiro ⁊ fit nascale cū eo post mūdificationē matricis:et ꝓhibet impregnationē.¶Et qñ B
datur in potu mulieribus post partum facit eas adhibere ad impregnationem.

Caput.ccxxxvij

Karabe. Platearius. Karabe est gūmi arboris vt gemma vnde annuli fiūt. Unde electruꝫ succinū karabe subeodē ponunt. qꝛ electrū est karabe.et succinum est karabe. Unde habem⁹ in Alex. cap̄.đ dissinteria trociscꝫ dyalectrum. Itē Serui⁹ super bucolicon Virgilij in egloga pastoris dicit.ꝙ electrum est post succinum. ¶Item cassius felix in tractatu de trociscis dicit. Trociscos de succino ⁊ est electrum:et describit trociscos de Karabe. Est autem karabe gummi arboris dicte a Dyasagiros.⁊ est species populi

arboris: vt patēt in illo capitulo agiros: verum aliud facit capitulū de populo diuerse speciei ab illo. Auicen. lib. ij. de eo duo facit capitula. Unum de hauro: cui consonat capitulū de populo arbore. Aliud de hauro romano cui consonat capitulum de agiros: qd etiā exponit Dyascorides q̄ est populus arbor. Auicenna dicit q̄ est achirosa: volēs dicere agiros: sed in arabico est achiros: cuius gummi vt dicit Auicēna/est karabe. Et Dyascorides dicit q̄ ex hac arbore succinum nascitur secundum quosdā: ⁊ in rhodanū distillat: et ipsum est electrum: vt ostensum est sup̄. Due ergo videntur esse species huius arboris. Una calide complexionis. Alia frigide: sicut per vtrunq̄ textum colligitur. ¶ Auicen. lib. de viribus cordis karabe. calida est in .j. sicca in .ij. aliqui volunt q̄ sit frigida. Paulus de karabe. Karabe est gummi arboris hauri romani: ⁊ calefacit caliditate tēperata cū pauca frigiditate. Bulcasim ebē abanazarin: libro qui dicitur seruitor karabe sic assatur ⁊ comburitur. Oportet q̄ frangas karabe in fracturis paruis ⁊ assa vna vice vel duabus ⁊ serua. Sed combustio eius est in hunc modū: Accipe ollam victilez/⁊ pone karabe intus et claude os eius cum luto/et pone ī igne vna nocte: deinde extrahe: ⁊ vtere/⁊ tere.

Operationes

A ¶ Auicenna. Habet proprietatem confortādi cor et letificandi ⁊ repellendi cardiacam: et fortificandi spiritus.

B ¶ Serapi. Karabe sumitur in potu et prohibet cursum humiditatum ad stomachū: et abstringit ventrem ⁊ stomachum ⁊ cōfortat eum: ⁊ abscindit fluxum sanguinis. Et quando cortex huius arboris inciditur minutim et seminatur in letamine: oriuntur ibi toto anno fungi ad comedendum.

C ¶ Paulus. karabe est gummi arboris hauri romani: quod quando bibitur/retinet fluxū vētris et stomachi: ⁊ sanguinem vndecunq̄ fluentem. Et putant quidem q̄ sit sandaraca: ⁊ dicunt q̄ karabe sodoma est huius gūmi: et est gummi funeris q̄ latini ponebant ipsum super corpora defunctorum.

D ¶ Et idem auto. Albugerig. Caliditas eius est temperata cum pauca frigiditate: ⁊ habz proprietatem retinendi sanguinez ⁊ proprie in tenasmone. Et confert cardiace et stringit ventrem.

E ¶ Et idem auto. Begde. Karabe calida est ⁊ retinet sanguinem vndecunq̄ fluentem.

F ¶ Et idem autori. Alcanzi. Suspenditur super apostemata ⁊ cōfert: ⁊ est frigida. Et cōfert cardiace ⁊ sputo sanguinis: ⁊ fluxui eiꝰ a naribus.

¶ Alias virtutes inuenies in tractatu de Lapidibus preciosis: in ca. gagates. B

Caput. ccxxxviij.

Kalendula. Plinius capitulo kalendula est herba cuius stipites plurimos habēt ramos. Folia eius sunt similia folijs conizi maioris: sed angustiora et pinguiora cum aliquali viscositate ⁊ odore graui: vel vt coniza. Flos eius autosus similis est aurigali vel butalmos: semina eius q̄ plurima ordinatim posita in capitulo quodam habentia formā corniculorum: ⁊ ipsa semina sunt pilosa aliqualiter. Est calide ⁊ sicce cōplexionis.

Operationes

¶ Virtutem habet stringendi/confortandi/et desiccandi. A

¶ Contra dolorē dentiū/puluis eiꝰ si inuoluatur in bombice et dentibus applicetur/statim dolor cessat: similiter naribus inrromissa/vermem qui est in dente occidit. B

¶ Contra rosulas pedum valet fomētum ex ea factum. C

Caput. ccxxxix.

Kubebe. Pli. ca. de Kubebe. Et eis sunt domestice ⁊ siluestres. Sūt em̄ fructus cuiusdam arboris in partibus Indie nascentes. Et sunt trium generꝝ. Sunt enim syluestres que sunt minores: et sunt saporis acuti sicut piper: et sunt graues intus plene breuis stipitis. Sunt etiā aliis superioribꝰ siluestres maiores ponderose/ similiter et plene amari saporis superioribꝰ meliores. Sunt alie que sunt domestice omnibus predictis laudabiliores. Interius inanes leuis ponderis /longi stipitis: modice amaritudinis. In summitate habētes planiciem aliquam: ⁊ vbi cōiungitur stipiti concauitas est quedam cum masticatur fumositas quedam euaporabilis ad cerebrum ascēdit. Cum simpliciter ponitur/ista intelligit. Uirtus est in foliis ⁊ in semine eius calide ⁊ sicce temperate. ¶ Serapion lib. aggrega. capi. kubebe. Kubebe est planta/habens folia mirte domestice: nisi quia sūt latiora eis: et sūmitates eorum sunt acute: sicut summitates lancee. Et habet fructum rotundū aliquantulum depressum ⁊ latum. Inter folia eius repertum: quod qñ maturatur/ vergit ad rubedinem inter ipsum ⁊ granum triangulū. Et habet ramulos similes ramis plante dicte lauros: egredientes ab vna radice/ sicut agrestis: difficile frangibilis/lōgus circiter brachium vnū/plenus foliis: ⁊ fructus eius ponticus declinans ad amaritudinem et color eius declinat ad rubedinem. Et idē postq̄ congregaui inter sermonem Dyascoridis ⁊ Galieni super omnē herbam inueni. q̄ Galienus non memorauit mirtū agrestē. Et Dyascorides non memorauit Kubebas. Et vidi q̄ descriptio Galieni sup̄ Kubebas est descriptio Dyascoridis super mirtum agrestem.

Operationes

¶ Serapion. Semen eius bibitum/vrinas prouocat/mēstruis imperat/calculos vesice frangit. A

¶ Ictericis ⁊ cephilargicis medicatur. Radix eius cum viridis est a multis pro sparago comeditur: que amara est et diuretica. B

¶ Et idem autoritate Galieni. Est medicina similis fu. in sapore suo ⁊ ꝑtute: nisi q̄a est subtilior: multum ideo fit aperitiua operationum que sunt in corpore toto. C

¶ Et prouocat vrinam: et mundificat renes a lapide qui generat in eis. Et est bona gutturi: et stringit ventrem. D

¶ Paulus capitulo de kubeba. Kubeba valet contra frigidum reuma: et confortat cerebrum: ⁊ curat apoplexiam. E



Capitt. ccxl.

Lactuca. Isido. Lactuca dicit eo q abundantam lactis exuberet: seu q lacte nutriētes feminas implet. Hec ꝛ in viris venerꝫ vsuꝫ coercet. ¶ Platearius. Lactuca cibariorum vsui cōpetit semē eiꝰ medicine: qd frigidius est. Ipsa herba iudicantur autem ab autoribus omniuꝫ herbarum temperatissima. ¶ Palladius libro secundo. Mense Januario lactuca serēda est/vel Decembri: vt planta eius Februario transferatur. Itez Februario seritur/vt possit Aprili mense transferre. Sed certum est eam toto anno bene seri: si locus sit letus/stercoratus/irriguus: anteq̄ pāgat radices eius resecemus equaliter: et liquido fimo linamus. Vel que iam pacte sunt nudate letamen accipiant. Amant solū subactum/pingue/humidū stercoratum. ¶ Auicenna in ca. Lactuca. Et sunt eius tres species. Una est que vocatur lactuca agrestis: quam greci sarallam vocant. Cuius tyrsus in modū secūdi ē. Et ē species scariole sicut apparet ibidē Alia species dicitur lactuca azini quā si vis scire/lege ca. xxxij. Ancusa sup̄ de A. Et alia species dicitur Lactuca domestica que omnibus est nota: de qua hic loquimur. Galie. vj. sim. far. capi. de lactuca. scdm translationem grecam. Lactuce domestice virtus est: que infrigidat ꝛ humectat sicut aqua nō extranee/sed sicut aqua stagnoꝝ vel lacunaꝝ: vl' fontarum. Et ipsa est que generat sanguinem bonum. Lactuca agrestis est similis domestice: nisi quia stipitem habet maiorem: et folia eius sunt albiora folijs eius ꝛ subtiliora ꝛ asperiora. Et sapor eius est amarus: et est in virtute sua similis papaueri nigro.

Operationes

A ¶ Sera. lib. aggre. capi. Hakas. i. lactuca. Virtus lactuce domestice ē q cōuenit apostematibꝰ calidis ꝛ herisipile. Et semen eius quando bibitur/abscindit distillationem humiditatis spermatis. Et conuenit pollutioni que fit in somnis.

B ¶ Et idem auto. Gal. in lib. de cibis. Lactuca generat sanguinem bonū in fine bonitatis. Et ego quidem comedebā lactucas: qn̄ eram iuuenis: quia in stomacho meo generabatur colera: ꝛ sic in frigidabā ipsum: ꝛ nuc etiam postq̄ senui/comedo eas elixas. Ideo quia non reperio aliquam herbam cum qua possum curare vigilias/sicut cum ipsa. Humor vero qui generat ex ea/est frigidus ꝛ humidus. Et neq̄ ex ea accidit nocumentū sicut ex alijs oleribus: et non stringit ventrez nec laxat: quia non habet stipticitatem: nec salsedinem neq̄ acuitatem.

¶ Idē auto. Dyas. Lactuca domestica/est bona stomacho. et infrigidat ventrē/et facit dormire ꝛ prouocat lac. Et qn̄ ipsa decoquit est magis iuuatiua: et qn̄ comedit sic euellit sine ablutione. conuenit illis qui conqueruntur de stomacho suo. C

¶ Et assiduus vius cōmestionis eaꝝ obtenebrat vsum. Et qn̄ fit emplastꝝ cū ea/cōuenit apostematibꝰ calidis/ꝛ herisipile: dum modo nō sit vehementis inflāmationis. D

¶ Sed semen eius bibitur valet contra fluxum ventris: et extinguit libidinē ꝛ pollutionē seminis in somnis. Sed qn̄ lactuca emiserit stipitē suū tunc efficitur virtus succi et lactis ipsius similis virtute lactuce agrestis et papaueris nigri. E

¶ Et idē auto. Ruffi. Lactuca quidē curat egritudines que fiunt ab ebrietate qn̄ sumit sed ipsa nocet intestinis ꝛ lenit ventrē et abscindit libidinē et facit dormire. F

¶ Item qn̄ coquit cū oleo zizaminoꝝ comedit expellit ictericiā ꝛ est medicina bona opilationibꝰ nariū ꝛ corize qn̄ comedit in ieiunio cocta cū oleo: sinapiū ꝛ lactuce domestice cū emittit stipitē abstergit vulnera que fiunt in tunica cornea. Lac vero lactuce agrestis positū in frōte inducit somnū. G

¶ Et qn̄ fit collirium cū eo lace iuuencule cōuenit vlceri cornee: ꝛ placat dolorē capitis: et prouocat menstrua: et curat morsum rutele et scorpionis. H

¶ Gal. Calidis flegmonibꝰ congruit: necnō paruis herisipilationibꝰ: non tn̄ potens est maioribꝰ sufficere. Est autē ex cibis sedantibus sitim. Semen vero bibitū contra gomream. i. effusionez spermatis cohibei. Unde ꝛ somniantibꝰ datur/sicut etiam semen agrestis lactuci liquorē citius colligit caliginez: necnon insuper vstionibus apta est subiuncta cum lacte femineo. I

¶ Et idē. ij. lib. de cibis: ca. de Lactuca sm translationē grecam. Nosce aūt oportet ex omnibus oleribꝰ paucissimum et chachocimum sanguinem generantibꝰ ex lactuca nō multum quidē neq̄ cacocemum: non tn̄ euchimum perfecte sanguinem generari: comedunt aūt ipsam vt admultū quidem crudam quando aūt extiterit circa productionē seminis estatis tempore preelixatā in aqua dulci offerunt cum oleo ꝛ garo ꝛ aceto: aut cum aliquo salsamentorum. Et maxime quecūq̄ eorum que cum casco preparantur. K

L ¶ Utuntur autem ipsa et anteq̃ in stipitem impetuauerit per aquam elixantes: sicut et ego nunc incepi: ex quo dentes habeo prauos: sciens em̃ aliquis amicorum in consuetudine quidem mihi ex multo tempore olus hoc laborosam autem nunc habens masticationem induxit decoctionem.

M ¶ Utebar autem lactucis in iuuentute quidem calefaciente mihi continue superiori vẽtre infrigidationis gratia.

N ¶ Aui. lib. ij. cap̃. de lactuca. Ex ea est domestica ⁊ siluestris. Et illa que est siluestris/est similis in virtute papaueris nigri.

O ¶ Et idez autoritate Galieni. Non est in frigiditate eius que domestica vel ortulana est applicatio ad vltimum.

Caput. ccxlj.

Lacca. Platearius. Lacca est gummi arboris: quod defertur a partibus vltra marinis/quo tinguntur panni colore rubeo. Habet virtutem extenuatoriã Et est calide et sicce complexionis in. iij. gradu. Serapion libro aggregatoris capitulo Aec: autoritate Dyascoridis. Aec est gumma arboris que nascitur in terris arabum: et est in ea simile myrrhe ⁊ storaci. Et habet virtutem extenuandi. Et idem autoritate Galieni. Lacca est gummi arboris que nascitur in Arabia que similis est myrrhe: habens odorem bonum/ ⁊ administratur in fumigijs: ⁊ tinguntur ex ea panni rubei coloris: ⁊ dicitur tinctura illa Karmes: ⁊ defertur similiter de Armenia: ⁊ est calide ⁊ sicce complexionis in. iij. gradu. Et idem autoritate Galieni in translatiõe albatarich: Lacca est gumma arboris que nascitur in Arabia: que est similis myrrhe: habens odorem bonum. Et idez autoritate Rasis: Lacca cadit ex celo super ramos arboris gubera: idẽ mespili in partibus Siref: in insulis maris et est calide et sicce complexionis. ¶ Aui. lib. ij. cap̃ de lacca: Lacca dixerunt quidam de quibus est dictum Paulus: est gũma herbe similis myrrhe boni odoris: et oportet q̃ administretur cum cautela. Alij vero errauerunt q̃ est Karabe. Verum lacca in plerisq̃ est virtutis karabe: et est extenuatiua virtute vehementi.

Operationes

¶ Dyascorides. Lacca confert asmati: si puluis eius cum ouo sumatur ieiuno stomacho ⁊ confert spleneticis/in syrupo si ponatur: ⁊ prouocat menstrua/et confortat visum s̃m omnem modum administrationis eius: ⁊ cõfortat stomachum: et aperit opilationem stomachi ⁊ epatis: et curat ictericiam ex opilatione. A

¶ Serapion. Lacca habet virtutem extenuandi pingues: ⁊ bibunt de ea splenetici ⁊ asmatici et confert. Et quando bibitur cum mellicrato/prouocat menstrua: ⁊ abstergit maculas que fiunt in oculis abstersione veloci. B

¶ Et curat debilitatem visus/quando miscetur cum vino/et fit inde collirium: ⁊ est bona dolori dentium: ⁊ aperit opilationes: et fortificat viscera. Et tinguntur inde panni coloris rubei C

¶ Et aperit opilationem stomachi/et confortat eum: et confert ictericie. Et modus ablutionis eius est q̃ accipitur gummi eius et teritur: et proijcitur super ea aqua calida in qua bulierint aristologia et squinantum et mouetur cum pistello: et dimittitur residere: et eijcitur aqua: deinde desiccatur in vmbra: et reponitur in vase vitreo: et si non clarificatur prima vice facias secundo. D

¶ Auicenna. Lacca confert tremori cordis et confert epati: et confortat stomachum: et confert ictericie ⁊ ydropisi et doloribus epatis. E

Caput.ccxlij.

Larix. Isi. Larix a castello liricino dicta est: ex qua tabule tegulis affixe/ flāmam repellunt: nec ex se carbones exuste efficiunt. Pli. lib. xvj. Larix est arbor ex siluestri genere cui folia nō decidūt: sicut nec abieti: nulloq; flore exhilarat: ptinus em̄ e flore fruct⁹ gignit. Montes amat sicut et cedrus: ⁊ est quintū genus eaꝝ que picē ferunt: cui situs idē ⁊ facies/ vt abieti. Huius materia longe prestātior incorrupta: vis humore cōtumax rubeus: preterea ⁊ odore acrior. Huic quoq; plusculū erūpit liquoris mellio colore atq; lentiore nunq̄ durescentis. Sextū vero genus est teda: laricisq; morbo est vt teda fiat. Omnia vero huius genera que picē ferunt accensa fuligine in modica repēte carbonē cū eruptionis crepitu expuunt: eiaculanturq; longe: excepta larice/ que nec ardet/ nec facit carbones: nec alio modo ignis vi consumit q̄ lapides. Omnia quoq; illa perpetuo virent: Larice sunt omniū arborum altissime atq; rectissime.

Operationes

A ¶ Pli. in lib. vt sup. Gignit et larix cauchrin sicut et abies: videlicet pillulā in medicina vim vrendi habentē quo cōtinet nucleum pi-
B neis similem.

¶ Idē in li. xvij. Serunt aūt semine nec vnq̄ degenerāt larix ac cypressus ac palme.

¶ Palla. li. xij. Larix ad materiā est vtilissima ex q̄ tabulas suffigas tegulis in frōte ⁊ extremitate tectorum: contulisti presidiū cōtra incendia. Nec em̄ flammas recipiunt: aut carbones creare possunt. C

Caput. ccxliij.

Lappaciū maius. Dyas. ca. de lappacio: ponit quattuor eius genera dicens: Lappacij quatuor sunt genera vel species: Unū quod manducat: et est illud quod vocat insipidū. Alterū quod dicit oxilappaciū: ⁊ acetosum lappaciū. Et illa ē herba que vocat acetosa que in locis humidis nascit: et in summitate eius sunt folia acuta et dura: verū melius est quod in ortis nascit. Est aliud genus lappacij quod est agreste: et bonū minus: simile plantagini super terram sparsum et indebile. Est aliud genus quod multi zadam dicunt. Folia similia lappacio agresti habēs: et virgā minorem/ semen ei est acutū ⁊ rufum/ siue subnigrū/ et triangulatū et viscidū: super virgā habēs semen. Gal. vi. sim. far. capi. de lappacio. Lappaciū dyaforetice moderate virtutis. Acutū vero lappaciū mixtū simul vero cū dyaforetica et repercussiua participat quadam qualitate. Semen vero eius habet quid stipiticum manifeste: et dissinterias ⁊ diarrias sanat: ⁊ maxime id quod est acutum lappaciū. Equinum

sutem lappacium in nemoribus quidem ge
neratur: vt plurimū autē est eiusdem quidē
cum predictis: debilioris vero virtutis.

Operationes

a ¶ Dyas. Virtus lappacij vna est que ventrē
mollit; crudū et tunsum ⁊ carbaplasmatibꝰ
adhibitū cum oleo rosarū/duricies spargit.

b ¶ Valet etiam contra scabiem empetiginē
et serpiginē: si accipiatur succus eius ⁊ oleū
nucis ⁊ pix liquida ⁊ simul buliant / et cole
tur: et colature addatur puluis tartari: ⁊ sul
phuris: et fiat vnguentum ad apostemata
maturandum. Lappacium acutum tritum
⁊ in oleo decoctum: et cum axungia super
ponatur.

c ¶ Contra splenis duriciem succus lappacij
acuti cū storace liquida et armoniaco ⁊ ace
to conficiatur et dimittatur tribꝰ diebꝰ: po
stea fiat decoctio et colatur: ⁊ colature adda
tur cera ⁊ oleum ⁊ fiat vnguentum.

d ¶ Aqua vel vinum decoctionis eius / soluit
opilationem splenis vel epatis. Cōtra scro
fulas nouellas fiat emplastrum ex lappacio
acuto ⁊ axungia simul contritis.

e ¶ Crispelle facte ex lappacio acuto / valent
almaticis ex frigida causa.

Caput. ccxliij

Lappacij minus siue rotundū. Plat.
Lappacij rotundū: dicit eo q̄ ad ro
tunditatē tendit: ⁊ minora supradi
cte. cali. ⁊ sic. in. iij. gradu. Paulus capitulo
de lappacio: ex ea est maior ⁊ minor. Ma
ior vocatur bardanus: ⁊ est masculus carēs
semine. Minor vocatur bardana/ ⁊ est femi
na faciens lappas et semina adherētia pā
nis: aliqui vocant eam lappam uniuersam.

Operationes

¶ Dyascoridis. Radix eius carbaplasmata a
leprosis medicatur. Eius elixatura fomen
to adhibita et in balneis fricata/ pruriginē
corporis tollit/ dolorem aurium mitigat.

¶ In vino cocta dolorem dentium garga- b
rismo compescit: ⁊ carbaplasmata scropbas
spargit. Et omnium virtus est vna cum pre
dicta.

Caput. ccxlv.

Lapago. Dyascor. capitulo approp
rine: id est lapago. Et est herba vir
gas multas habens longas et qua
dras et aspas: folia rara ⁊ in ordine posita:
semen est ei albū ⁊ rotundū ⁊ parū: in me
dio ptusatū/ sicut vmbilicus: florē hꝫ album.
Folia eius vestibꝰ transeuntium inherent.
Nascit circa muros ⁊ ortos. Hac herba pa

stores pliquatorio vtunt lac liq̃ntes. Gal. vj sim. far. ca. aporina. Aporina fili ãtropos vl filotropi dicit. Dicit etiam lapula minuta ⁊ purpurea: mediocrit[illegible] abstergit ⁊ desiccat: habet autem aliquid subtilium partiũ.

Operationes

A ¶ Dyas. Succus huius herbe virgaꝝ et seminis eius/morsum mitigat, spalãgionis: cũ vino bibitus/⁊ venenis occurrit. Hic succꝰ auribꝰ infusus eaꝝ dolorem mitigat: hec herba cũ axũgia mixta/scrophas spargit: folia
B aũt eius cõstringẽtis sunt ꝟtutis. ¶ Et propterea fluorẽ sanguinis cathaplasmatibus apposita medent: et rei coherẽti miscentur.

Caput. ccxlvj.

Laurus. Isi. Laurus a laude dicta ẽ: vnde ⁊ olim laudea dicebat. Hac em̃ cũ laude victoꝝ capita coronabant: eo ꝙ nunq̃ viriditatẽ deponat: sola quoq; arbor hec vulgo fulminari minime creditur ¶ Auicen. Laurus est arbor. cali. ⁊ sic. in. ij. cuius odor redolẽs. Orit in locis montuosis hñs folia sicut mirti: nisi ꝙ maiora sunt. et eius fructus est rubeus: virtusq; illius est in folijs et fructu ipsius. Grana eius sunt ad modũ auellane parue. In ipsa tota est calefactio. Sed grana eius calidiora sũt folijs. Cortex vero debilior est ⁊ minoris caliditatis. Plate. Laurus cali. est ⁊ sic. Cuius folia virtutẽ hñt confortandi fructus ex aromaticitate dissoluẽdi ⁊ cõsumendi. Folia ex sic cata in loco vmbroso ⁊ non fumoso per annũ in multa efficacia seruant fructus per duos annos. ¶ Pala. lib. iij. Mense februario ex baccis mirte ⁊ lauri seminaria sunt faciẽda: vel si facta fuerint excolenda. ¶ Sera. lib. aggrega. capitu. gara. auto. Diascori. Gara. i. laurus. Ex eo est habens stricta folia: et ex eo est habens latiora: et est masculus: et calefaciunt et desiccant calefactione ⁊ desiccatione forti. Et granũ eius est fortiꝰ. ¶ Dyasco. capi. de Lauro secundum translationẽ grecam. Laurus alia est latiorum foliorũ: alia tenuiorum: sed vtreq; fruentis virtutis sunt atq; recorporatiue: quorum elixatura calida est. Gal. vj. sim. far. capi. dasne arboris siue lauritam folia q̃ fructus siccant et calefaciunt vehementer: plus tamen fructus q̃ folia. Cortex vero radicis minus quidem acer ⁊ calidus: magis autẽ amarus: et quid stipticitatis habet. ¶ Iuuenalis. Laurus est arbor cuius folijs victores coronantur: vnde lauro propter victoriam ocronatus: dicitur laureatus: et corona qua propter virginitatẽ mulieres coronant: vocat laureola.

Operationes

¶ Dyas. Elixaturã eius si in scafio missa fuerit ⁊ desup sedeat/vesice ⁊ matricis dolorẽ cõpescit. Huius folia viridia stiptica q̃ tunsa ⁊ cathaplasmatibꝰ adhibita vesparꝝ ⁊ apũ pcussum prohibent: ⁊ oẽs tumores spargent. A
¶ Et si synapi aut polente misceant ⁊ viridia bibita/nauseã ꝓuocãt/stomachũ subuertũt. Huius bacca plus ca. est q̃ folia: B
¶ Et hꝫ virtutẽ fortiorẽ que tunsa ⁊ electuarij more mella collecta/tussientes ⁊ ptisicos ortonoicos ⁊ toracis reumatismuꝫ sanitati restituit: cũ vino bibita/ictibus scorpionuꝫ occurrit: maculas nigras detergit. C
¶ Succus eius surditatem aurium manere non sinit: et incongruos sonos cum vino et oleo rosarum adhibita cõpescit. D
¶ Acopis ⁊ vnctionibus calidis notabiliter miscetur: virtutibus etiam dyaforeticis necesse miscetur: Coriũ eiusdem arboris tritum ⁊ bibitum/calculos frangit: aborsuꝫ excludit epaticis obulis tribus cum vino bibitum/prestat effectum. E
¶ Succus vero radicis eius minus est acer et tamen est amarus ⁊ magis stipticus: propter ꝙ lapides vesice rumpit. Omnis aũt arbor vires habet acriter relaxantes ⁊ calefacientes ⁊ euaporantes. ¶ Galienus. Laurus lapides frangit: et epaticis confert: bibitus cum vino odorifero in pondere F G

H triũ obuloꝝ. ¶ Aui. Laurus cõfert doloribꝰ neruoꝝ omnibꝰ. Linitur super morfeã cũ vino. Resoluit etiã sodã ⁊ facit ad dolores au
I ris frigidos. ¶ Rasis. Jar. i. laurus. Apostemata matricis ⁊ puncture scorpionis: ac dolori neruorũ auxiliat: ꝙ totũ semen et oleum auxilianꝭ fastidium tñ et vomitũ faciunt.
K ¶ Cortex eius bibitus/frangit lapidem.



Caput. ccxlvij.

Laureola. Ubi sciendum ꝙ aliqui putant laureolã non esse mezereon: quorum scz error dinoscit in capi. coconidion superi⁹ de C. Dyas. capi. Dasnoides. i. laurela: habet virgas longas duobus cubitis: tenues rectas ⁊ lenes: et lauri folia similia: sed tenuiora ⁊ viridiora: semen in medijs folijs habens. Et idem scdm aliã translationem Dasnoides. i. laureola cubiti vnius hz longitudinem: et virgas multas ⁊ non fragiles/sed muscilaginosas. Folia sunt illi lauro similia sed molliora: id est flexibiliora ⁊ duriora/et nõ frangibiliora gustu calida exasperantia. Flores albos habet: semen vero nigrum cum maturum erit. Radix est illi inutilis. nascit in locis montuosis. Et illud quod de e a administratur est radix.

Operationes

¶ Dyasco. Dasnoides. i. laureola: folia eius sicca ⁊ viridia bibita/flegma ventris deponunt: vomitum prouocãt/mẽstruis impant. Apoflegmatismis masticata p̃stant auxiliũ. sternutamẽta prouocant: seminis eius grana. x. bibita ventrem molliunt. A

¶ Galienus. Camedapne. i. laureola: prouocat vrinam ⁊ menstrua. Et confert distillationi vrine ⁊ mingentibus sanguinem. B

¶ Cassius felix. capi. Camedapne. Et est diuretica valde. Folia eius cathaplasmatibꝰ adhibita/dolorem capitis tollunt/egestiones stomachi imposita compescunt. C

¶ Et tortiones anteriores cum vino bibita potissime que semina habent anterius: posteriores vero que sunt posterius medicant. Succus eius cum vino bibitus/menstruis imperat/prouocat vrinã/pessario adhibitus: hec omnia facit. D

¶ Victualis est virtutis cuz folijs suis sine floribus incendiose se laborantes quidã cathaplasmauerunt. Que vero dicit Mesue: Uide capitulum Cocognidion: sup̃ de C. E

Caput. ccxlviij.

Laudanũ. Dyas. Est cm̃ genus edere: quam multi antion vocant. Alij barbam yrcinam: quia pinguedo eius adheret garbis yrcorũ: frutex est similis cystereon: sz lõgiora folia habet hec ⁊ integra

Et nescio quã pinguedinem habet super folia. Virtus est illi stiptica in folijs: et ex ea colligitur laudanum. Huius eñ edere folia yrci capr̃arum libenter manducant quã cũ depascere ceperint pinguedo illa que super folijs erit barbis et humeris yrcorum adhereret. Et a diligentibus et ipsis collecta et in se redacta laudanum faciunt. Alij vero super ramos ipsius funes trahunt extẽdentes inter se. Et si quid et ipsa pinguedine funi adhesit colligunt. Et sic vtuntur tali disciplina et manibus fricata malaxant: et pastillos ex ipsa faciunt q̃ laudanum vocant. Est autem vtile q̃ odore pleno est et viride: et facile ad malaxandum: et pingue non habens arenam cõmixtam: et minime fragile/ et simile resine. Cuius virtus calida est et humida in fine primi gradus prope secundum. Substãtia eius est subtilis multum: et in sapore eius est stipticitas pauca. ¶ Serapion. Ladedẽt id est laudanum. Et colligitur ex vna specie scissos: et est arbustum quod assimulatur cistereon: nisi quia folia eius sunt longiora et nigriora: et habet humiditatem que adheret manui tangentis eã in vere: et est stiptica: et ex hac specie accipitur laudanuz quod disciplina superiori conficitur

Operationes

a ¶ Galienus. vñ simpli. farma. Ladanum siue scissus: id est laudanum. Est autem subtilium partium in substantia et calide virtutis fm primum accessum completer: vt est secundum: tanget propterea: virtus eius est que maturat: aggregat et fortificat et similiter dyafoxetice est vtuz et digestiue et vltra p̃dicta hz quandã stipticitatẽ breuẽ: ꝓpter qõ cõfert egritudinibo matricis et fortificat eã.

b ¶ Et facit oriri capillos qui cadunt: propterea quia destruit quod est in radicibus eox: et humiditatibus eorũ malis: et stringit sua stipticitate poros per quos egrediũtur pili. Fiunt eñ be passiones propter prauos humores viscosos et grossos quos incisiua et dyafoxetica farmaca maxime educunt et euacuant: subtilium vero partium oportet esse virtutis ea. et non multum stiptice. Non tamen intantum subtilium partiuz et siccatiuum: vt siccent et depascent cum humoribus preter naturam aceruatis ibi naturalem humiditatem que augent capillos: ita enim nõ alopicias sanabũt magis ꝙs calviciẽ operabunt

c ¶ Necnon et laudanũ incarnat vlcera difficilis consolidationis et miscetur in medicinis sedantibus tussim. Et qñ bibitur cum vino veteri stringit ventrẽ: et fit ex eo fumigiũ ad expellendum secundinam: et ponitur in nascalibus valentibus contra duriciem matricis.

d ¶ Paulus capitulo de Laudano. Est eligẽdum quod est ponderosum et nigrũ: et quod malaxari potest. Et valet etiam sic electum contra epilentiam si inungatur spina patientis. Et valet ad frigiditatem matricis et suffocationem si mulier ex eo recipit fumum et super inferiora. Valet etiam contra relaxationem dentium / si laudanum et mastix conficiantur: et circa gingiuas extra et intꝰ ponantur.

e ¶ Serapion autoritate Dyascoridis: capiendent id est laudanum. Virtus laudani est ca. mollificatiua: aperitiua orificiorum venarum/ quando miscetur cum vino et mirrha et cum oleo mirtino super cicatrices vlceꝝ/ meliorat eas.

f ¶ Et quando mittitur in aurem cum vino quod dicitur ydromel aut cum oleo rosarnz/ curat dolorem earum: et fit inde fumigium ad expellandum secundinam.

g ¶ Et ponitur in confectione nascalium vel collirioꝝ matricum: et confert duricie bus earum. et miscetur in medicinis sedanti bus dolorem: et in medicinis tussis et in vnguentis.

h ¶ Et quando bibitur cum vino veteri/ stringit ventrem et prouocat vrinam faciliter.

i ¶ Aui. Laudanũ est subtile: et est in eo pauca stipticitas: et est maturatiuũ humiditatũ grossaruz viscosaꝝ quas cũ equalitate resoluit in quo est virtus attractiua: et est calefactiuũ/ aperitiuũ orificiorũ venaꝝ: et ingreditur in sedatione doloris: et facit nasci pilos: inspissat eos et prolongat eos et conseruat ꝓprie cum oleo mirtino et cum vino: et nõ facit hoc nisi quia ipsum est subtile/ et profundat: et est resolutiuum et mundificat corruptionẽ eo: rodentem carnem.

k ¶ Et est attractiuum et attrahit materiam bonam ad pilos: veruntñ non videt conferre calvicici cũ incipit: et casui pilox: cũ appareat cutis et fluxui capillox: et non peruenit ad hoc vt sanet alopiciã: quoniã materia alopicie non resoluitur: nisi virtus que est supra virtutem resolutionis eius.

l ¶ Et laudanum consolidat vlcera dure consolidationis: et dulcilat cum oleo rosarum in aurem doloroſaz: et ingreditur in medicinis sode et pulsationis.

m ¶ Et confert tussi et resoluit apostemata matricis suppositum in pessario: et attrahit fetum mortuũ et secundinaz suffumigatiõe facta ex eo in traiectorio: et qñ bibitur cũ vino antiquo/ cõstringit ventrẽ: et puocat vrinã.



Caput. ccxlix

Latiua secundum Dyascoridem in ꝑprio capitulo. Tirsulum habet oblõgum vascitate digiti/cauum in summo quasi ramulum diffusum/ ⁊ folia oblonga/ fructum in summitate ramorum/ habẽs triangulum et subrotundum in modum capparis / in quo tria grana continentur sub membranula: que intra corticem est.

Operationes

¶ Dyascorides. Granula eius. vij. vel ix. potata/ ventrem viscide purgant: q̃ si aqua frigida superbibat/ coleram rubeam ⁊ flegma deponunt.

Caput. ccl.

Lauendula est herba calide ⁊ sicce cõplexionis. Paulus: Lauendula est herba omnibus nota: et caret semine. Flores vsui medicine competunt: ⁊ odorem suauem ⁊ bonum habent. Non habent succum/ nisi valde parum. Radix non competit vsui medicine.

Operationes

¶ Virtus eius est que resoluit et fortificat. Contra sincopim et cardiacam passionem ex frigida causa fiat decoctio eius in vino odorifero: addita aqua rosarum et detur patienti.

¶ Lauendula ẽ prestans somnuꝫ: et sedat sodam quando emplastrum cum ea fit super frontem.

¶ Aqua decoctionis eius potata nefreticis epilenticis: et apopleticis confert/ lauendula miscet diuersis antidotis ⁊ miris ⁊ varijs odoribus grate miscetur.

¶ Item odor eius grauat caput ⁊ facit somnum. Et quando bibit decoctio eius est conueniens illi cuius cerebrum infirmatur.

¶ Aqua eius e floribus distillata valet ad apoplexiam. Emplastrum ex eo factuꝫ cum ozimo/ valet puncture scorpionis.

¶ Ad preseruandã apoplexiam. Re. Florẽ lauendule. ʒ. ij. cinamomi/ spice/ croci/ ligni aloes/ masticis/ nucis muscate/ gariofili/ calami/ aromatici/ zinciberꝫ/ rosaꝝ macꝫ/ cardãomi/

ana.3.j. buliant cum aqua rosaꝛ in vna fiola vitrea in cinere calida: postea colet/et paulatim cum cocleari potui propinetur.

Caput.cclj.

Leuisticum. Platearius. Leuisticum est herba omnibus nota: calida ꝛ sicca in.ij. gradu. Cuius semen similiter appellatur. Et in medicinis semen ponitur. Virtutem habet vibreticam: virtutē quoq; aperiendi ꝛ extenuandi. ¶ Constantinus in lib graduum: Leuisticum est in.iij. gradu calidum et siccum. Semen autem et radix in medicinis ponitur.

Operationes

A ¶ Platearius. Vinum vel etiam aqua decoctionis eius valet contra opilationem splenis et epatis ꝛ contra ventositatem: et contra dolorem stomachi et intestinoꝝ ex vētositate. Pulvis etiam eius cum pulvere cinamomi datus/valet ad predicta.

B ¶ Constantinus vbi supra. Libum digerit/ opilationem epatis aperit: et de frigido humore dolorem mitigat.

C ¶ Stomachi ventositatem et inflationem rugitū intortionem dissoluit. Destrua ꝛ vrinam prouocat. Etiam illa verba secundum Constantinum habentur in libro de simplici medicina almagesti.

Caput.cclij.

Leuisticum silueſtre. Diascoꝛides eapi. Thaspium: secundum translationem grecam. Thaspium. i. leuisticum silueſtre: nascit in tumulis ꝛ in vīis ꝛ super regulas: herba est minuta: ꝛ folia habens angusta et duobꝰ digitis longa: et in summo diuisa ꝛ pinguia: virgam in medio proferens duorum palmoꝝ cum paucis ramulis: in quibus fert semen latum simile cartamo: et obrotundum et veluti conquassatum: vnde et nomen sumpsit: florem habet subalbidū.

Operationes

¶ Dyascoꝛides. Virtus est ei termantica: et potissime semini eius potui datum in acceptabili quantitate per superioꝛa atq; inferioꝛa/purgationem facit vehementer. A

¶ Sciaticis per cristere adhibitum medetur: bibitum/menstruis imperat/ aboꝛsum facit. B

¶ Galienus. vj. simplicium farmacoꝝ. Taspis secūdum translationem grecam. Est autem leuisticum silueſtre/ cuius semen acrie virtutis est: quia apostemata rumpit. C

¶ Et per anum impositum/sciaticis conuenit. Est autē ꝛ alterum purgatiuum super ꝛ subtus celliricoꝝ bibitum inoꝛifabi multitudine. D



Lenticula aque vel lentigo aque. Serapion. lib. aggrega. capi. gabaleb. i. lenticula aque. Ex ea est marina: ⁊ ex ea est aque dulcis: sed illa que est aque dulcis est lenticula que reperitur super aquas erecta/habens corticem viridem: et est rotunda sicut genticula. Similis est ei in figura sua: Et reperitur in lapidibus super aquam erecta/natans super faciem aque. Gal. viij. sim. far. capi. facus. i. lenticula aquatica humide et frigide complexionis in .ij. gradu existēs secundum vtrunq;. Paulus. capi. Stratioris. Et est herba que nascitur in supficie aq̄ sine radice cum folijs similibus semper viue. Est autem virtutis redarguentis ac remordentis. ¶ Dyascori. capi. de lenticula aque Lenticula colorem viridem habens: virtus est ei frigida.

Operationes

A ¶ Galienus. Lenticula aque habet quid stipticitatis: propter quod vulnera potest consolidare ⁊ vlceribus est vtilis. Quidam aūt eo ad emorrosagias vtuntur ⁊ ad fistulas:

B ¶ Paulus. Potui data/valet ad fluorem sanguinis ex renibꝰ: et cum aceto contrita/atq; vt cathaplasmata adhibita.

C ¶ Dyascorides. Omnes tumores spargit. Ignem sacrum extinguit: podagricis necesse miscetur: medicaminibus sola: et cum polenta apponitur infantibus.

Caput. ccliiij.

Lens. Sera. lib. aggre. capi. zedens auto. Dyasco. Meliores ex lentibus sunt ille que velocius maturantur: et qñ infunduntur in aqua ad mollificandum non nigrescunt. Galie. vij. sim. far. capitu. de lentibus secundum translationem grecam inquit: Lentes stipticant non fortiter: in medio ꝑo cali. ⁊ frigi. consistunt: siccant aūt in secundo gradu.

Operationes

A ¶ Galienus eodem libro ⁊ capitulo/secundū translationē arabicam. Sapor earuz est stipticus stipticitate pauca: virtus lentis prima est media inter cali. ⁊ frigi. ⁊ exsiccat in .ij. gradu. Et ipsa stringit ventrē qñ coquitur bis ⁊ proijcit aqua prima: ⁊ aqua in qua coquunt/laxat ventrē.

B ¶ Et dicit Ipo. vj. epidimiaꝝ q̄ est tēperata in cali. et fri. ⁊ declinat ad calorē parūper. Et signū in hoc est q̄ non apparet per eam qñ comedit: aut qñ morat in stomacho aut quando descendit a ventre infrigidatio corpori et est composita ex substantia que stringit ventrem quando coquitur bis ⁊ proijciatur aqua prima: ⁊ aq̄ in qua coquuntur/laxat ventrē.

C ¶ Idē auto. Dyascori. Quando comeditur ex ea assidue facit obscuritatem visus: et est dure digestionis mala stomacho: et accidunt ex esu eius somnia mala: et est mala neruis et pulmoni.

D ¶ Et idem Serapion. autoritate Mesarugie. Excorticate ex his sunt frigide: grosse: stringūt vētrē ⁊ vrinā: ⁊ ingrossant sanguinē

E in venio: ⁊ nō sinunt eum currere. ¶ Et idez auto. Mesuay. Lens ipsa est frigida ⁊ sicca in .j. gradu. et cortex ei⁹ est calida et sicca in primo gradu. Et de proprietate eius est minuere vrinam: et menstrua propter eius sanguinis in grossationem.

Caput. cclv.

Lilium. Amb. Considerate lilia agri q̄tus fit candor in foliis. ipsaq̄ folia stipata quō ab ymo ad summum assurgere videantur/ vt exprimant formam ciphi. et vt auri species quedam intus effulgeat. que cum vallo in circuitu floris obsepta iniurie nulle pateat. Si quis hūc florem decerpat/ ⁊ in folia sua soluat que tanta est manus artificis que liliis speciem reformare valeat. ¶ Glosa super Lucaz. li. xij. Lilia nō siluis sed in hortis nascūtur/ nec vllum agricultaruz cultū requirunt sicut ceteri fruct⁹. sicut scriptū est. Cōsiderate lilia agri quomodo crescunt: neq̄ laborāt neq̄ nent. Nō laborāt coloribꝰ odorādo. neq̄ nent sibi indumēta faciēdo. ¶ Palladius li. iij. In februario mense liliorꝫ bulbos ponemus. vel lilia ante habita sariemus summa diligētia ne oculos circa radicem nascētes ⁊ minores bulbulos sauciem⁹. Qui a matre subtracti atq̄ in alios digesti ordines noua lilieta formabunt. ¶ Dyas. cap. de lilio. Lilium hec est lecina q̄ multi in coronā ponūt. Et est oībꝰ notū: cui⁹ flores albi sunt satis. Est aūt aliud genus lilij qd̄ vocat yris ylirica. folia hz siluio silia vl gladiolo: sz maiora ⁊ vastiora. flores hz ⁊ superiores inclinatos sybinuicē diuersis coloribꝰ albo. s. ⁊ mellino aut purpureo aut venecino. Radices sunt sibi dure ⁊ curue ⁊ odore bono plene. He radices colligēde sunt ⁊ filo inserēde. ⁊ sic in vmbra pēdētes siccāde sunt dura/ ⁊ breuis/ ⁊ coloris rufi/ ⁊ odoris boni. eligēda est in gustu calidior. ¶ Sera. li. ag. cap. Ansea. i. liliū. Est em̄ calide ⁊ sicce cōplexionis in. ij. Ex eo est domesticuz ⁊ siluestre. Sed siluestris sunt spēs: ⁊ nominat vna arsemetim. i. celeste: ⁊ est album: quod est notū. De illo in presenti cap. dicemus.

Operationes

¶ Auicen. Lilium album ortulanum calidū et siccū in secundo. In ipa est terreitas subtilis acquirens amaritudinē. et aqueitas eq̄lis complexionis. Confert panno ⁊ lentiginibꝰ proprieq̄ radix eius. ⁊ mūdat faciem ac remouet ei⁹ cōtractionē. valet incisionibꝰ neruoꝝ ⁊ spleni. sed malū est stomacho. ꝓprieq̄ oleū eius. qd̄ est resolutiuū/ aperitiuū/ lenitiuū duriciei matricis bibitū et inunctum. A

¶ Idē radix eius cōfert adustioni aque calide. qm̄ exsiccatiua est mollitiua ⁊ abstersiua: cū equalitate cōsolidat. Ex decoctiōe quoq̄ ipsius radicis fit oris collutio ad dolorē dētium. et ꝓprie illius quod siluestre est. B

¶ Idē. Liliū cōfert puncture vermiū venenosoꝝ: ꝓprieq̄ scorpiōis. Oleū quoq̄ eius est tyriaca coriandri ⁊ fungoꝝ. Emplastrū ex foliis cū vino factū sup̄ herisipilā cōfert valde. C

¶ Pli. li. xxj. Liliū rose nobilitate proximū est quadam cognatiōe vnguēti: oleiq̄ qd̄ lilion appellat. Nulla floꝝ excelsitas maior. Interdū cubitoꝝ triuz longitudo. Alba lilia omnibꝰ eisdem modis serunt quibꝰ ⁊ rosa. Nihilq̄ fecundius. vna radice quinquagētos sepe bulbos emittēte. D

¶ Sera. Cōuenit cōbustioni ignis qn̄ assat et terit cū oleo rosaꝝ. et ponit sup̄ locū cōbustionis ⁊ dimittit donec curet. qm̄ cōbustiones egēt medicina q̄ desiccaret abstergit cū temperamēto. E

¶ Et est bonū ad incarnandū omnia vlcera: ⁊ mollit duricies matricis. Folia eius incarnāt ⁊ abstergunt abstersione debiliori q̄ radix. Et quādo coquunt ⁊ ponunt sup̄ cōbustionē ignis. aut supra quodcūq̄ vulnus faciūt incarnari vlcerationē eoꝝ. F

¶ Et sunt quidā q̄ infundūt flores ei⁹ in aceto. et vtunt eis ad icarnādū vulnera: ⁊ contundit flos eius ⁊ exprimit succ⁹ eius ⁊ coquit in aceto ⁊ melle. ita q̄ ex succo fit quinquies plusq̄ acetū ⁊ mel. G

¶ Et est me H

dicina conueniens ad omne quod eget exsiccatione sine mordicatione sicut sunt vulnera magna: et proprie que fiunt in capitibus musculorum et ad vlcera omnia que sūt difficilis incarnationis. ¶ Sz alterius speciei lilij que dicitur yris. et est lilium agreste ꝑm eūdē auto. Gal. Substantia est subtilis et mundificat et maturat. Et conuenit speciebus tussis: et facit ascendere screatum a pectore: et curat tortiones ventris ⁊ vlcera sordida. et quando bibitur cum melle ⁊ aqua calida laxat ventrem. ¶ Dyascorides. Flores lilij domestici possunt emollire duricies neruorum. Folia eius cocta et imposita ad combusta proficiunt loca. Uexationes serpentū curant. Succus eius melli admixtus ac decoctus in vasculo nouo: vlcera vetera medetur. ¶ Gal. vij. sim. far. cap. de lilio. Flos lilij domestici complexiōe mixtus est subtilium partium quadam ex terrestri substātia. Vñ habet et eam que in gustu amaritudinē ⁊ ex quadam aquosa eūcrita. ¶ Unde oleum q̄d ex eo est pigmentum in mordacis et dyaforetice et mollitiue est virtutis. ex quibus duriciebus que in matricibus aptissimum est radix autem et folia per se trita siccāt et abstergunt et dyaforant moderate. ¶ Auicen. de viribus cordis ait: q̄ confortat cor.

Caput. cclvj.

Lilium conualliū. Pla. Lilium conuallium est herba habēs flores bene redolētes. folia eius plātagini maiori similia. Nec folia nec radix vsui medicine competit: sed flores virtutem habent confortandi et resoluendi.

Operationes

¶ Pli. Re. flores liliorū cōualliū lib. ꝑ. ponantur in vino optimo mensurā vnā stent in infusione per mensem. deinde distilletur vinū istud per alembicū. cū ista aqua distillata sume. ʒ. ij. aque lauēdule. ʒ. iij. grana piperis ro. ʒ. ꝑ. misceant. de ista sume in septimana ʒ. ꝑ. ieiuno stomacho. et ista septimana nō hēbis apoplexiā neq̄ lisargiā. ¶ Idē. Cum ista aq̄ etiam potes linire tempora. minuit fluxū catarralē: et sedat sodā. Ista aqua etiam curat colicam passionem potatum: ⁊ cōfortat cor.

Caput. cclvij.

Lilialis. Est quedam herba habens folia sicut rubea tinctorum nisi quia sunt minora: et vt cunq̄ aspera. expādēs se per terram. sicut herba granoꝝ vel rubus. eius flos est paruus sicut flos solatri habens recte figuram lilij domestici. ⁊ est calida et sicca in. j. gradu.

Operationes

A ¶ Idem. Lilialis desiccat cum equalitate ⁊ abstergit / et conferr pannaricio / et resoluit
B totum illud cum equalitate. ¶ Gal. vj. d simplici medicina. cap. alissuz dt. q: mirabiliter cōfert morsui a cane rabido: immo et iam occupato rabie propinata sepe sola sanauit.
C ¶ Si quis autem vtatur in pluribus cognoscet q dyaforeticū est mediocriter / ⁊ siccatiuum cum eo quid aliquid abstersionis habz Hinc autem aluos et esilinas mundificat.
D ¶ Pli. cap. Alison. i. lilialis similis est rubeo tinctoꝝ / et non distat ab ipsa nisi quia ipsa rami et folia sunt minora.

Caput. cclviij.

Liquiricia. Theodorus priscianꝰ. Liquiricia est eligenda nō multum grossa nec nimis tenuis q̄ in terra crocea fit. que etiam cum frangitur leuis est et interius subalbida / sed nigra vel viridis abijciēda est. succus eius fortioris efficacie est qui efficitur sic. Cum viridis est radix / conciuit bene / et in aqua decoquitur vsq; ad consumptionem postea exprimitur et desiccatur in sole. et in rotunda corpuscula ſm formā vasculorum format. Alij sophisticāt hoc modo. faciunt puluerem liquiricie et coquūt in aq̄ et addunt mel et faciūt vt diximus. ¶ Sera. auto. Dyas. cap. stis. i. liquiricia. et est arbustum habens ramos longos duobus brachiis. habz folia similia folijs arboris masticis. et super folia est humiditas que adheret manui. et flos eius similis est herbe flore dicte brachion. est et purpurei coloris. Et semen eius est in magnitudine seminis arboris dicte kalatabas. verum est asperius eo: et habet radices longas in colore suo similis ligno quod nominatur in oriente bussum. aut sicut radix gentiane / et est in eo stipticitas cum dulcedine / et exprimitur inde succus.
¶ Dyas. cap. Glicoriza. Et est que nascitur in capadocia aut in ponto. Frutex est habens virgas longas duorum cubitorum in quibꝰ folia sunt spissa et similia lētisco: sed pinguia et glutinosa. florem profert iacincto similem semen habet simile platani ⁊ asperum / quod semen est latum: sed rufum ⁊ oblongum. sunt illi radices bussei coloris et longe sicut gentiane constricte et dulces que exsiccantur vt licium. ¶ Plini. cap. de liquiricia. Glicoriza herba est que nascitur in campis. gustu dulcis et cum dulcedine abundante: de qua succus extrahitur / et medicorum vsui seruatur.
¶ Cassius felix cap. Glicoriza grece ex eo dicta q dulcem radicem habz. Glien enim grece dulce dicitur. Galie. vij. sim. far. cap. de liquiricia. Maius iuuamentum quod in liquiricia est / est in succo eius radicis. et substantia eius est propinqua substantie nostri corporis et valde similis est ei. Sapor eius radicis est dulcis cum stipticitate pauca. Virtus eius frigidior est complexione hominis / et est tepide caliditatis. ⁊ ideo est prope complexionem equalem. et est humida tēperate humiditatis.

Operationes

¶ Vires habet relaxantes cum dulcedine A
ex humiditate. vnde et sitim sedat / et renum et vesice mitigat dolorem / et prouocat vrinā
et menstrua. ¶ Et omnem tumorem tunsa ⁊ B
imposita placat. succus ipse aspredinem arteriarum distenit. et non solam tracheam arteriam sanat: sed etiam scabiosam vesicam. qui succus diu sub lingua retentus glutiridz. q: estuatiōez stomachi tollit / ⁊ tumorē stomachi ⁊ epatis tollit ac cōpescit. ¶ Radix ve- C
sice ⁊ renū vulnerationē curat bibita cū dulcore sitim prohibet: vulneribꝰ vtilis est. radices ipe masticate sūt stomatice elixatura radicis omnia ista facere nouit. Ipsa radix in puluerem redacta et imposita pterigia detergit. ¶ Gal. Glicoriza asperitas est remo- D
uere / non solum in arteria sed in scabiosa vesica propter mediocritatem complexionis.

E ¶ Theodorus priscianus. Valet contra omnia vitia pectoris decoctio eorum in aqua: et in pleuresi: et peripleumonia: et contra tussim. ¶ Ad idem valet electuarium factum ex succo liquiricie et melle. Liquiricia mastica ta et sub lingua retenta sitim et asperitatem stomachi et gutturis mitigat.

Caput.cclix.

Ligustici. ſm Dyasco. cap. Ligustici multum nascitur in liguria provincia. vnde et nomen accepit. nascitur et in monte vicino alpibus: sed ciues panacem illum vocant. ideo quia radix eius alba est et odorata simul panaci: cui virtus vna est cum panacis virtute. Nascitur in locis altis et asperis et vmbrosis. virgam habet longam et nodosam similem anetho. In qua virga folia sunt similia melilloto. Sed molliora et odorata: que folia in cucumere tenuissima sunt et diuisa. In virge summitate caput est vmbraculosum. Vbi semen ostēdit. quod semen nigrum est et oblongum sicut feniculi gustu viscidum et odoratum aromaticum.

Operationes

A ¶ Dyas. Virtus est mictualis. Radix eius alba est similis panaci eradeontico et odorata. Virtus est radici et semini eius: calida et stiptica. doloribus omnibus intraneorum occurrit. Inflammationem stomachi soluit

B ¶ Ictibus venenatis opitulatur/vrinam prouocat/menstruis imperat si bibatur antidotisq; colicis prosunt aut miscetur.

C ¶ Radix eius tunsa et supposita idem prestat. radix eius et semen oriporis necesse miscetur/confectionibus etiam digestibilibus vtiliter adhibetur: quia customaca est. vnde multi ciues ipsius prouincie pro pipere vtiuntur condituris miscentes.

D ¶ Et multi semen siseleos et feniculi addunt liquidam dicunt q; est leusticum sed falso.

Caput.cclx.

Limon. Pandecta capitulo. ccccvij. Limeu fructus pulchri odoratus: plenus succo acetoso valde apto salsamentis. Et ipse etiam comeditur sale conditus. nusq; memini me de ipso legisse apud autorem aptentricum / nisi apud auicennam in quarto canone de cura febrium acutarum in generali. vbi iubet dari aquam acetositatis limonis salliti.

Caput.cclxj.



Linaria. Pandecta cap. Dix. Linaria est herba similis esule vel lino. et differt ab esula. quoniam esula lactescit. linaria vero non. ꝑ. Esula lactescit sine lacte linaria crescit.

Operationes

A ¶ Succus eius valet contra herisipilas inunctus. ⁊ cum succo pimpinelle mixtus.

B ¶ Et ipsa sola valet ad cancrum trita et imposita. ad hoc similiter succus eius valet.

Caput. cclxij.

Linū. Isi. Linū ex terre nitēti spē oritur. nomē sumpsit a greco. vl' qd leue sit ac molle. Bissum aūt est genus q̄d dā lini nimiū candidi ac mollissimi qd grece papatē vocāt. ¶ Pall'. In fe. mēse aliqui semē lini leto solo spargūt. ⁊ lina consequūtur exilia. ¶ Idē li. xj. In mēse octobri semē lini seri pt si placuerit. qd tñ ꝑ sui malicia serēdū nō est. q: terre vber exhaurit. sz si velis loco pinguissimo ⁊ modice humido serere poterz aliq̄ macro solo spissum serētes: si assequuntur vt linum subtile nascatur.

Operationes

¶ Sera. li. ag. auto. Gal'. Virt⁹ ei⁹ ē q̄ subtiliat ⁊ ꝓuocat vrinā ⁊ mēstrua. ⁊ qñ bibit' aut fit cū ea emplastꝝ ꝯfert apatibꝫ epatz ⁊ orificio stomachi ⁊ ipi stōacho. Sz radicz ei⁹ stipticitas ē amplior stipticitate florz. ⁊ caliditas ei⁹ ē mīor caliditate ipi⁹. ⁊ ꝓpter ei⁹ stipticitatē acq̄rit qd admiscet' cū medicinis q̄ admīstrant' ad sputū sanguīs. ¶ Sera. auto. Dyas. Flos ei⁹ ē stipticus stipticitate pauca calefactiu⁹/maturatiu⁹ ⁊ ē ca. q̄si i. j. gra. ⁊ ē mediū in hu. ⁊ sic. Et. ij. ei⁹ ꝑtus ē q̄ ē mollificatiuū. ¶ Sera. li. ag. cap. bararichinchene. i. linū ē mollificatiuū sedatiuum doloꝝ. ⁊ cōfert egritudibꝫ interioribꝫ: nisi q: ē minus in h̄ q̄ꝫ camomilla. ⁊ ē mediū inter laxatiuū ⁊ stipticū: ⁊ admiscet' in eo paꝝ ꝑtutz ꝓuocatiue vrine. ⁊ h̄ q̄dē apparet in eo māifeste qñ comedit' assatū. ⁊ tūc ē magz ꝯueniēs ad strigēdū vētrē. ¶ Et dixit in li. de ꝯseruatiōe sanitatz q̄ qñ semē lini decoquit' in aq̄: ei⁹ decoctio ē infrigidatiua. ¶ Et idē auto. Dyasco. Virt⁹ semis lini ē silis ꝑtuti semis fenugreci. ⁊ qñ admiscet' cū aq̄ melle ⁊ oleo ⁊ cōficit: resoluit apata ca. ⁊ mollificat ea siue sint interius siue exteri⁹. ⁊ qñ fit ex eo emplastꝝ cū ficubꝫ ⁊ nitro delet pannū ⁊ pustulas albas faciei. i. papulas f'm transla. no. ¶ Dyas. Et qñ ꝯficit' cū aq̄ resoluit apata dura q̄ sūt i radice auris. Et qñ coquit' cū vino eradicat formicā ⁊ spēs vlceꝝ q̄ dicunt' faui. ⁊ qñ miscet' cū melle ⁊ pipere et vtit' q̄s eo mouet coitū. ⁊ qñ miscet' cū nasturtio q̄ntitate eq̄li confert cissuris vnguiū ⁊ eoꝝ excoriatiōi. ¶ Et fit cū decoctiōe ei⁹ cristere ad mordicationē intestinoꝝ ⁊ matricz. ⁊ mollit vētrē. qñ mlieres sedēt in decoctiōe ei⁹ ꝯfert apatibꝫ matricz sicut fenugrecū. ¶ Paulus cap. de lino. Linū qñ cōburit'. Fum⁹ ei⁹ ē subtil'. et cōfert corize ⁊ suffocatiōi matricz. ¶ Auicē. li. ij. cap. de semine lini. Virt⁹ ē ei proxima ꝑtuti fenugreci. in. j. ca. cōmēsuratū in hūiditate ⁊ siccitate. Et dr q̄dē q̄ decoctio lini ē decoctio recē

A B C D E F G H I

K tis eius. ¶ In ipa enim est hūiditas supflua: ⁊ maturatiuū et abstergit ⁊ inflat ꝓpter hūiditatē suā supfluā: ita ꝙ illud qd ex eo frixuz est. hoc ait cū stipticitate q̄ in frixo māifeste cōmensurata: ⁊ in nō frixo manifeste permixta cū lenificatione. ⁊ est sedatiuū doloꝝ minus q̄ camomilla. et ex ipso fit emplastrū cū nitro ⁊ bolo: ⁊ lenit pannū: ⁊ cōfert ɔtractio
L ni vnguiū ⁊ scissurꝫ ⁊ fracturꝫ eoꝝ. ¶ Et qñ ꝑmiscetur cū eq̄li mensura nasturcij ⁊ cōficit cū melle: lenit apata ca. exteriora ⁊ interiora
M ¶ Et apa qd est post aures cum aqua cinerꝫ ⁊ apata dura: et prohibet spasmū. ⁊ ꝓprie cōtractionē. vnguiū. cū permiscetur cum cera ⁊
N melle. ¶ Et eius suffumigatio cōfert corize. et silr fumigatio ipsius lini confert tussi flegmatice. et ꝓprie quod ē ex eo assatum.

Caput. cclxiij.

Lingua auis. Pla. Lingua auis ē arbor ⁊ hz folia parua ⁊ acuta. lingue auis cōformia: ⁊ ē in. j. gra. ca. et hu. ¶ Sera. li. aggre. cap. lisen hasafir. i. lingua auis. Et ē arbor silis arbori dirdar: nisi qꝛ folium eius ē longū sile folio amigdali. et fructus eius q̄ dicit lingua canis sunt racemi ⁊ palmites q̄ diuidunt in cherarnus sil'es foliis oliuaꝝ: nisi qꝛ sunt minora satis: ⁊ intra quamlibet cherarnus ē medulla sil'is lingue auis exterius rubea ⁊ interiꝰ alba. declinās paululū ad citrinitatē. sapor eius ē acutus: mordicatiuus cū pauca amaritudine. Et q̄ ponit eius virtutē ca. in fine. ij. nō elongat a veritate: ⁊ conueniens ē dicere ꝙ cū caliditate sit hūiditas. qꝛ nō apparet mordicatio eius postq̄ bene masticat. Et sciēdū ꝙ ē alia lingua auis que ē debilitans stomachū: ⁊ ꝓuocans ventrē. ⁊ ē corrigiola maior. Et ista non ē illa de q̄ locutus ē Sera. Nam idem Sera. in cap. de augmētibꝰ in coitu dicit: ꝙ lingua auis ē lingua passerū. ¶ Itē idē dicit in. vij. in cōfectione pillulaꝝ. Indaꝝ ꝙ assimilant pelliculi vel corticuli que ē in medio bacce lauri. ¶ Auicē. cap. d augētibꝰ in coitu Inter medullas cōputat. non ē ergo quā ponit. Sera. ⁊ Auicē. herba. sed ē prima species per Sera. descripta. vnde qñ ponitur simpliciter prima debet intelligi.

Operationes

¶ Ser. auto. Abē mesuay. Cōuenit dolori la A
teris ⁊ prouocat vrinā auget in spermate ⁊ corroborat libidinē. ¶ Et cōuenit cardiace B
¶ Et idē auto. Bediguras. Auget sperma. C
¶ Et idē auto. Rasis. Prohibet cardiacam D
et auget sperma. ¶ Et idem auto. Isaac. Est E
cali. et humi. in. j. gradu ⁊ delectabilis: ⁊ de proprietate eius est cōfortare libidinē. ¶ Et F
auget sperma. et habet virtutem humectandi comesta cum carnibus vel aliis. valet similiter contra siccitatem pectoris.

Caput.cclxiiij.

Lisimachiō. ſm Dyaſ. ꝓprio cap̄. Haſtas habet maiores ⁊ fructuoſas. circa quarū nodos folia minuta habet ſalici ſimilia. florem purpureū aut auroſum. naſcitur locis humectis.

Operationes

A ¶ Dyaſ. Succus herbe huius ſtipticus eſt. Sanguinem reijcientibꝰ maxime prodeſt. Diſſintericis potui datus ⁊ ſuppoſitꝰ ſubuenit. ¶ Fluxū matricꝫ mlierꝫ abſtiet ſuppoſitꝰ
B Naribꝰ profluētē ſanguinem frōti illinitus ſtatim ſtringit. Vulneribꝰ recentibus ꝑaco
C leſim facit. ¶ Herba fumigatōe addita vim
D veneni lōgius arcet: ⁊ ſorices occidit. ¶ Gal. vij. ſim. far. cap̄. liſimachion predominantem habet ſtipticā qualitatē: propter quā ⁊ plagas ꝯſolidat: ⁊ emorroſagias ex naribꝰ ſiſtit
E emplaſtꝝ. ¶ Et aliaꝝ etiā emorroſagiaꝝ idoneū eſt farmacū ipm. ⁊ etiā ſuccus eiꝰ adhuc magis ⁊ bibitus diſſinterias et ſanguinis eductiones et fluxum muliebrem ſiſtit.

Caput.cclx.

Liciū. Sera. cap̄. hadath. i. liciū. Habet tres ſpēs. vna eaꝝ eſt indica. Et alia fit ex herba que dicitur zeriah ſiue ſerxah. Tertia eſt arabica q̄ nominat hadath: id eſt licium. Et idem auto. Dyaſ. Licium accipitur ex arbore ſpinoſa q̄ habet ramos longitudine duorum brachiorum aut amplius. Et folia ſunt ſimilia foliis arboris buſſirara. et habet fructum ſimilem piperi/ et eſt niger/ amari ſaporis / lenis tactu. cortex ligni eſt glaucus ſimilis licio diſſoluto. et habet radices multas procedentes a latere ligni eius. Naſcitur locis agreſtibus. et extrahitur ſuccus eius in hunc modum. Teruntur folia ſicut ſunt cum tota arbore. aut ponuntur in aquam et dimittuntur pluribꝰ diebus et coquuntur ⁊ exprimuntur. Et ſuccus ponitur ad coquendum ſuper ignem donec ingroſſetur ſicut mel: et fit ſimilis ex ſucco fructus eius quando exprimitur et ponitur in ſole. Et melius ex eo eſt illud quod accenditur igni. et quando extinguitur facit ſpumā: cuiꝰ color ē ſanguinis. Et exterius ē nigrum/ interius ſicut crocus. ⁊ nō ē pingue et eſt in eo ſtipticitas cum amaritudine. ⁊ ex illo melius eſt. Indum et fortioris operationis. Adulteratur autem licium cuꝫ amurca olei: cum admiſcetur in coctura eius et cum ſucco abſinthei et felle bouino. Et oportet vt colligatur ex eo q̄ natat ſimile ſpongie ⁊ reponitur ad opus medicinarum oculi. et reſiduum ponitur in alijs medicinis. ⁊ dicitur q̄ indicum facit arbor que dicitur licios. Et hec arbor eſt de ſpeciebus ſpine habens ramos erectos longitudine triuꝫ brachiorum: aut amplius procedentes ex radice. et ſunt groſſiores ramis rubi. Et euellitur eius cortex facile. et color eius apparet ſicut color ſanguinis. Et folia eius ſunt ſimilia foliis oliue. et ex illa arbore accipitur licum. Et eſt apud nos medicina quaſi humida ⁊ liquida Et ſubſtantia eius eſt compoſita ex virtute ſubtili. ca. et terrea frigida: et in ſapore eius eſt pauca ſtipticitas. Alia ſecunda ſpecies eſt que fit ex arbore licios ſiue acantum. folia quercus ſimilia atq̄ ſpinoſa generans.

Operationes

¶ Galienus ſm translationem grecam. hoc farmaco ad ipopiam vtuntur et ad flegmones. qui in ano et ore et vlcerationes et herpetas et putredines: malemorigerata vlcera ⁊ aures pus fluentes: et paranichia et vngues leproſos. A

¶ Et virtus eius eſt que remouet q̄ in pupilla ex eo q̄ obſcurat viſum: et conuenit fluxui ventris. et habentibus vlcera in inteſtinis: et fluxum menſtruorum. Et ponitur in medicinis panni que fit in facie. B

¶ Et in medicinis vlceꝝ et apoſtematū que ſunt in ore ⁊ in ano ⁊ formice. Et cōuenit vl C

ceribꝰ fraudulentꝭ ⁊ putredinibꝰ vlcerũ ⁊ pu
tredini auriũ ⁊ tenasmoni ⁊ panaritio: ⁊ for
D tificat capillos. ¶ Sera. auto. dyas. Virtꝰ
licij ẽ stiptica ⁊ abstergit ⁊ curat obscurita-
tem visus ⁊ scabiẽ ⁊ pruritũ oculoꝝ: ⁊ abscin
dit cursum humiditatũ ad oculũ venientiuꝫ
cursu antiquo ⁊ cõuenit apostematibꝰ gut-
E turis. ¶ Et qñ linitur cũ eo palatũ: conuenit
apostematibus gutturis. ⁊ qñ linitur cũ eo
cõuenit gingiuis ⁊ vlceribꝰ putridis ⁊ raga
F dijs ani: et tenasmõi. ¶ Et qñ bibitur ⁊ fit cũ
eo cristere sanat fluxum vẽtris antiquũ ⁊ vl
cera intestinoꝝ. et bibit̃ de ipso cũ aqua vsq̃
ad sanguĩs fluxum. ⁊ sputũ sanguĩs cũ tussi:
G et dat̃ in potu morsui canis rabiosi. ¶ Quan
do fiunt ex eo pillule et dant̃ et rubrificãt ca
pillos: ⁊ curat panariciũ ⁊ formicã et vlcera
fraudulenta. Et qñ fit cum eo nascale cõue-
H nit fluxui antiq̃ humiditatũ a matrice. ¶ Et
dicit. Qñ coquitur cũ ramis eius in aceto:
cõuenit apostematibꝰ splenis et ictericie: ⁊ p
uocat mẽstrua. Et qñ bibit̃ ex fructu eius la
xat flegma ⁊ cõuenit cõtra medicinas vene
I nosas. ¶ Et idẽ Sera. auto. Rasis. Virtus
est cõposita ex cõtrarijs. Nã habet virtutez
extenuatoriã/digestoriã/cali. et frigi. ⁊ mo-
dice stipticam habẽs vim. ⁊ ideo dyaforesim
K facit proijciens et porrigans. ¶ Et facit au
tem ad ipopiam herpetas ⁊ ad epatis vlce-
ra: et ad parotidas: et putrida vlcera: et con
uenit vlceribus oris et ani.

Caput. cclxvj.

Lonchitis ꝑm Dyas. Lonchitis est
spẽs gladioli folia habẽs porri simi-
lia: sed latiora et rufa. multas habẽs
super radices virgas spanias sup terrã: ⁊ ra
mos sup terraꝫ declines: in quibꝰ sunt flores
similes pellicino. sed forma eoꝝ vt gele est: et
album habet in medio sicut rostrũ et labrum
insanũ: ⁊ sicut lingua ⁊ semẽ eius lancee simi
le et trigonũ et longũ. Radix est ei simil' dau
co nascit̃ locis asperis. Pli. cap. Lonchitis.
folia habet rubicũda. semẽ nigrum simile ca
medoꝝ equoꝝ ora patẽt et oblongũ in simili
tudinem lanceaꝝ radicem vt daucus. Item
Dyas. Est et scdm genus lonchitis. folia ha-
bens sicut scolopendria ⁊ asperiora.

Operationes

¶ Plinius. Vulneribus imposita folia eius A
tumorem non admittunt. Bibita cum aceto
splenem siccant. Et radix eius cum vino
bibita vrinam prouocat. ¶ Gal. vij. sim. far. B
cap. Lonchitis. Eius quidem semẽ triangu
lum sicut lancee ꝑm figuram. Radix quidez
similis est aliqualiter pastinace. ⁊ propterea
vrinatiuum est farmacum. ¶ Eius vero qui C
similis est scolopendrie folia viridia quidem
ad cõsoliditatẽ vulneꝝ sunt idonea. sicca ve
ro per oximel bibita splenes siliridos sanat.



Caput.cclxvij.

Lupinus.Sera.lib.aggre.cap̃. Tarmus.auto. Dyal. Tarmus.i. Lupinus.Sunt ex lupinis quidam vt dicuntur regales:et sunt siluestres: quorum folia sunt albidiora domesticis. Et quidam sũt domestici.qui comeduntur post eorum elixationem:et infundũtur in aqua pluribus diebus donec recedat amaritudo. et generant humores grossos. Galie.vj.sim. far.capi. de lupino ſm transla.grecaz. Tarmus id est lupinus.comeditur quidem decoctus: et multis diebus deponens amaritudinẽ in aqua. fitq; cibus grossorum humorum vt farma. cumvero dicitalis et emplasticis est qui non habet amaritudinem.et ẽ abstersiuus ꝛ dyasotericus.

Operationes

a ¶ Galienus.Superplasmatus necat lumbricos.Vel si quis ipsum bibat cũ melle vel orizuccaro siue etiam ipsius decocto nata est lumbricos educere.immo et superfusa de foris conuenit morsus et scabiei et cancrenis et malignis viceribus.Hoc quidem abstergendo.illo vero consumendo: et sine mordicatione desiccãdo expurgat: et aperit opilationes epatis et splenis.si bibatur cum ruta et pipere:attrahit tam mẽstrua q̃ embriones cum myrrha et melle appositus.

b ¶ Est autem et ipsius farina immordaciter dyasotetica.non enim liuida solum sed scrofulas et ſimata dura sanat. tunc enim oportet eos in aceto coquere vel oximelle vel orizuccaro iuxta completiones. videlicet patientium:nec non passionis differentiam:cogitantes illud quod non oportet. non est autem presentis negocij distinguere talia.diasorat enim et liuida et cetera omnia que prius dicta sunt.

c ¶ Decoctio etiam ipsa farina nata est facere. Tarmos agrios vel lupinus agrestis siue siluestris amarior est et validior in omnibus domestico est ei simil existens ſm genus

d ¶ Et idem ſm translationem arabicam.

e ¶ Virtus eius prima est que desiccat sine mordicatione.Et secunda abstergit et resolnit et mũdificat et aperit.et tertia occidit lũbricos quando fit ex eis emplastrum exterius:et quando comeduntur melle: aut bibuntur cum vino admixta aqua et farina lupinorum resoluunt sine mordicatione.

f ¶ Et curant liuores et apostemata et scrofulas quando coquuntur cum aceto et melle. Et quãdo fit emplastrum cum eius claricie conferunt.

g ¶ Et confert empetigini et vlceribus capitis et scabiei et borbor et viceribus fraudulentis. ¶ Et quando bibitur cũ ruta ex pipere aperit opilationes epatis et splenis: et p vocat menstrua.et nascale ex eis cum melle et myrrha expellit fetum. Et farina eorum facit hoc. lupinus siluestris vel regalis valet ad ea que dicta sunt.

h

Caput.cclxvij.

Lupulus. Jo.me.cap̃.de volubili alio q̃ lupulus sit species volubilis. Et sunt plures. Una est que dicitur funis arborum cuius flos est albus sicut tuba et habet lac.et vocat volubilis magna. alia est cuius rami repunt super terram et habet folia et flores minores: et dicitur volubilis parua. Alia est que habet folia subalbida et languinosa:et habet lac. Et alia ẽ aspera habens folia citrulli.cuius flos est sicut ampulle adherentes. et vocatur lupulus. De qua in isto capitulo habetur mentio.Et est quarta species eius cuius radix est sicut fesciresim. et magis grossa .immo est grossitudo eius in modum cucurbite maioris. Et eius stipites eleuantur super radicem suam

¶ Idem lib. xx. Pepones maxime in cibo refrigerant ⁊ emolliunt aluum. Caro eoꝝ epyforis oculorum aut doloribus imponit. Cōtra vomitiones siccantur ⁊ in forma tusa datur in aqua mulsa quattuor obulis / ita vt q̄ biberit /quingentus postea passus ambulet Cortex quoq; vomitionem mouet/faciē purgat: hec et folia cuiuscunq; satiui illita cum vino canis morsus hos coctos deraso cortice ex oleo/aceto ⁊ melle iocūdiores esse certū ē. C

¶ Dyasc. Peponis quidem vsus gratior est: sed difficile coquitur propter naturalem rigorem. Et ideo nonnulli cum aceto/sumunt pulegium miscentes: quo nocitura vis frigoris temperetur. D

¶ Item pepo in cibo leuior est: quia detracta cute ⁊ obiecto semine vsui datur/stomachi cōpescit ardorem. Aluum lenit ⁊ mollit. E

¶ Coctus ex aqua cū oleo/aceto ⁊ melle iocundissime sumitur. Caro eius imposita frōti dolorem oculorum miromodo mitigat. F

Caput. cccliij.

Pera pastoris siue bursa pastoris. Dyascorides. Pera pastoris herba est que habet virgulas teneras ⁊ molles: et multas nodosas et spansas super terram. Folia habet rute similia/sed oblonga ⁊ mollia: et semen in folijs singulis. Flos est illi albus aut feniceus. Virtutem habet frigidam et stipticam. Et est masculus et femina. De masculo iam dicta. Femina vero frutex est vnus virgam habens cannesaz ⁊ mollem spissam et nodosam in quibus nodis folia sunt pini similia. Radix est illi inutilis/ nascitur locis humidis. Virtus est illi stiptica

Operationes



A ¶ Dyas. Succꝰ eius bibitꝰ emo ꝑtoicꝫ medicat. Uētris abstinet reumatismū: colicꝫ strāguiriosꝫ opitulat: vrinā ꝓuocat/ morsibꝫ venenatis cū vino bibitꝰ medicat: cū vino coctꝰ ⁊
B melle vulnera noua curat. ¶ Periodicꝫ febribus añ vnā horā aceptꝰ maxime ꝓdest suppositū/ fluxū mulieris stringit/ dolorē auriū cōpescit. sanguinē reiciētibꝫ subuenit/ herpetes curat ⁊ fistulas. Ignē sacꝝ extinguit/ tumores ⁊ duricies impositū spargit: recētibꝫ
C vulneribꝫ maxime ꝓdest. ¶ Gal. Iuuat itaq; exustos stomacho exteriꝰ applicata sic herisipilata: ⁊ calidos flegmones seu etiā talia exstētia repcutit reumata: ⁊ exinde ꝟo siccatiuū existerēt ꝓpt qd herpetū bonū ē farmacū et vlceꝝ ⁊ aliaꝝ euidētissimū ꝟo flegmono
D soꝝ reumatoꝝ. ¶ Est aūt ⁊ sanguinosoꝝ vulneꝝ cōsolidatiuū. Iuuat ꝟo ⁊ vlcera q̄ in auribꝫ: etsi pus in eis sufficiēs fuerit/ id siccat: ꝓpter easdē ꝟo ꝟtutes ⁊ fluxū muliebrē sistit dissinteriā ⁊ sanguinis eductiones ⁊ q̄cūq; immoderate aliunde causa. ¶ Est aūt ad oīa predicta masculus femina fortior.

Caput. ccclviij.

Pisa. Isi. lib. ethi. xij. Pisa dicta ē q̄ ea pēsabat auri aliq̄d minutū. Nam pis dr auꝝ. Hec minime iflat. Ideo magꝫ egerit. Pli. li. xviij. Pisuz i apricis seri debet frigoꝝ impaciētissimū. Ideoq; serit in Italia ⁊ in austeriori celo: nō nisi tpe verno terraq; facili ⁊ soluta. Frumētū q̄dē ⁊ ordeū ac vicia ⁊ quicq̄d i stipula ē in acumine: vnū foliū hz. m l'triplicia ꝟo sunt ecōtra ciceri ⁊ fabe ac piso. Frumētis est foliū arūdinatium fabe rotundū ⁊ magne leguminū ꝑte lōgiora: vt piso. Siliq̄ rotūde sunt ciceri: ceterisq; leguminū lōge: ⁊ ad figurā seminis late: piso vero cilindra cie. Ex leguminibꝫ vomere serit lēticula ⁊ i Grecia pisa. Thise ac pisa sūt eiusdē gñrꝫ ex q̄ in orbe nostro fit orisa. Palla. li. x. In mese septēbri postremo serēdū est pisuz in terra facili ⁊ soluta loco tepido. Celo delectat humector: ⁊ quatuor vel tres modios sparsisse sufficit iugero.

Operationes

¶ Autor. Miror q̄ in libro medicoꝝ nostro A
rū autēticꝫ manifeste de pisoꝝ natura repit
sz h̄ estimāt q̄dā esse qd alio noīe robelie di- B
cunt: vl' fortassis eadē ratio pōt assignari de C
pisa quā superius assignauimus de auena.
¶ Pan. Pisuz ē species orobi. ¶ Gal. de cib.
Pisa cōsimile aliq̄d fabis ꝑm totā subaz habētia: comestaq; ꝑm eosdē modos cū ipsis in duabꝫ his variant: q: inflatiua cōsimilit fabis nō sunt: ⁊ q: abstersiuā ꝟtutē nō hñt ꝓpt hoc tardiorꝫ digestiōis ꝑm ꝟtutē fabis sunt.

Caput. ccclv.

Piscacea grece/Arabice pistach siue fustech vl' fistach/Latine fistica. Sera. lib' aggre. cap'. pistoch. i. piscacea sunt fructus qui veniunt de Damasco. Dyascorides cap'. piscatie que in Syria nascũtur similia strobilibus sunt.

Operationes

A ¶ Dyascori. Eustomacha sunt cum vino bibita/morsibus venenatis occurrunt: virtus piscacearum austera et stiptica est. Ideoq; etiam accomoda creduntur toraci et pulmonis ⁊ iecoris vitia purgare.

B ¶ Et idez Serapi. Pistoch: id est fistice substantia est subtilis: et sapor eius est fere ad amaritudinem declinans. Et virtus eius ẽ ca. ⁊ sic. ampliorꝫ caliditatꝫ q̃ nux auellana.

C ¶ Gal'. lib'. de cibis. cap'. de piscacijs. Piscatie nascunt apud Alexãdriã i. Egypto: multo aũt plura in Boreali Syrie: alimẽtũ quidem paucissimũ habẽtia: vtilia sunt ad epatis corroborationẽ simul ⁊ purgationẽ insertorum humorum s'm meatus ipsius: participant enim subamara et stiptica qualitate aromatizante.

D ¶ Scimus autem ⁊ alia multa epati vtilia sicut in negocio simplicium medicinarum ostensum est. Stomacho autem neq; profectum neq; nocumentuz notabile ex ipsis habeo testari: sicut neq; restrictiui ventris/neq; subductiui.

E ¶ Et idẽ. viij. sim. far. ca. de piscacijs. Piscaciũ. i. fistica. In Syria multũ nascitur plãta hec. Fructus aũt eius subtiliũ partiũ est subamaꝝ qd̃ ⁊ aromatizans habens: deobstruit et mũdificat maxime quidem ea s'm epar: et ea que s'm toracem ⁊ pulmonem.

¶ Auicenna de viribus cordis dicit: q̃ confortat coo. F

¶ Auerrois. v. lib'. Colliget/ca. de piscacea dicit: q̃ confortat stomachum ⁊ epar a tota substantia. G

¶ Rabbi Moyses cap'. de piscatijs. Piscatie sunt meliores omnibus fructibus: corroborant stomachum et epar/sunt calide ⁊ sicce temperate. H

Caput. ccclvj.

Dinicum siue panicum. Isaac in dietis. Pannicum in forma et notura simile milio: minus tamen eo nutrit.

Operationes

¶ Panicum ventrem magis constipat: coquitur sepe cum pinguedine vel cum lacte. A

¶ Costantinus in pantegni. Panicum ⁊ milium fri. ⁊ sic. sunt in. ij. gradu: paruz nutriũt stiptica sunt: et panis iñ factus/multo plus est constipatiuus. Urinam autem prouocãt. Cum butiro vel lacte cocta/sunt meliora quibus admixtis humectantur: ⁊ eorum siccitas expellitur. B

C ¶ Pli. li. xxij. Panicū. Dyocles medicus mel frugū appellauit: effect⁹ hz quos miliū. In vino potū dissinteric; prodest. Similit' his que vaporāda sunt/calefactū imponit. Sistit aluum in lacte caprino decoctū et bis in die haustū sic prodest ⁊ ad tormina.

D ¶ Dyas. Panicū in esca omnib⁹ vtile est: vñ si panis ex eo fact⁹ ⁊ comest⁹ fuerit/vētrē abstinet/vrinā ꝓuocat: assuz ꝟo in cacabo nouo ⁊ impositū in sacello sicut ⁊ miliū ꝓdest.

Capsit. cccluij.

Picea: Isi. ethi. xiij. Picea ex pinorū gñe. Differūt tñ vt pini specie. Nam aliam picin greci: aliā vocāt peucē q̄ nos piceā dicim⁹: eo q̄ desudat picē. Pli. li. xj. Picea est arbor ramosa: cui ramoꝝ ē ordo sicut ⁊ abieti. Picea mōtes amat ⁊ frigora/feralis arbor ⁊ indicio funebri ad fores posita rogisq̄ virēs: iā tñ ⁊ in domos tonsili facilitate recepta: hec plerūq̄ plurimā interueniēte cādida gēma fundit resinā thuri tā similē vt mixta avisu discerni nō possit. Hui⁹ arboris cortex est in vsu magno sicut abietis ⁊ fagi ac tilie.

Operationes

A ¶ Pli. in lib. vt sup. Gignit quoq̄ picēa canchrin videlicet pillulā ī medicina vim vrēdi habētē: q̄ poq̄ folia ceciderint/hyeme durat ⁊ cōtinet nucleū pineis similē. In hieme crescit: ⁊ aperit pillula tota: caditq̄ cū folia cresce recepint. Huic etiā arbori folia sūt d̄ui seta et crassiora: duraq̄ sicut cipressus. Rami ꝟo pene statim a radice modici velut brachia lateribꝫ inherēt. ¶ Picea minus ē alta q̄ larix: totis pāniculis minoribꝫ atq̄ graciliorib⁹: hz nucleos minimos ac nigros ꝓpter qd̄ greci phtirophoron eā appellabāt. ¶ In eadē quoq̄ nucamēta sunt maribꝫ cōpressiora minusq̄ roscida resina. Ut aūt pix exeat aperit picea a parte solari cū plurimū hiatu bipedali: vt a terra cubito cū minimū absit. nec ipso corpori partit: vt in ceter; qm̄ astula vel hastula in fructu ē. ¶ Verū hec terre proxima laudat. Altior amaritudinē affert. Postea humor oīs e tota confluit in vlcus. habetq̄ picea folia pūgētia nulloq̄ flore exhilarat: ꝑtinus em̄ fruct⁹ a floribꝫ gignit.

¶ Abies q̄dē circa solsticiū floret. Pinus et picea germinatiōe. xv. fere diebꝫ ꝑueniunt. Semē ꝟo ⁊ ipse post vigilias reddūt. Picea ⁊ pinus et alnus ad aq̄ꝝ duct⁹ in scobos cauant obrute terra plurimis annis durāt: cito ꝟo senescūt/si nō ītegant. ¶ Idē in li. xvij: Umbra piceaꝝ quacūq̄ attigerit ē venenū. Idē in li. xxiiij. Picea ex laricis folio trita et in aceto decocta/dentium dolori prodest. cinis corticū eius inter trigini et ambustis potus aluū sistit. ¶ Urinā mouet. Suffitu vuluas corrigit. Picea folia priuatim iocinori sunt vtilia: dragme pondere in aq̄ mulsa pota. Deniq̄ siluas illas dūtaxat q̄ pice ac resine gratia radant vtilissimas esse ptisicis autumantur. Vel his qui longa egritudine vires non recoligunt.

Caput.cccluiij

Pira. Isi.li.ety.xv. Pira videntur dicta.eo q̄ in speciē ignis sint formata Nā ab amplo incipiūt: ⁊ in angustū desinūt. Hec iumētis imposita etiā si pauca vehemēter onerosa esse dicunt. ¶ Palla.li.iij. Cōdiēda sunt pira ita. Die placito descendē te luna a.xxij.vsq̄ in octauā: eadē poma sicca ⁊ manu lecta hora secunda in quintā vel a septima in decimā.a caducis diligēter electa integra ⁊ ꝓpe dura ⁊ aliquāto viridia implicato vase claudunt.qd̄ operculo tegit ⁊ deorsuz os ei⁹ ei inclinat atq̄ obruit eo loco circa quē ꝑhennis aqua decurrit. Itē q̄ dura sunt in carne ⁊ cute prius in aceto posita vbi se mollire ceperint.infictile vas bene coctū picatūq̄ ponūtur.⁊ operculo superueniēte gipsant.⁊ vas breui scrobe demergit in eo loco qui quotidie sole tangat. Plurimi pira obruta inter paleas aut frumēta seruarunt.

Operationes

A ¶ Dyas.cap̄. de piris. Piri multe sunt spēs: sz stiptice oēs.vnde ad reumaticas passiōes cathaplasmatib⁹ adhibita faciunt.⁊ reuma cōpescūt. Elixatura eoꝝ ad oīa p̄fata iuuāt Et si ip̄a pira a ieiuno comesta fuerint abstinent ventrē. Et piri siluatici spēs sunt q̄ tarde maturescere possunt plus stiptici q̄ supradicte sz similib⁹ causis ꝓsunt.ꝑhibent q̄z aliq̄ fungos venenū amittere si cū piris fuerint

B cocti. ¶ Auicē.li.ij. cap̄.de piris. In ip̄is sūt terreitas ⁊ aquositas.⁊ in nr̄a quidē terra ē spēs q̄ dicit senabrud.⁊ habet magnā capacitatē.⁊ ē vehemēt⁹ rotūditat⁹ ⁊ subtilis corticis.est boni coloris quasi preuiū.quasi ip̄m sit aqua zuccari coagulata plurimū. sed non ꝓpter spissitudinē substātie boni odoris valde.qd̄ cū ab arbore sua cadit sup̄ terrā d̄struitur et isti sunt in quib⁹ nō ē nocumētū de spe

C cieb⁹ pirorū. ¶ Pira q̄ nominātur senia sunt frigida in primo.⁊ sic.in.ij. Serabrud vero sunt temperata humida.⁊ oēs spēs ei⁹ sunt stiptice intrātes in emplastris retentionis materieꝝ.⁊ q̄ndoq̄ abstergūt paꝝ.⁊ eoꝝ humor est plurimus ⁊ laudabilior humore po-

D moꝝ s̄m q̄ dixit rufus. ¶ Ea aūt que dicta sunt senabrud in terra Corasceni: absq̄ alijs dicta sunt lenitiua nature.⁊ boni chimi valde cōsolidāt vulnera.⁊ ꝓprie siluestria exiccata.⁊ sūt p̄paratiua stomachi.⁊ abscindūt tussim.⁊ sedāt colerā.⁊ stringūt ventrē.⁊ ꝓprie q̄

E sunt exiccata. ¶ Et in piris quidē est ꝓprietas faciēdi euenire colicā: quare oportet vt bibat post ip̄a de ydromelle cū specieb⁹ q̄ sūt

F vt piper ⁊ cynamomū ⁊ his similia. ¶ Et eorum rob cōuenit fluxui ventris colerico. Et nis speciei eoꝝ vehemētis stipticitatis.⁊ tarde maturatiōis ē.⁊ cura fungoꝝ mortificantium.⁊ q̄n isti fungi coquūtur cū piris minorat nocumentū eoꝝ. ¶ Sera.li.aggre. cap̄. G Cumechre.auto. Gal. Cumechre.id est pira Substātia ei⁹ est cōposita ex sub̄a terrea et aquosa. Et si vis potest aliter dici. q̄ vna.s. eius pars est frigida ⁊ alia tēperata.⁊ sapor piri est stipticus cū dulcedine aquosa.⁊ virtus piroꝝ est desiccatiua.⁊ cōglutinat vulnera sine aliq̄ mordicatione. Et q̄n comedit fortificat stomachū.et sedat sitim. ¶ Siluestre vero est magis stipticū.⁊ plus incoriat H ⁊ corrugat stomachū:⁊ ideo plus cōglutinat vulnera.⁊ prohibet fluxū humorū. ¶ Et idē J auto. Aben mesuay. Quādo quodcūq̄ totuz coquit vel domesticū vel siluestre cū fungis: aufert maliciā eoꝝ.⁊ maiora ex eis sunt fortioris virtutis q̄ parua. Parua aūt sūt nutribiliora q̄ citonia. ¶ Et rob piroꝝ abscin K dit fluxū colericū ⁊ excoriat stomachū. Et pira ꝓprie generāt colicam.⁊ oportet q̄ sumat post ip̄m vinū mellis factū cum specieb⁹.

Caput.ccclix.

Piper lati.arabice ⁊ gre.falfel. Ser. cap̄.falfel.i.piper. Et ē arbor nascēs in regionib⁹ Indie: hz semē qd̄ sui ortu est longū simile faseolis:⁊ elongat in for-

ma sua et est macropiper: et intra ipm sunt grana parua silia garguce: q̃ qñ maturant fit piper. ꝛ ꝟ q; separat ꝛ fit sicut racemus in quibo sunt grana pua. et sunt grana piperis Et qñ colligit pfecte maturũ ẽ piper nigrũ. sed qñ colligit ante maturationẽ est piper album. nã colo: eius ẽ albus. ꝛ nõ recipit in colore suo nigredinẽ anteq̃ maturat. et radix huius arboris ẽ similis costo. Eligẽdũ ẽ aũt ex nigro qđ est nouũ in q̃ ẽ res similis furfuri graue ꝛ plenũ. ⁊ albũ melius est illud qđ nõ ẽ rugosum albũ ꝛ graue. ꝛ lõgũ est eligendum illud qđ qñ frãgit apparet vẽsum: bũs grana q̃ sunt intra ipm inuicẽ iũcta. ꝛ acuti saporis mordicãs linguã cũ calefactiõe. Radix arboris hui⁹ vocat kalfanuen. ꝛ ẽ silis costo. defert ad nos ex terra Indie. ¶ Bal. vij. sim. far. caſ. piper ⁊ fm trãsla. no. Piperis radix costo maxime fm virtutẽ similat. Fruct⁹ vero ei⁹ qui q̃dãmodo germinat ẽ piper longũ. vñ ꝛ humidi⁹ existit maturo. signũ aũt est humiditat⁊ eius q; faciliter cũ imponit pforat. ꝛ nõ cõfestiꝫ mordet: ⁊ paulatim incipit. permanet ꝟo multũ. q̃ vero q̃si maturus fructus albũ piper ẽ. acrius ex̃is nigro. id eñ quasi sup assalũ ẽ. vtraq; aũt sufficiẽter calefaciunt ꝛ siccãt. Sapor piperis ẽ acut⁹. ꝛ illud qđ nõ maturũ ẽ. piper albũ ẽ. ꝛ ipm ẽ acutius nigro. ꝛ magis pũgens linguã. ꝛ ꝟ ẽ q; nigrũ. ꝓterea q; maturat. accidit q; nõ recipiat adustionẽ ꝛ desiccationẽ fortẽ. q; minuitur acuitas illa. q̃ q̃dẽ remanet in albo. Iste tamẽ due spẽs sunt desiccatiue ꝛ calefactiue fortiter. ꝛ fruct⁹ quidẽ ei⁹ qñ incipit esse est piper longũ. et ꝓter ꝟ accidit q; piper lõgus est humidi⁹ alio pipere. Et signus super ꝟ q; quãdo elongat ẽps super ipm corrodit ꝛ pforatur etiam qñ terit nõ inuenit tritor in pncipio sue cõtritionis pũctionẽ multã. ꝛ quãdo incipit mordicare. nõ appar⁊ mordicatio eius multa anteq̃ gustet. deinde remanet mordicatio eius tẽpore nõ paruo. sed piper albũ est melius stomacho alijs duabus speciebo.

Operationes

a ¶ Sera. Radix piperis cõfert colice ꝛ doloribus frigidis. Est ca. ꝛ sic. est bona colice. et vẽtositatibo ꝛ alijs doloribo fri. ꝛ ẽ silis costo fm virtutẽ. ꝛ piper nigr⁊ acuti⁹ ẽ albo. ꝛ albũ ẽ debili⁹ eo. ꝛ ꝟtus piper⁊ ẽ calefactiua: attractiua cibi. ꝛ puocatiue vrine: resolutiua ꝛ absterſiua obscuritat⁊ visus. ¶ Et qñ sumit in potu aut fit inunctio cũ eo. aut miscet in aliq̃ vnguẽto. cõfert rigoribo febriũ periodicar⁊. ꝛ cõfert morsibo venenat⁊. ꝛ expellit fetum. ꝛ potissime si in potu sumat vel assidue comedat. ¶ Et qñ fit nascalecũ eo post coitũ prohibet impregnationẽ. ꝛ hoc similiter facit assidue comestũ. Hã iter ꝓstat generale. ꝛ administrat in loboc ꝛ syrupis q̃ sunt cõuenientes tussi ꝛ doloribo pectoris. ꝛ fit linitio cũ eo ꝛ melle. ꝛ cõfert squinãtie. ¶ Et qñ sumitur in potu maxie cũ granis lauri aut folijs ei⁹ cõfert tortionibo vẽtris. ꝛ qñ masticat cũ stafisagria ꝛ cum passulis facit descẽdere flegma ex capite. ꝛ ipm sedat dolorẽ ꝛ cõfortat virtutẽ digestiuã. ꝛ digredit in cõfectionibo speciez quibo vtũtur sani in cõdimẽtis cibo rum ad puocandũ appetitũ. ¶ Et qñ miscet cũ pice resoluit scrofulas. Et qñ miscet cũ nitro abstergit morfeã. ꝛ nõ ẽ radix piper⁊ zinziber. sicut putauerũt quidã. immo radix ei⁹ ẽ silis costo. q̃ quidẽ calefacit ꝛ mordicat linguaz. ꝛ attrahit humiditatẽ ad os. qñ miscet cũ aceto. Et linimẽtum cũ eo resoluit apostemata splenis. ꝛ si sumit facit idẽ. ¶ Et idem auto. abẽ mesuay. Proprietas piperis est q; prohibet impregnationẽ. ꝛ maxime qñ sumitur post coitũ. ꝛ phibet tortiones ꝛ vẽtositates q̃ fiũt in stomacho ꝛ intestinis. ꝛ exiccat flegma viscosum qđ aggregat in pectore et pulmone ꝛ intestinis: et digerit cibũ. et nocꝫ febricantibo. ¶ Et si q̃s vrit multũ pipere. puocat vrinã. Et si vtat eo parũ. puocat vẽtrẽ Scamonea est cõtraria in ꝟ ꝛ facit hominẽ macre fieri. ꝛ desiccat sperma. Et ī pipere albo cũ acuitate sua est humiditas q̃ auget in spermate. et mũdificat epar ꝛ ventrẽ et pulmonẽ ꝛ stomachũ. et cõfert morsibo venenosis. ꝛ calefacit neruos et musc'os ꝛ plus oĩi alia re. ¶ Pau. caſ. de pipere. Piper ẽ calidũ in. iij. gra. sic. in. q. Vbi sciẽdũ ne aliq̃ errorꝫ materia repleant. q; in pũti litera. Sera. et Dyaſ. vident q; Galieno nõ modicũ discrepare q; piper nigr⁊ acuti⁹ est albo. ¶ Bal. vero ait. q; piper albũ acutius est nigro. ꝛ ꝓtera sicut ex verbis Dyascoridis bene intuentibus et auide est manifestum q; piper albuz est duplicis generis. ¶ Est quoddam piper album. quod fit quando grana minuta' que fuerunt in pipere longo incipiunt ingrossari. et vnum ab altero incipit separari: sed nõ factus ẽ botrus vel racemus. ¶ Est aliud piper album quod fit cum illa grana que fuerunt in predicto pipere albo fm debitaz q̃titatem fuerint aucta. et intra se toraliter separata. sicut que sunt posita in quodam botro vel racemo. et sunt propinqua maturitati. Primum vero piper album quoniam sapit adhuc naturam piperis longi. quia vicinatur participat adhuc de eius humiditate. cuius gratia non est multum acutum. Piper aliud album de quo diximus. quod est in medio inter maturitatem et pũ-

cipium generationis est satis acutum. quare cum removeatur et elongatur a pipere lõgo non participat humiditatem eius: et est acutius seipso cum venit ad maturitatem: propter quam amittit de eius acuitate.

D ¶ Et hoc idem videmus in fructibus acetosis que sunt in medio tempore acetosiores. hoc etiam in seminibus est videndum. scilicz Feniculis/sinapibus/et ceteris. q̃ sunt acutiores et calidiores qui sunt in medio tempore q̃ qui sunt in extremo. Sic ergo ad propositum piger nigrum acutius est albo: scilicet albo quod est in principio generatiõis. quia non habet multam acuitatem propter humiditatem quam participat: vt dictum est. ⁊ hunc respectum habuit Serapiõ et Dyascorides.

A ¶ Sciendum insuper q̃ in maiori quantitate inueniretur de pipere albo: nisi quia inficitur propter ignem. sed illud quod non cõtaminatur ab igne remanet album ⁊ non rugosum. quod non potest esse nisi modice quãtitatis: quia modicum est illud quod ab igne impressionem non recipit.

Caput. cccl̃x.

Piper. nigrum latine. arabice babelzelum vel grana zelem.

Operationes

¶ Sera. li. aggre. cap̃. babezellim. i. granum zelim: et est piper ethyopium vel nigrorum. et est granum pingue in magnitudine ciceris. et est citrinum exterius: album interius. et habet saporem bonum. defertur ex terra Barbarie. A

¶ Et illud quod nominatur in barbaria croin: est simile faseolis in forma sua. nisi q̃ grana eius et cortex eius sunt minora faseolis. habent nigrum colorem et acurum saporem sicut piper. et defertur similiter a terris nigrorum. et sunt ca. in. ij̃. gradu. bu. in. j. B

¶ Et confert dolori dentium. ¶ Auget enim in spermate. C D E

¶ Et faciunt bonum odorem ore.

Caput. cccl̃xj.

Piperelle latine. grece baerma. arabice baerinia. Sera. li. aggre. cap̃. baerinia. id ẽ piperella. ⁊ est figura sicut piperis minoris figura: nisi quia est in colore suo citrina.

Operationes

¶ Sera. In ea due sunt virtutes contrarie sicut frigiditas et caliditas. A

¶ Et idẽ auto. Aben mesuay. Baerina est granum paruz minus pipere. et est in eo citrinitas pauca et est odoriferũ: cuius odor est sicut odor ligni aloes. est calidũ et humidum. in eo est ab B

I sterſio parua. ¶ Idem prouocat vrinam mul
tam fetidam quando coquitur in vino et bi
bitur illud vinum.

K ¶ Et aufert propter hec fetorez aſcellor z fe
torem totius corporis. Et operatio in hoc ē
a tota ſua ſubſtantia. et quādo coquit radix
et bibitur. confert ſicut piper nigrum.

Caput. cclxij.

PIretrum latine. grece dentanos. ara
bice vero achiraraba. ſiue acharacha
raba. Sera. li. aggre. cap. Achirara
ba. auto. Dyaſ. Achiraraba. i. pirethruz. z eſt
planta cuius folia ſunt ſimilia foliis dauci
agreſtis aut maratri. et ſtipites ſimiliter ſi
cut ſtipites illius. et ſuper ſtipitem eſt coro
na ſimilis corone aneti. et habet radicem in
groſſitudine digiti. ¶ Aui. li. ij. cap. de pire
tro. Piretrum plurimum quod de hac plan
ta adminiſtratur eſt radix eius. melius eſt il
lud quod eſt acutum: mordificatiuus lingue.
z magnitudo eius eſt ſm quantitatē digiti.

Operationes

A ¶ Dyaſ. Pungit linguam quando guſtatur
punctione fortı et attrahit flegma. et iō quā
do coquitur cum aceto et fit collutio oriscō
fert dolori dentium. Et quando maſticatur
attrahit flegma:

¶ Et quando teritur et miſcetur cum oleo z B
inungitur prouocat ſudorem. et confert mē
bris ſuper que vincit frigus: et conſeruat
corpus a nimio frigore aeris ne noceat ei. et
amiſſione ſenſus et motus: et eſt eius iuua
mentum magnum in homine. et confert pa
raliſi et rigoribus febrium.

¶ Sal. viij. ſim. far. cap. de piretro plurimuz C
quod de eo adminiſtratur eſt radix eius. et
proprietas virtutis eius eſt proprietas adu
rens. et pungit linguam quando guſtatur
punctione fortı: et attrahit flegma.

¶ Et ſedat dolorem dentium qui fit a frigi D
ditate. et confert rigori febrium quando fit
inunctio cum eo diſſoluto in oleo ante a duē
tum paroxiſmi: et confert illi qui habet ſtupo
rem in membris ante relaxationem.

¶ Auicen. Piretrum quidam extimauerunt E
eſſe frigidum. ſed non eſt. immo calidum et
ſiccum in. iij. gradu. extrahit flegma maſtica
tum. et virtus eius eſt aduſtiua. Et prouo
cat ſudorem: cum ex eo cum oleo abſtergen
do inungitur corpus. ſi miſceatur cum oleo
et abſtergendo inungatur ex eo prouocat ſu
dorem. Fricatio facta ex eo et decoctione ip
ſius et oleo eius confert mollificationi ner
uorum antiquer ſtupori eorum. et prohibet
generationē alcuiuz ab eo in quo generatur
alcuzem vehementer aperit opilationes co
latorij. et conſtructionem narium.

¶ Et ei⁹ decoctio confert dolori dentiū. et p F
prie frigido. Et eius acetum confirmat den
tes motos ſi decoquatur cum aceto et tenea
tur in ore.

¶ Et quando fricatur cum eo corpus ante G
paroxiſmum rigoris cum oleo: confert rigo
ri facto cum febre et abſq; febre. Paulus. ca.
eſt ertic. in. iij. gradu. Maſticatum attrahit
flegma per os. et remouet dolorem et ſtupo
rem dentium.

¶ Auerrois. v. libro Colliget. cap. de Pire H
tro. Eſt ca. in. iij. et de ea adminiſtratur ra
dix. Conſtantinus libro graduum cap. Pire
trum. Piretrum eſt in. iij. gradu ca. z ſiccum
Linguam vrit. et flegma nimium attrahit.
Ideoq; dentibus valet de frigiditate et hu
miditate dolentibus.

¶ Alexander et Stephanus. Illud tritum I
et cum melle poratum. epilenticis valere te
ſtantur. Collo ſuſpenſum aut naribus appli
catum ſubuenit infantibus epilenticis. Cū
oleo mixtum et dorſo femineo inunctum an
te rigoris acceſſionem venire prohibet eam.

¶ Valet etiam paraliticis ac neruorum mol K
liciei de frigiditate z humiditate totius cor
poris. Deniq; in corpore toto ex eorum per
unctio prouocatur ſudor.

L ¶ Plate. Piretrũ est satis cõis herba in .iij. gradu ca. et sic. Radix eius in medicinis ponitur. q̃ in hyeme colligit. ac per annos quinq; se ruat. Piretrũ debet eligi contrinuum ⁊ nõ perforatũ sapore hñs acutũ. et cum frangitur nõ pulverisat. Acumen ei⁹ nõ statim ꝑcipitur: sed debet aliquantulũ masticari ⁊ in ore teneri. Quod cõtingit propter ei⁹ leuitatem vel substantie soliditatẽ. Virtutẽ habet dissoluẽdi/consumendi et attrahendi.

M ¶ Gargarisma factum ex vino dulci decoctionis eius. cerebrum a superfluitate flegmatica mundificat. ⁊ humores vite consumit.

N ¶ Inter dentes masticatũ dolorẽ tollit dentium: et stomachi reumatismũ. Masticatum quoq; lingue paralisim soluit. Contritũ in vino ⁊ oleo decoctũ ⁊ ad loca paralitica ⁊ podagrica cathaplasmatũ valde proficit.

Caput. cccl xiij

Pinus latine. grece Calidarischohia vel azet. Arabice cinobar. Sera. lib. aggre. cap. Cinobar. i. pinus arbor. Et est masculus ⁊ femina. Masculus nominat azet vel cinobar: et non facit fructuz magnũ: sed de sudore extrahit pix: vt patet in litera pix. et ibidem inuenies eius virtutẽ et cũ ligno fit lumẽ. ⁊ est illud quod vocatur teda vel zappinus. Et femina est illa q̃ facit fructũ magnum. ⁊ de ea est magna ⁊ parua. ¶ Et idẽ auto. Gal. Minor est in sapore sicut sapor maioris. ⁊ est in ea aliquãtulũ amaritudis ⁊ acuitatis. et virtus eius est calida cuz acuitate. ¶ Et idem auto. Aben mesuay. Magne ex pinis sunt calide in .ij. gradu: sicce in .j. Que cũ bibunt cum rob mũdificãt humores grossos ⁊ viscosos q̃ sunt in renibus ⁊ vesica. ¶ Et idẽ auto. Dyas. Calidaris vel calicarz ẽ fruct⁹ pin⁹ maior: ⁊ nomiat cochia.

Operationes

A ¶ Sera. Pinus maior confert saniei in pectore: et omnibus quibus conuenit educi saniem a pectore. et facit exspuere sanguinem. et quando infunditur in aqua: recedit acuitas et punctio que sunt in eo: et elongatur a mordicatione. Et tunc est conglutinatiuus: et medius inter qualitatem calidam et frigidam: et inter substantiam aqueam et terream: et substantia aquea in eo est pauca. sed fructus quantũ ad nutrimentũ est dure digestionis: ⁊ nutrit corpus nutrimento forti.

B ¶ Idem auto. Dyas. Quando comeditur et bibitur cum semine cucumeris et rob' prouocat vrinam. et confert ardori renum et vesice Et quando bibitur cum succo portulace: sedat mordicationem stomachi: et reddit debilibus fortitudinem confert destructioni humiditatis.

C ¶ Et quando accipitur ex fructu pini sicut recens et teritur et coquitur cum rob. et accipiuntur de ipsius decoctione. ʒ. iiij. qualibet die confert tussi antique et vlceribus pulmõis

D ¶ Idem auto. Galie. Minor ex eis nominatur calidaris. Virtus eius est calida et abstergit. sapor est stipticus/amarus/acutus/ et confert sputo venienti a pectore et pulmone. et est stiptica. et confert tussi et doloribus pectoris. quando sumitur sola aut cum melle.

E ¶ Et idem auto. Aben mesuay. Magne ex pinis sunt calide in .ij. gradu. sicce in .j. Que quando bibuntur cum rob: mũdificant grossos humores et viscosos qui sunt in renibus et vesica: et confert saniei eorum et lapidi. Resina eius desiccat et calefacit: et est dyaforetica. Pro qua lege capitulum resina.

F ¶ Et idem auto. Gal. Cortex et folia pini q̃ est minoris. que est nominata calidaris. habent in se virtutem stipticam. que curat tenasmonem quando apponitur sicut emplastrum. et non est medicamen melius in hoc. et quando bibitur stringit ventrem. et est cõferens combustioni aque bulientis. et similiter cortex illius speciei que dicitur cochia. et est masculus consimilis in virtute: nisi qz

virtus est et debilior virtute illius. sed folia istarum arborum que quia sunt magis humida cortice ipsarum: habent in se virtutem qua incarnant percussione.

G ¶ Sed pini magne. Virtus foliorũ ⁊ corticis est fortis in om̃ibus istis: sed fumus qui eleuat a ligno pini confert multuꝫ fluxui piloruꝫ palpebrarum: et corruptioni lachrimarum: ⁊ cursui lachrimarum ab eo.

D ¶ Cortex arboris pini minoris ⁊ cortex cochie et est acꝫ: om̃es sunt stiptice ⁊ cõferunt patientibꝰ tenasmonem quando terit̃ ⁊ pulverisatur supra locũ: ⁊ quãdo de ipsis miscetur cum litargiro ⁊ puluere olibani confert vlceribus que apparent in corpore ⁊ cõbustionibꝰ ignis: ⁊ quando conficit̃ cũ cera dissoluta cuꝫ oleo mirtino: cõsolidat vlcera que dicuntur formice ne augeantur in corpore. ⁊ fit cum eo fumigium matrici: et expellit fetum mortuum et secundinam. Et quando bibitur stringit ventrem. et mouet vrinam.

I ¶ Galienus. vij. simplicium farmacorum capitulo de pinea. ꝑm translationem grecam. Comi fructus. id est pinea quam scrobiliam nominant tota quidem viridis. habet quid amaritudinis et acredinis. et propterea quidem empicis et alijs quicunqꝫ indigent ea q̃ ꝑm pulmonem ex torace faciliter extussire ⁊ expurgare idonea est: esibilis vero fructus eius. Est quidem cibus difficile digestibilis et fortis. est autem vt farmacum. et ad leniẽdum asperitates idoneũ et maxime quando in aqua infusus: disposuerit in eo totam q̃ntam habet acredinem. Reliquum enim omne immordicacissimum fit in medio enim calidum et frigidum equaliter cõsistens ex aq̃sa et terrestri substantia habet erasim: acetosa autem minime participat.

K ¶ Et idem in libro de cibis capitulo de pinea. Magne ex eius euchimie et grosse chimi generatiue. Et ideo nutriunt corpus nutrimento forti. non tamen bene digestibili.

L ¶ Auicenna libro. ij. capitulo de pino. Virtus corticis maioris fortior est. Et cortex eiꝰ que nominatur sufine est debilior. In cortice eius est stipticitas plurima. et vermis qui existit in ipsa est in virtute cantaridis. Cortex eius confert vlceribus cordicalibus. ⁊ in ipso est virtus consolidatiua. et in cortice ipsius est de stipticitate quod peruenit ad hoc vt sanet abrasionem quando super ea ponitur vt emplastrum.

Caput. ccclxiiij.



Pimpinella. Pandecta. Pimpinella est herba multum similis saxifrage. ℣. Pimpinella pilos saxifraga non habet vllos.

Operationes

¶ Virtus eius est que abstergit et fortificat et mundificat epar et renes quando in eis sunt opilationes. A

¶ Quando bibitur de radice eius quantitas amigdale a mulieribus que non bene purgantur in partu mundificat eas per mẽstrua. B

¶ Et quando bibitur cum vino: confert dolori ventris et ictericie. et dolori vesice et renum. C

¶ Et quando coquitur cum vino et bibitur stringit ventrem. Et quando bibitur ex semine eius cum vino stiptico conferunt fluxui ventris. D

¶ Radix pimpinelle preseruat a peste masticatam. et in collo suspensum. Item abstergit vestigia nigra in cute. Confert podagre. E

¶ Radix pimpinelle masticata longo tempore apparet in ea acumen cum pauca amaritudine et cum acredine. propterea igitur diuretica et vrinarum prouocatiua. F

Caput. ccclxv.



Peridemõ. Pan. Peridemõ grece vel liceos vl' exacantõ. arabice grimath. latine Caprifoliũ. i. mater siluarum.

Operationes

A ¶ Dyas. cap̃ liceos vel excantõ fo. sunt busso similia atq; spinosa. grana ei⁹ virida. ⁊ cũ maturauerint cerasis sil'ia. Nascit in siluosis locis cui⁹ fo. et grana ⁊ radix in vnũ cõtũduntur. ⁊ cũ aq̃ dulci coquũtur vsq; ad grossitudinẽ. Hec aq̃ est desiccatiue virtutis: ⁊ ex cõtrarijs cõposita. qr. s. est extenuatoria: digestoria ca. et fri. stipticã hñs vim: et ideo dyaforesim facit. ¶ Facit aũt ad herpetas: ⁊ ad vlcera epatis et ad parotidas. et putrida vlcera ex succo fructus eius fit licium. pro quo lege capi. licium superius de L. cclxv.

B

Caput. cccl xvj

Pinaria latine. grece scalones. arabice Haixoff. Ser. li aggre. cap̃. Haixoff est ex speciebus pineaꝝ. fo. eius sunt similia cameleõte albe: nisi quia sunt nigriora. et habet virgam longam folijs plenam. et super ipsum est capitellum spinosum et habet radicem nigram et grossam et est q̃ de ipsa planta administrat. Gal. Virtus ei⁹ est q̃ calefacit in. ij. gradu in vltimo eius ⁊ in principio scõi: ⁊ desiccat in. iij. Plãta illa comeditur recens sicut sparagus.

Operationes

¶ Gal. Prouocat vrinam multam fetidam qñ coquit in vino ⁊ bibitur illud vinum. A

¶ Et qñ coquitur radix et bibitur. aufert fetorẽ asellaꝝ et fetorẽ totius corporis. B

Caput.cccxvij.

Psillū latine.grece piperſillū.arabice bazaracbona vel beſtercaton. Serapion.li.aggre.cap.Bazaſacbona. auto.Dyaſ.Bazaracbona.i. pſillū:ē herba bñs folia pilosa.tgas bñs lōgas mēſpraruius palmi ⁊ tota herba pilosa.Et exit⁹ ramuloꝝ coꝝ ē a medio vbi sunt in ipa capitella duo vel tria rotūda.in quibꝫ ē semē simile pulicibꝫ nigrū ⁊ duz.⁊ ē illō qō ex eo admiſtratur. Gal.viij.sim.far.circa finē.cap.de pſillio ſm trāſla.gre. Pſillū semē ei⁹ maxie vtile ē ex ſcōō gradu infrigidantū:ex cōpletiōe vero q̄ ē ſm ſiccationē ⁊ humectationē mediū est quoddā moderatū. Dyaſ.ſm trāſla.gre. cap.de pſillio. Piperſillū aūt quinnofolion quē ſiculi dicūt criſtallū. aut ſquinnomelia: folia hz carnopodion ſilia ⁊ aſpera. Virgaz habet duobꝫ palmis longā cui⁹ frutex pilosus ſpinoſa ē.coma ei⁹ a medietate icipit virgę.in q̄ capitella duo vel tria ſunt cōtricta. in quibꝫ ſemen est pulicibꝫ ſile nigrū et duz. naſcit in cāpis. Aui.li.ij.cap. de pſillio. Pſillium quidē ē duoꝝ modoꝝ hyemale ⁊ eſtiuū. et potio cuiuſlibet coꝝ ſit pōdus.ij. z.melius est illud qō est magis groſſum.qō ſubmergit in aqua fri.est ⁊ bu.in.ij.gradu. Plu.capi.de pſillio. Pſillū herba ē ſilis ambre:hz ſemina ſicut semina lini ſed minora ⁊ ſubnigra q̄ſi tē dentia ad purpureitatē.quoꝝ semē est melꝰ qō ſubmergit in aqua.dicta est herba ſic. eo q̄ semē ſimile pulici habeat. et ideo iſta herba ſic dicit infra a quibuſdā pulicaris: eo q̄ semē factū est ad ſimilitudinē pulicis.vñ pſillos.i.pulex. Jo.me.cap.de pſillio. Pſillū est de alterantibꝫ cōpletionē ⁊ ſolutionē faciētibus.⁊ ei⁹ ſolutio fit ꝑ ſtrictionē ⁊ abſtrictionē. Ei⁹ aūt aliud est albū.aliud ſubnigrum.aliud ad purpureitatē declinās. Melius est qō ē cōpletū ⁊ groſſum.⁊ ē grauius ⁊ ſubmergit in aqua.cōpoſitū ex duabꝫ ſubſtantiis q̄ ſeparari poſſūt.inter quas ē cortex ſeparās. Est eñ duplex in coſtātia.ſ. Medullaris.⁊ ē in ſubſtātia expanſa ſupra corticē ipius.ſubſtantia aūt interior medullaris ca.ē ⁊ ſic.in. iij.gradu.⁊ est acuta vehemēter.inciſiua:rubificatiua ⁊ vlceratiua:⁊ est de genere veneni. Subſtantia aūt eius exterior ſupra corticē est ex multū infrigidantibꝫ. Et dixit. Ruffus. Est frigi.⁊ hu.in.ij.gradu:⁊ exceſſit. Et dixit Dyaſ. Est in ſcōo.⁊ est verius. Inquit eñ hypocras in epidimijs. Nō ei eleuat res frigida inuicta cū humida ſupra ſcōm gradū Et dixit Gal. Humida res nō trāſgredit metam vſq; ad quā potest extēdi regimē hominis. ꝑt qō nō inuenim⁹ humidū esse cauſaz doloꝝ inquātū humidū ſed inquātū pōt esse cū materia:q̄ quātitate ſua mouet ad ſolutionē cōtinuitatiſ. qō ex eo cōqnaſſatū ē cū aq̄ fontium frigida.⁊ fit muſcilaginoſum ⁊ bibit ſicut est ⁊ ꝑprie cū oleo violaz aut ſyrupo violaz ſoluit vētrē.ſd aūt ex eo ſtrictū ē ⁊ cōquaſſat cū oleo roſaz:est medicina fluxus vētris ⁊ diſſinteric. Cōtritū aūt nullo mō potui ꝑpinandū est. occultat eñ cōtritio ſubſtātiam ei⁹.medullarē vlceratiuā ⁊ excoriatiuā

Operationes

¶Serapion auto. Dyaſ. Habet virtutem infrigidatiuam quando fit emplaſtrum cuz eo.et oleo roſarum et aceto et aqua. et conuenit doloribus iuncturarum. et apoſtemati- bus que fiunt in radice aurie et concuſſioni neruorum. A

¶Et quando fit emplaſtrum ad ramicē puerorum.et ad eminentiam vmbilici infantū: curat eos. et conuenit ad ſodam cum oleo roſarum et pauca aqua et aceto. B

¶Et quando oportet ex eo fieri emplaſtrū: accipiatur de eo quātitas aliqua et teraf ⁊ infundatur in aqua.⁊ quando inſpiſſata fuerit:aqua ipſa non extendatur:et fiat emplaſtrum;quoniam ipam infrigidat infrigidatione fortiter ſtringit et aufert lacrimas oculoꝝ.et cōuenit obtalmie calide ⁊ doloꝝ capitis quando infunditur in aqua limita penna.fronti apponitur.et quando aqua ei⁹ bibita cum zuccaro:extinguit feruorem acutarum febrium et ſitim:et ſoluit ventrem. C

¶Et idem auto. Aben meſuay. Sedat dolores pungitiuos ventris.et lenit aſperitatez vlcerum et intestinorum.et abſcindit tenaſmon et conuenit doloꝝ capitis qui fit a caliditate et ſuccus foliorum eius est ex medicinis laxatiuis propter frigiditatem et humiditatem que ſunt in eo.⁊ cura nocumenti ei⁹ est cum medicinis ca.et ſic. D

¶Et idem auto. Habit ſemen pſillū est ſicut coriandrum humidum. quando datur ex eo parum.ſedat inflationem colere:et ebulitionem ſanguinis ca.⁊ aduſtionem ſe.calidarū acutarum. Et ſi datur in potu de muſcillagine eius conuenit habentibus birſen:⁊ ſedat ſitim coꝝ magnam:et laxat quidem ventrem E

¶Et ſi datur in potu crudū ⁊ aſſatum ſtringit ventrē ſimiliter etiam faciunt ſemina lini et ſemina marrubij.⁊ grana mirti:et ſemen portulace:⁊ ſemen oximi.laxant eñ cruda et ſtringunt aſſata. Et quantitas eius q̄ datur de pſillio est.z.ij. infuſo in aqua donec egrediat muſcillago eius:⁊ bibatur cum zuccaro albo aut cum iulep. F

¶Et folia pſillij q̄n do emplaſtrantur ſuper aſpera in principio G

aperitionis eorum refrigerant ea. et si pote
tur ex eo parum: conuenit egritudinibus q̄
fiunt a sanguine. et nimis ex eo acceptum in
ducit sincopim in ore stomachi: et forasse oc
cidit: quoniam nimium ex eo est venenum.

B ¶ Et cura eius est q̄ detur in potumel bulli
tum cum aqua calida ꝛ aqua aneti sicci. Jo.
me. Psillium conquassatum cum aqua frigi.
sicut diximus solutione educit coleram. et
conuenit fe. multe inflammationis. et siti ve
hemente ca. et sedat inflammationem spiri
tualium: et lenit pectus.

J ¶ Et conquassatum sicut diximus conue
nit fluxui colerico et dissinterie: et fluxui mē
strualium: et proprie post potus scamonee et me
dicinaꝝ acutaꝝ. Dosis eiꝰ ℥.ʒ.j. vsq; ad tres
timeat aūt ipm habēs debilitatem visceꝝ.

K ¶ Aui. Quod ex eo frixum et inuolutum in
oleo rosarum stipticum est et sedat dolorem
more emplastri superpositum cum aceto. Ad
ministratur etiam conquassatum cum aceto
super apostemata calida: et formicam et he
risipilam. et proprie que sunt sub aure et sup
flegmatica: fit ex eo emplastrum tēsiui ner
uorum: et ipsoꝝ spasmo et podagre. et dolo
ribus iunctura rum ca. cum aceto ꝛ oleo ro
sarum conuenit siti vehementi colerice. eius
quod ex eo frixum est pondus. ij. ʒ. et inuolu
tum in oleo rosarum stringit et conuenit diss
sinterie: et proprie infantium: et quod ex ipo
muscillaginosum est. et ipsa muscillago ipsi
us cum oleo violarum soluunt. si bibatur et
tunc sedabit inflammationē febrium acutaꝝ.

Caput. cclxviij.

POlegium. Dyas. Polegium omnib⁹
est notum. Huius virtus termantica
est. Ex berbario. Polegium mascu
lus est et femina. Masculus florem habet al
bum. Femina rubeum vrūq;. Pla. Polegiū
calidum est et siccum in. iij. gradu: cuius vir
tus consistit in folio et in flore. Tempore flo
rum colligitur: et per annum seruatur.

Operationes

A ¶ Dyas. Polegium calefacit nimis et exte
nuat de torace et pulmone pingues et visco
sos humores facile per os spuere facit. Nau
seam et morsum stomachi cum pusca bibitū
separat nigrā colerā per ventrem deponit.
cū vino bibitū morsibus venenatis occurrit

B ¶ Siccum et combustum ginginas confir
mat cum polenta adbibitum omnibus tu
moribus vtile est. Solum impositum mede
tur podagricis.

L ¶ Ceroris mixtuꝝ papulas limpidat. Sple
neticis impositum cum sale prauos humo

res eurit. In balneis infricatum prurigi
nem tollit. Fomento tumores stericos miti
gat. Odor eius nauseam prohibet.

D ¶ Tussientibus prodest. et est diureticū val
de. Huius genera duo sunt. scilicet mascu
lus qui florem generat album. ꝛ femina pur
pureum.

E ¶ Pla. Polegium valet contra frigidum
reuma. Vinum decoctionis eius contra fri
gidam tussim ex glutinoso vel aquoso humo
re. contra dolorem stomachi ex frigiditate
et ventositate.

F ¶ Ex berbario. Si infans in vtero mortu
us fuerit. huius tres rami recentes triti: et
in vino veteri potati mire sanāt. Valet ꝛ ad
vesice vel calculi et ad cordis pectoris: sto
machi: toracis ve dolorem.

G ¶ Plin. xx. Magnā est cum mēta societas
ad recreandos animo defectus. Ad oris vl
cerationes et ad tussim efficax habeturi

H ¶ Flos recentis incensus pulices odore ne
cat. Ad hyemem cum sale est vtile. Estate ca
lores sedat.

J ¶ Dacer. Feruida pulegii vis siccaq; dicit
esse. Tertius a medico datus ē gradus huic
in vtroq;. Sepius banc berbam si pregnās
sumit abortit. Menstrua deducit cum vino
sumpta repente. Nocq; modo tardas bec ex
trabit berba secundas.



Caput.cclxix.

Populus arbor. Pande. Populus arbor duas hz spēs. vñ Dyas. duo facit cap̄. Unū sic incipit. Populus q̄ leuce dicūt ꝛc̄. Aliud Agrios.i. Populus arbor quā alij leuce vocāt ꝛc̄.i fi.ca. Aliq̄ inq̄t perhibent arboris eius lacrimū in oridanū distillatū succinū facere.i.karabe ꝛc̄. Auicē. silr facit duo cap̄. Unū q̄ incipit haur romanum volens dicere agiros: vt Dyas.dt. Alid akirosa. Plini.tria genera populi facit.alba nigra.et que limbica vocat minima folia nigerrima alba folio bicolor superne cādicās: inferiori parte viridi hinc.nigra que inuenta circinater otūditatis. fo.sunt vetustiora in angulos exeunte econtrario edere angulosa rotundant. Isi. Populus dicta est:eo q̄ ex eius calce multitudo nascat. Cuius gen⁹ duplex. Nā altera est alba.altera.nigra Alba populus dicta est:quia fo.eius vna parte sunt alba.altera viridia. Est ergo bicolor hñs quasi noctis ꝛ diei notas. Generat etiā resinā:q̄ electrū nominat circa oridanuz fluuiuz.vel vt alij memorant in finib⁹ syrie. Ambrosius. Bicolor est populus arbor videlicet coronis vmbrosa victricib⁹. Pli.li.ij. Montes amat populus sicut ꝛ buxus. nec nisi in aquosis ꝓuenit populus.sicut nec salix nec alnus. Unitas ꝟo foliorꝫ cuiusq̄ ꝑmanet in suo gñe.p̄ter q̄ populo ꝛ edere. Tria sunt populi genera:vicz:alba ꝛ nigra ꝛ q̄ libica appellat minima folia ac nigerrima fungisq̄ enascentib⁹. Hec etiam mens est. Auicenne et aliorum autorum.

Operationes

¶ Dyas. Populus arbor calefacit et humectat mediocriter. Huius cortex bibita isthiadicis medetur et strāguirijs subuenit. Multi etiam dicunt q̄ eadem bibita cū rene vel vrina burdonis generare non permittit. A

¶ Eius folia bibita post purgationem menstruorum simili modo cōceptum non admittunt. Succus foliorum eius doloribus aurium subuenit. B

¶ Succus seminis eius melle mixtus caligines oculorum detergit. Item folia cum aceto cathaplasmata podagricis medent. C

¶ Semen vero cum aceto bibitum epilenticos curat. Resina eius virtute calidior est.ꝛ malaginatibus vtiliter miscet. Aliqui etiā perbibent huius arboris lacrimum rodanū distillatum et coagulatum succinum facere. quod tritum ac bibitum solutiones ventris constringit:et stomachum reficit. Aut fluorem sanguinis reprimit. D

¶ Con. Populus ca.est et sic.in.j. gradu. aliquantulum habens ponticitatis. Coleram rubeam purgat. Prodest eis qui dolorem habent in capite.aut apostema vel ydropisim. constipatos etiam ventres purgat. E



Caput.cccxx.

Polipodiū latine.grece dipteris.ara-
bice bisbeyg.vel bisterel felicica. Ser. li.
aggre.cap̄.bilbeyg.auto. Dyas. Bis-
beyg.i. polipodiū est plāta nascēs in rupib
z in sacis z in muris humidis antiqs z sup
stipites.z iuxta radices antiquaz arborum
maxime quercus.cuius longitudo est vnius
palmi.z est similis herbe decē baracos.z sup
ipm sunt pili.z ē alta.sz nō ē exaltatio ei⁹ sub
tilis sicut baracos.z hz radices sup quas sūt
pili a qua egrediūtur rami.z radix ē silisani
mali quatuordecim pedū. qō nominat scola
ca.i.scolopēdria et grossitudo eius est sicut
digitus.z color ei⁹ interius est viridis ad al
bedinē declinis et dulcis saporis.z est illa q̄
cedit in vsum medicine. Dyas.cap̄.de polipo
dio. polipodiū nascitur in parietib humec-
tis z circa radices arboz vetustaz in quer
cubus. Radices sunt illi aspere et illigate si-
cut polipus.grossitudinē digiti bītes. Ro-
sa vero deintus viridis z subalbida apparet
pli.cap̄.driopteris vel dipteris in arboribo
nascitur filici similis tenui folioz sub dulciū
incisura radice birsuta z̄. Hoc nomen vide
tur cōpositū ex drio quod est quercus. et pte
ris que est filix. driopteris scripsit Strepha
nus. et aliqui dicunt q̄ vocatur filix mascu-
lus. sed filicē femina inuenies superius de.f.
in cap̄.cc. Galie.viij.sim.far. cap̄.de polipo-
dio. in sapore eius est dulcedo et stipticitas.
Virtus eius est que desiccat desiccatiōe fo-
ti sine mordicatione. et est laxatiua. et habet
vim putrefactiuam vnde et pilos nudat.

Operationes

A ¶ Jo.me.cap̄. de polipodio. polipodiū ē ra
dix plante.cuius ortus est sup arbores et su
per lapides. Et vocauit eā grecus filicē ar-
boris. et illud q̄n nascitur in lapidibus hu
miditatē hz superfluam indigestā faciēs vē
rositatem. subuersionem et nauseam. Verus
melius ex eo est arborum. et q̄rie q̄n nasc⁹
super arborem porrinum glandes et est cuz
proprietatibo bonis. et proprie quod est gros
sum solidum et nodosum. et cuius color par-
ticipat aliquid nigredinis ac rubedinis: sed
parum. et cuius confractum est sicut color fi
stici. et in quo ē aliq̄d ex aromaticitate aliō
est in cui⁹ sapore ē dulcedo cū insipiditate de
relinquens in gustu aliquid ex amaritudine
B vltimo. et quod est recens. ¶ Et idem auto.
Dyas. ca. est in.iij. sic. in.ij.. Et idez. auto. Ba
li. ca. est. z sic. in.ij. resolutiuz humiditatum
grossarū ac viscolarū. et exiccatiuū. z abster
siuū et resolutiuum. et est ex maxime desiccā
tibus extenuantibus cōpus. z facit subuer
sionem et nauseam. et est eius operatio debi
lis et tarda. et rollitur ab eo nocumentum p̄
mum. administrando illud cum aqua mellis. £
et aqua passularum et or. ¶ Et idem auto. Ja
may coquitur cum iure gallorum et gal
linarum: et fit solutiuum bonum. et similiter
cum aqua caseī. z fit solutiuum conueniens.
et auferunt ei nocumentum secundum. si ad
miscetur ei aliquid de confortantibus sicut
sunt semina redolentia. et species sunt sicut
daucus proprie et anisi. et semen feniculi zin
ziber z similia: decoctionem autem sufficien
tem sustinet. ¶ Sera. auto. Dyasco. Habet D
virtutem soluentem. datur vero cocta cum
iure gallinarum. et oleribus aut cum pisci-
bus et cum mulsa aut sicla aut similibus. et
melancoliam et flegma deponit. Larba plas
matibus adhibita condilomata aut soluit.
et quando desiccatur et teritur et datur in
potu cum mellicrato purgat flegma et me-
lancoliam. et quando fit emplastrū cū eo cōfert
attritionibus neruorum et scissuris digito-
rum et emorroidibus. ¶ Et idem auto. Abē E
mesuay. proprietas eius est purgare melan
coliam. et flegma sine punctione et malicia.
et melius ex eo est citrinum. cuius sapor ver
git ad compunctionem et grossitudinem et
dulcedinem. et grossitudo eius est sicut digi
tus. Et qui vult ipsum sumere. decoquat in
aqua sicle decocte. et postea bibat. quando
autem vis ponere in decoctiōe non oportet
vt rectifices ipsum aliter nisi q̄ teratur. et
misceatur cum eis. Dosis eius decocti aut
infusi est a.z.ij. vsq̄ ad. v. et sine decoctione
aut sine infusione a.z.j. vsq̄ ad.ij. ¶ Et idem F
auto. mesuba. proprietas polipodij est pur-
gare leuiter melancoliam. et bibitur simpli-
citer cum zuccaro. aut mixtum cum aliquib
decoctionibus aut confectionibus. et inge-
niati sunt aliqui medicorum ad illos qui nō
poterant aliquas medicinas accipere. proij
cere ipsum tritum in aliquibus cibis ipsoz
et purgat leuiter melancoliam. Dosis eius
simpliciter cum zuccaro est.z.ij. decocti autē
cum medicinis.z.iij. ¶ Jo.me. Solutione G
educit coleram nigrā cum facilitate. et gros
sum flegma et muscilaginosum et materias
iuncturarum. et confert colice. fm omnē mo
dum administrationis eius et duricie splē-
nis. et proprie cum epithimo et sale indo.
¶ Et confert ad febres melancolicas. et pro H
prie cum aqua mellis. et sanat scissuras que
sunt in manibus Dosis eius est a.z.ij. aureis
vsq̄ ad.iij.
¶ Auicenna in libro de viribus cordis dicit I
q̄ confortat cor.

Caput.ccclxxj.

Policaria latine.grece coniza.arabi. gafir.Dyas.cap.de coniza.alia ē maior atq; odore grauior.alia parua et odore iocunda.inter has alia ē media granabilioris odoris.quaꝝ prima appellata ē coniza lata siue vanitis.velvt latini armētalis Itē secūda vocat etiā laba notis.siue vt latini piper marina vel siriscarus.media appellat etiā coniza casaleos.siue vt latini thim⁹ minor.maior aūt ⁊ minor coniza hn̄t folia similia oliue sed aspera ⁊ pinguia ⁊ viscosa minoris vero fo.odorata sunt maioris grauis odoris.q̄ etiā in frutice maior est.virga maioris est lōgitudinis cubitis duobꝫ.minor vero vnius pedis lōgitudine porrecta ē.florez fragilē et mellinū habēs colorē.et amarū saporē.⁊ cū floruerit velut capillos fac̄.Radix est illi inutilis.¶ Gal.vij.sim.far.cap.Coniza.i.policaria tā maior q̄ꝫ minor sil̄is sunt cōplexionis ⁊ virtutis.in gustu quidē acres ⁊ amare apparētes.calefaciūt valde.a parte fructuosa ē planta.Est autē ⁊ tertia species policarie in humidioribꝫ locis nascēs fetidior ambabꝫ ⁊ debilior.s̄z due prime dicte tres gradus sunt in calefaciēdo ⁊ siccādo.

Operationes

A ¶ Oīs fruct⁹ cū folijs suis fumigio adhibita supposita venena longi⁹ arcet aq̄ ei⁹ spersa pulices necat. Folia ei⁹ cathaplasmatibꝫ adhibita morsus venenatos mitigāt. Vulneribꝫ ⁊ pustulis medicant. ¶ Flores ei⁹ ⁊ folia cū vino bibita mēstruis imperāt. Aborsum faciūt/vrinā ꝓuocāt.Tortionibꝫ subueniūt. ¶ Ictericis bn̄ adhibent. Cū aceto bibita epilētic̄ ꝑstāt effectū. ¶ Elixatura vero eoꝝ fomēto adhibita causas matricis cōponet. ¶ Succ⁹ eius supposit⁹ aborsum facit.oleo mixta ⁊ ꝑuncta tuta corpora ꝯ frigora ꝑuat.mior ꝟo iposita ⁊ ea cathaplasmatibꝫ adhibita dolorē capit̄ mitigat.media ꝟo coniza hastā hz grossam ⁊ leniafolia.et paulo maiora. Maior veroñ pinguia nec maiora hz folia.sed grauē iactātia odorē gustum suauē ⁊ inutilē omnibꝫ. ¶ Viperas ⁊ serpentes fugat.Et vulue vitia remediat.maior et minor coniza calefacit ⁊ desiccat.decocta igitur in oleo ad periodas febriū ⁊ typos ⁊ maliciosos rigores ꝑuncta facit. ¶ Flos cū folijs in vino potat⁹ fetus extrahit.⁊ vehemēter mēstrua purgat. ¶ Gal. Si quis folia cū mollibꝫ ramusculis apposuerit alicui particule siue decoq̄ns oleo vtat ea. ¶ Videt āt ⁊ rigoꝝ q̄ ꝑm periodū alleuiatiuū huius oleū. Flores aūt eoꝝ sil̄is ꝟtut̄ sūt. ¶ Quo circa q̄dā ⁊ hos cū folijs terētes oleo ꝓpināt ḡtia mouēdi mēstrua violēt ⁊ educēdi embriōes.

B C D E F G H J K



Caput. ccclxxij.

Poligonia. Pādec. Poligonia a goni qđ est genu. Nā multi geniculatā ⁊ cē tū nodiā vocāt: seu a goni qđ est semē Nā Dyas. Policarpos vocari dicit qđ magꝫ est credendū: et hec sanguinaria ⁊ corrigiola a multis vocat: ⁊ est q̄ virgā pastoris aravo cāt: vt patet ꝑ cōcordiā Dyas. cap. de. poligonos. ⁊ Aui. ca. de virga pastoris.

Operationes

A Dyasc. Poligonos masculus herba ē v̄gas hñs teneras molles ⁊ multū nodosas et expansas sup terrā sicut agrestis: folia hꝫ rute silia: sꝫ oblōga ⁊ molliora: ⁊ semē in folijs singulis: vnde et masculus dicta ē flos ille albꝰ

B et feniceus. ¶ Poligonos vero femina frutex ē vnā v̄gā hñs mollē ⁊ cānosaꝫ/spissam ⁊ nodosaꝫ: in q̄bꝰ nodis folia sunt pini similia. Radix ē illi inutilis: in locis nascit humidis

C ¶ Pli. Poligonū greci vocāt quā nos sanguinariā: nō attolit a terra: folijs rute simile semine graminis: quā plura genera poligoni faciunt: hūc marē intelligi volunt: appellātq̄ a multitudine seminis aut dēsitate fruticꝫ Alij poligonō a freq̄ntia geniculorum ⁊c̄.

b ¶ Et idem auto. Arabari. Restaurat fracturam.et incarnat vlcera.et mundificat vlcera cum melle.et quando miscetur cum albumine ouj:aut cum lacte et desiccatur. et postea teratur et cribretur ⁊ in puluere administratur:confert obtalmie.et purgat flegma visci sum. Et dosis eius est quando miscetur cum alijs medicinis in decoctione.a .3.ß. vsq; ad vnam.et ipsa non ponatur sola propter maliciam eius magnam.

c ¶ Et idez auto. Habix. Sarcocolla ē acuta multum perforatiua . comedit carnes vicerum:et habet in cura obtalmie proprietatez magnam:et virtutem magnam:et virtutem potentem:et aufert lippitudinem oculorum quando habent obtalmiam . quod quidem nō facit ita aliqua medicina.et maxime quā do miscetur cum amilo et zuccaro albo.

d ¶ Et potio eius ad lauandum ventrem. Habet proprietatem iuuandi oculum et ventrē. et proprie ad purgandum flegma grossum quod est aggregatum in iuncturis et intestinis et in scia.et in geniculis. expellit ipsum cum fortitudine.et cum aliquantulo calore: et iuuat medicinas alias ad exeundum ex corpore. Et forte fulnerabit oculum ad intestina.et excoriabit ea.et inducit testasmonem propter suam acuitatem.

e ¶ Et si ipsa datur in potu alicui sola : aut cū aliqua medicina.et fuerit ille etatis complete inducit ei caluicium.et facit cadere capillos omneve capite suo. Et si fuerit iuuenis fit in hoc mora. Et si fuerit senex : facit illud citius. Et melior ex illa est que teritur facilter.que est albidior et in masoribus frustis. Et quando fit cum oleo ō nucibus: quia oleum nucis frāgit acuitatem eius .et propter hoc non habet ipsa facere id quod diximus in corrosione.propterea quia oleum prohibet eam adherere.et caliditas nucis frangit plurimum acuitatis que est in ea.

f ¶ Sed si preparas eam cum oleo amigdalarum pone de eo duplum aut triplum ponderis de ipso oleo si vis ipsam ponere in aliquibus pillulis. Sed si volueris ipsam adhibere solam sine aliqua commixtione alterius medicine:pone plus pondere eius de oleo.⁊ pone de oleo de herua quantitatem qua possit dissolui solum:et postea misce cuz alijs medicinis:et cum oleo de herua erit senibus cōuenientior. Juuenibus autem non est conueniens cum eo:quia calor nature iuuentutis non fert calorem olei de herua.

g ¶ Et quantitas dosis eius simplicis postq; preparatur sicut diximus est pondus aurei vnius vsq; ad pondus.3.iij.et quartam. Et meliores medicine que conueniunt in admixtione eius sunt serapinum et mirabolani:⁊ turbit et aloe et armoniacum et bdellium indaicum:et semen apij et ameos:et similia horum ex medicinis.

h ¶ Pau.cap.de Sarcocolla. Sarcocolla calet et sic.in .iij. gradu. Emplastrum factum ex ea ⁊ albumine ouj super tempora valet ad fluxum sanguinis a naribus.

i ¶ Puluis eius cū aqua rosaz cōficiat et sole exsiccetur:⁊ itez cū aqua rosaz ponat in oculo.q; maculā cōsumit ⁊ oculū clarificat. Cōtra tenasmonem fumꝰ eius per inferiora receptus emboto impositio valet.

k ¶ Bulcasim libro qui dicitur Scrutor trāslato a sinone de Janua. Forma nutriendi sarcocollā in lacte. Accipe de sarcocolla bona alba grossa:et pone in vase vitreo ampliozis orificij.et mulge super eam lac asine in quantitate pauca ne infundatur in eo et liquefiat:sed remaneat sic.et pone subito in sole vt cito desiccetur.⁊ quando erit sicca oportet vt iterum mulgat ꝑm quantitatem quaz dixi:et semper caueas ne cooperias eam lacte:ne acescat lac antecꝰ desiccetur et destruatur.et fac ita quater vel quinquies. et cum hoc feceris: sicca bene et conserua . et si non habeo lac asine paratum:fac cum lacte mulieris:quia est melius.

L ¶ Auicen. Sarcocolla est arboris spinose gumma in qua est amaritudo: et bona est illa q̄ ad citrinitatē declinat similis olibano.

M ¶ Et dicunt quidam q̄ est calida in .ij. sicca in .j. Est autem glutinatiua: et ideo consolidat et carnem creat. Valet etiam ad aurem saniosam. Cōfert etiam obtalmie. et proprie lippitudini et fluxui oculi. proprie cum lacte asine.

N ¶ Platearius. Sarcocolla est in .ij. gradu calida et sicca. Et est gumma cuiusdam arboris ex partibus transmarinis. Huis generis alia est in puluerem redacta: q̄ facile ex alterius pulueris admixtione etiam sophisticatur. alia vero grossa reperitur. diu seruatur et glutinositate quam habet. Inest ei virtus constringendi et consolidandi. Eligenda est illa que alba est: aut subalbida: aut gūmosa. que in maiori quātitate reperitur. Reducta in puluerem/non valet.

Caput.ccccxxiiij.

Spatula fetida. Herba est silis yreos.

Operationes

A ¶ Paulus capitulo de spatula fetida. Succus eius eradicat morfeam albam si fiat vnguentum ex puluere eius et puluere staphisagrie. flammule et hermodactili: et de attramento cōbusto in olla rudi cum aceto et axūgia porcina vetusta. et inungatur ter in die. et cooperiatur cū folio caulis et plātaginis.

Caput.ccccxxv.

Sebesten. Pande. capitulo. dcxxxvij. Sebesten latine. Grece Machalomagiata. Arabice faulis sebesten. Et in lingua Persica vocatur mammilla canis ꝑ. Sebesten mammilla canis fert Persica lingua. ¶ Serapion li. aggre. cap. Faulis. Sebesten. Aboausemochiata sunt nomina istius arboris fructificantis fructus dulces: nominant eos gentes faulis sebesten.

¶ Et idem auto. ysaac. Feneram mochiata est roth in Arabia. et est arbustum altum super terram sicut hasta habens corticem cuius color vergit ad viriditatem. et habet folia magna rotunda. et habet racemos: quorum sapor est dulcis: et vua eius est magnitudinis nucicule que postea glaucescit. cuz maturatur. Et habet interius viscositatem albam. et granum quod est sicut granum oliue Hic fructus colligitur et exiccatur donec passus sit. et est illud quo vtimur in medicina. et est medicamen medium in complexione suo in calido et frigido.

Operationes

A ¶ ysaac auto. vt supra. Sebesten laxat ventrem febricitantium. confert tussi que est a caliditate ⁊ siccitate. et lenit pectus. et sedat catarrum calidum stipticum propter eius humiditatem.

B ¶ Et confert ardori vrine q̃ fit propter mo dicationem colere in vesica et in renibus. et expellit vermes intestinorum: quia adherẽt ei propter dulcedinem suaui.

Caput. cccxcvj.

SEmen lumbricorum latine. Grece. Albasan. Arabice Kanbel. Serapion lib. aggre. capi. Kanbel. id est semen lumbricorum. assimilatur enim arene. et asce dit super ipsum glaucedo. et est in substantia eius stipticitas fortis. et expellit ascarides:

Operationes

a ¶ Serapion auto. Almansoris. Kanbel vel Kanabel. id est semen lumbricorum. est calide complexionis et expellit ascarides et cadit super terram albam. et non seminatur. Et est vna de rebus que cadit de celo.

B ¶ Et idem auto. Aluismen. Kanbel est res in qua est glaucedo. solidantur cum ea olle quando franguntur. et dicitur quod reperitur super terram in cozascent postq̃ pluit: et colligitur tunc.

£ ¶ Et qñ bibitur tritus expellit lumbricos et ascarides. et lavat ventrem.

D ¶ Auicenna li. ij. cap̃. Kanbel. Kanbel calidum est in. iij. gradu. Et est semen arenosum quod cooperit rubedo que est minor rubedini lapidis in felle bouis reperti. et in ipso est stipticitas vehemens: interficit vermes et ascarides: et expellit eos.

Caput. cccxcvij.

SEne Arabice Grece et Latine. Serapion. libro aggregatoris capitulo sene. Sene quando desiccatur reponitur. Et ipsum habet vaginas oblongas in quibus sunt semina ordinate distincta. et ille vagine habent pediculum subtilem. que adherent ramulis: et quando agitantur vagine a vento cadunt: et pastores colligunt eas.

Operationes

¶ Serapion auto. Habiz. Virtus eius est calida et sicca: tamen parue caliditatis et siccitatis eius est prope caliditatem ipsius: et habet virtutem magnam quando peruenit ad stomachum purgandi melancoliam et coleram. Et fortificat substantiam cordis quã do miscentur cum eo medicine quas dixi iuuare sicut viola: et potio decoctiõis plus cõ fert q̃ ipsum tritum. Et dosis sicci triti eius est a. ʒ. j. et in decoctione. ʒ. v. A

¶ Et idem auto. Rasis. Sene et fumus terre purgant humores adustos. et confert scabiei et pruritui. B

¶ Joban. De. Sene est folliculus plante quam vocãt Perse alzemer. Et inuenitur ex eo domesticum et siluestre. Et melior para £

plante est folliculus: deinde folia. Et melior folliculus est cuius color declinat ad viriditatem et subnigredinem quandam. et in quo est de amaritudine res modica et stipticitate: et qui est magis completus et in quo sunt semina ampla ⁊ compressa. Subalbidus autem non est bonus et incompletus. Similiter et folia sunt meliora viridia. subalbida vero et tenuia sunt bona. et antiquum ex eo est sine spiritu: et stipites ei⁹ sunt inutiles. Est calida in principio secundi: sicca in primo. et folia sunt in primo calida. Et est abstersiuus: mundificatiuum conuenienter et resolutiuum. Debilis est et tarde solutionis. et debilitat stomachum.

D ¶ Confortatur cum rebus acutis sicut zinziber et sal gemma: et medicine cordiales et stomatice cum eo felicitant opus eius.

E ¶ Et Galienus. Cum iure gallorum aut carnium soluit sine molestia: et si infundatur in aqua casei cum spica: deinde coquatur parum: est medicamen bonum. Solutione educit enim cum facilitate melancoliam et coleram adustam. et mundificat cerebrum cor et epar et splenem: et membra sensuum: et pulmonem. et confert egritudinibus eorum. et aperit opilationes viscerum. et conseruat vtentem ipso in iuuentute: et generat gaudium. Causam autem tristicie amputat.

F ¶ Et ponuntur folia eius in lauacris ad caput: et proprie cum camomilla. Confortat cerebrum et neruos. et fm omnem modum administrationis eius addit in visum. et corroborat auditum.

G ¶ Et est medicina bona febrium melancolicarum et antiquarum. Dosis eius infusi potio est ab aureis. iij. vsq; ad. ʒ. j.

H ¶ Platearius. Sene est herba calida et sicca que in transmarinis partibus nascitur: maxime circa Babiloniam et in Arabia. vel in confinio Babilonie et Arabie. Folia tantummodo competunt vsui medicine: per annos. x. seruatur.

I ¶ Et virtutem habet dissoluendi attrahendi et purgandi flegma principaliter melancoliam. Sed cum per se datur principaliter in decoctione poni debet in quantitate vnius. ʒ. Cum autem cum alijs in quantitate medie vel tertie partis.

K ¶ Contra melancolicas passiones: epilentiam quartanam: emorroidas. contra vitium splenis et epatis et sincopim: ⁊ epilentiã.

L ¶ Ad idem quoq; valet syrupus ex succo feniculi ac sene cum zuccaro. ⁊ maxime contra vitium splenis.

Caput. ccccxxviij.

Senecion. Isido. li. ethymol. Senecion dicitur eo q̃ vere primo senescat. vnde et eam latini senecionem vocãt. Greci origanon. Nascitur per macerias.

Operationes

A ¶ Dyas. Senecion nascitur in tectis ⁊ in petris. et habet folia viridia et densa: tyrsum subrufum. et in eius summitate capitella in modum viticelle: vires habet stringentes: Eademq; facientes que et plantago.

B ¶ Cum aceto cathaplasmata valet ad neruorum incisiones: cum vino autem dulci testiculorum inflammationem tollit. Folia eñ eius frigida sunt.

C ¶ Ex herbario. Senecia tusa cum axungia: et imposita vulnera sanat etiam recentia. Stomachi quoq; et pedum lumborum et coxarum atq; neruorum dolorem tollit. ad podogram etiam tusa et imposita eque pedibus proficit.

D ¶ Actor. Senecio dicitur et carduus benedictus: sicut in synonomis legitur. Aliud est senatio: videlicet Nasturcium aquaticum. de quo superius dictum est de N.

E ¶ Macer. Origeon greci: nos senecio vocitamus. quod silis canis videatur flore capillis Nascit in muris: in ortis ⁊ tegulatis. Illius herbe vis frigida dicit esse. In medicinali-

radix non ponitur vsu. Flores cum foliis tū dens in fundito vini. per modicum dulcis: ⁊ sic repefacta tumori. Hec ūnul apponas aniveli reticulorum ⁊c.

Caput.cccexix.

SErpillū. Jsi. Serpillus ór eo q̄ radices eius longe serpāt. Eadem ⁊ matris animola dicit eo q̄ mēstrua moveat. Palladius li.iij. Hēse martio serpillū plantis aliquod semine seritur: sed vetusta melior. latius frondebit: sed iuxta piscinam vel lacuni vel putei margines conseratur. Plī.li.xx. Serpillum a serpendo purāt dictum. quod in siluestri euenit maxime in petris. Satiuū nō serpit: sed ad palmi altitudinē increscit. pinguius voluntariū in cādidioribus foliis ⁊ ramis efficax est aduersus serpentes maxime scolopendras terrestres atq̄ marinas. Idem plī. caꝑ. de serpillo. Serpillum idem est qđ herpillū. Qñq̄ sumit pro poligonia: vt in Alexandro de dolore capitis ex causa calida. Et dicit serpillū q̄ super terrā serpit. Et est aliud siluestre: aliud domesticum. Domesticū ramos defundit super terram. Siluestre in longū crescit ⁊ altū. Pan. caꝑ. ccccclxxj. Humir arabice vel mestratir miseri. grece serpillum vel herpillum. latine serapullū. Sēr. li. aggre. caꝑ. Humir. auto. Dyas. Est de eo domesticū et siluestre. sed domesticū est planta inclinata super faciē terre iacens. ⁊ quod ór ea tangit terram: infigit in terra radices. et hz folia et ramos similes foliis ⁊ ramis origani: nisi q̄ sunt albiores et in odore suo est aliquātulum ex odore maiorane. ⁊ vtuntur ea multi in cibis. ⁊ nominant eā multi arclas ⁊ arclanē. Sed siluestre ex eo nominat ragis q̄ non inclinatur sicut aliud super terraz in ortu suo. immo stat erectum ⁊ hz ramos subtiles lignosos: adeo q̄ possumus facere ex eis licinia ad lumē accendēdū: ⁊ ramuli sunt lōgi circa palmū pleni: foliis rute similib. nisi quia sunt strictiora ⁊ longiora ⁊ duriora foliis rute. ⁊ flores acuti saporis ⁊ odoris boni per singulos ramos distinctos. Cui⁹ color est in summitate eius purpureus. Et habet radices in quib nō est iuuamentū. Nascitur in rupibus ⁊ in locis lapidosis. ⁊ ē fortius ⁊ calidius domestico: ⁊ admiscetur in medicinis. Et est alia species agrestis vl siluestris: ⁊ est sisnabarū Nascit in locis habitabilib ⁊ domesticis. ⁊ est silis mente: nisi q̄ sunt ei folia latiora ꝯ mente ⁊ meliorē odorē habēria. Et idē auto. Galie. Substantia eius est subtilis que calefacit et desiccat in.iij.gradu.

Operationes

¶ Dyasco. caꝑ. de Serpillo: siue vt latini dicunt cicer erraticum. Herba est humilis et super terram repens cum foliis atq̄ ramis origano similibus: albidioribus tamen: sam suci odorem fingentibus. Et eius species sūt due. Una ortualis siue vsualis: que in campis lapidosis crescit. Alia agrestis: que non per terram serpit: sed recte atq̄ stipitis positione erigitur cum ramulis tenuibus atq̄ horrentibus in longitudine bipalmis: cum foliis paruis rute similibus: sed angustioribus et longioribus. cuius hasta similis est farmento. Florem odorem suauem habēs in omnibus virgis constitutum: et in summitate purpureum et linguam emordentem: ⁊ gustu viscidum. Radix eius inutilis est. nascit in locis saxosis. Est autem vehementior ⁊ calidior ea que est vsualis. que ideo accepit nomen herpillum: quod greci herpere repere dicunt: quia ambulat. Nam fructus huius plurimum ambulat fructificando ¶ Auicē. li.ij.caꝑ. mescatramesir. Mescatramesir sive mescarrasir est: cuius stipes sunt similes ascebesab: am sicco. Et quo nō assumitur in principio cibi sapor plurim⁹ neq̄ odor. Deinde succedunt amaritudor acutus. ⁊ est diuersarum specierum. et vna est debilior: alia est calida et sicca p:oueniens ad tertium.

E ¶Sera.auto. Dyaſ. Serpillum prouocat menſtrua quando ſumitur in potu:et vrinã. Et confert tortionibus ventris et attritionibus muſculorum et ſummitatum eorum. ꝛ apoſtematibus ẽpatis calidis .et eſt bonum contra nocumenta venenorum: quando bibitur. Et fit emplaſtrum cum eo ſuper morſum. ¶Et quando coquitur cum aceto:et admiſcetur el oleum roſarum. et proiicitur ſuper caput ſedat ſodam.et eſt conueniens:propter litargie ꝛ carabito. Et quando ſumitur in potu et eo cum aceto.ʒ.iiij.ſedat vomitum ſanguinis. ¶Et idem auto. Galie. Semen eius eſt ſimiliter calefactiuum.et ideo quida exhibent illud in potu habentibo ſyncopim et tortiones in vino. ¶Et idem auto. Dyaſ. Habet virtutem calefactiuam quando ſemẽ eius bibitur cum vino. et confert diſtillationi vrine et lapidi: et tortionibus ventris et ſincopi. Et fit emplaſtrum cuz eo ad puncturam apum.et quando ſumitur in potu ſedat vomitum. ¶Et idem auto. Aben Meſuay. Aperit opilationes viarum:et habet virtutem confortandi multum in punctura.

H ¶Dyaſco. Virtutem habet conſtrictiuam ſine redarguentem menſtruis imperat: vrinã prouocat bibitum tortiones et conquaſſationes vtiliter curat:tumorem capitis compeſcit. Morſibus venenatis occurrit.bibitum et impoſitum id preſtat. Dolorem capitis cũ aceto cocto:oleo roſarum addito compeſcit. maxime litargicis et freneticis adhibitus prodeſt. Nauſeam prouocat. Item emoptoicis mederi dicitur.ʒ.iiij.cum aceto datis.

I ¶Galie.vj.ſim.far.cap.de Serpillo. nominat ipſum multi ſuſubat. Sapor eius eſt fortiter acutus.et virtus eius eſt calida ſubtiliatiua.et reſolutiua. Et prouocat vrinam ꝛ

K menſtrua. ¶Auicen. Quando paſcunt eum pecudes facit emulgere ſanguinem: et excuſata calamento. immo fortius eſt eo plurimum.et extrahit humiditates viſcoſas a pectore et pulmone. Syrupus eius confert cõturbationi et nauſee.prouocat menſtrua fortiter et vrinam. ¶Plate. Serpillum eſt ca.

L et ſic. Et eſt duplex. Domeſticum ramos ſuper terram effundit. Siluaticuz in longum creſcit et in altum. Folia et flores eius medicine competunt. valet contra frigidum reuma. contra tuſſim. contra frigiditatem ſtomachi et dolorem ex ventoſitate. ¶Exherbario. Serpillum quod in montibus ſaxoſis naſcitur efficacius eſt ad medicinã. Huius tunſi et ſiccati puluis cum aqua calida potatus menſtrua monet:vrinaz prouocat: tortiones viſcerum et tormentorum ruptiones ſanat. Idem valet ad capitis dolorem:ꝛ ad ſerpentium ictus. ¶Macer. Serpillum M
veteres dixerunt q quaſi ſerpat. Terre vicinius: huic feruida ſiccaq vis eſt. Acri cum vino tritum contundis olino. Cui roſa dat nomen:hoc vnguine perlinc frontem. Egroti capitis ſolet hoc ſedare dolorem. Aridor combuſti ſerpentes effugationes.



Caput.cccxxx.

SErapinum latine ꝛ grece. Sacbabenẽ Arabice. ¶Sera.lib.aggre.cap. Sacbabenem ſiue Sacbabengi.autori. Dyaſ. Eſt gummi cuiuſdam plante:ſimilis galbano in figura ſua. Et eſt vna ex ſpeciebus ferule:ſicut apparet in cap. Ferula. Melius autem ex eo eſt clarum:exterius rubeum et interius albus. Odor eius eſt inter odorem aſeferide:et odorem galbani.

Operationes

¶Sera.auto. Dyaſ. Confert dolori pectoris:et attritioni lacertorum.ꝛ tuſſi antique. A
et aufert ſuperfluitates groſſas que ſunt in pulmone. et curat epilenticos et ſpaſmum: cum facit declinare caput ad poſteriora. et valet dolori ſplenis et paraliſi. ¶Et illi qui B
amiſit ſenſum ꝛ motũ alicuius membri cauſa frigiditatis:q̃ accidit neruis ꝛ cuſtodit corpus a frigore.maxime vero a frigore febriũ.

periodicaꝝ. ⁊ fit cum eo iunctio in doloribꝫ magnis ⁊ confert. Et quando bibit cū ydromelle prouocat menstrua ⁊ interficit fetum.

C ¶ Et qñ bibit cū vino cōfert morsibꝫ venenatis. et qñ odorat cōfert suffocationi matricis.

D ¶ Et qñ linit cū aceto sup cicatrices attenuat eas. ⁊ ipm abstergit vestigia vlceꝝ oculoꝝ

E ¶ Et cōfert obscuritati visus ⁊ aque que de

F scendit ad oculum. et prohibet eam. ¶ Et dissoluit sicut dissoluit aqua cū amigdalis amaris vt ruta: aut pane calido. ⁊ sic administratur. ad ea q̄ diximꝰ. ⁊ ē ꝯtrariū venenis mor

G tiferis. ¶ Et aliquando teritur cum aceto: ⁊

H linit super ordeolum: ⁊ aufert ipm.. ¶ Et cōfert colice. ⁊ qñ sumit in potu. aut fit cum eo cristere: purgat flegma grossum qđ ē in iuncturis. ⁊ mollit ventrē mollificatōe ꝯpetēti.

I ¶ Et ꝯfert emorroidibꝫ qñ sumit simplex aut cōpositū. ⁊ ē conueniēs medicinis laxatiuis acutis. ⁊ expellit vētositates grossas. ⁊ dissoluit lapidē. ⁊ ꝯfert rigoribꝫ febriū. ⁊ auget

K sperma. ¶ Et ē bonū epati. ⁊ purgat aquā citrinā. ⁊ ꝯfert pūcturis scorpiōis. ⁊ ꝯfert ventositatibꝫ intestinoꝝ ⁊ costaꝝ. ⁊ purgat flegma viscosum ⁊ dosis eiꝰ simplicis est. a. ʒ. j. vsq̄ ad aureū. j. infusi aliqua decoctiōe: aut in aqua rute: aut aque mellis. aut fenugreci. Et si admisceꝛ cū alijs medicinis infrigidat. et sic dosis eiꝰ ē a. ʒ. ß. vsq̄ ad. ʒ. j. Et meliꝰ est illđ cuiꝰ color declinat ad rubedinē. ⁊ ē claꝝ habens odorem bonū ⁊ acutum saporem.

L ¶ Et cōfert doloribꝫ emorroidaꝝ qñ bibitur simplex aut cōpositū. ē ꝯueniēs administrari cū medicinis laxatiuis. ⁊ ꝓhibet difficultatē aut grauedinē eaꝝ sup naturam. ⁊ resoluit vētositates grossas q̄ generant in corpe.

M ¶ Gal. viij. sim. far. cap. de serapino. Serapinum opos est ca. ⁊ subtiliū partiuꝫ similiter alijs opis. Habet aūt ⁊ quid abstersiuū quo et cicatrices que in oculis expurgat ⁊ subtiliat. quinimmo suffusionibꝫ propter grossiciem humoꝝ fientibꝫ bonū est farmacū. Ipsa vero planta ex qua fit ferule similis existens debilis et inutilis est. Nominatur autem principalius illa serapinum

N ¶ Opos enim eius ab vtētibꝫ nominat ita sicut et alia multa propter defectū vocabuli nominamus abusiue: melius erit ipm non serapinū: sed opos serapini dicere.

O ¶ Pau. cap. de serapino. Cali. est ⁊ sic. in. iij. gradu. Et ipsum dissolutuꝫ in succo rute frāgit lapidem. ⁊ facit vrinare. Et fit collirium

P contra pannum oculorū. ¶ Et cōfert obscuritati visus ⁊ aque descēdenti ad oculū. cuiꝰ receptio est hec. Recipe serapini. ʒ. j. dissoluatur in. ʒ. j. succi. celidonie zuccari. ʒ. ij. et distilletur cū lacte mulieris ana equaliter.



Caput. ccccxxxj.

Sesama vel sesamo. Plini. Sesama venit ab Indis: ex qua oleum faciunt. et est candidi coloris. Est autē ex estiuis frugibus que in estate ante virgularum ex ortu seruntur. Eiusq̄ fructus vasculis sicut ⁊ papaueris includitur. Hec quidem sic milium et panicum et omnia estiua maturātur a flore diebus. xl.

Operationes

¶ Pli. Sesamam vt pinsatur in ca. aqua maceratā conuenit exporrigi. deinde confricari et frigide immergi vt palee fluitent. iterūq̄ in sole super linthea exporrigi. Quod nisi festinato peragatur: liuido colore mutescit. Ipsa vero que euoluuntur alia cualuantur: variam habēt pistararum rationeꝫ. acus vocatur cum per se pinsatur. Spica enim ad vsus aurificuꝫ. Si vero in area teritur cum stipula: palea maiore parte terrarum pabulo iumentorum. ¶ Idē in li. xxij. Sesama trita inhibet vomitiones. auriūq̄ inflāmatiōi illinit ⁊ ambustis. Eadē et dum in herba est efficit. Amplius in vino decocta imponitur oculis. stomacho aūt est inutilis cibus. ⁊ animo grauitatē facit. Stellionū morsibꝫ resistit. vlceribusq̄ que cocoethe vocant.

C ¶ Et auribus prodest oleum quod ex illa fit. Sesamoides a similitudine nomen accepit. grano amaro et minore folio. nascitur in glariosis. Bilē in aqua potum detrahit.

D ¶ Et eius semen illinitur igni sacro pannoq; discutit. Est etiam nunc aliud sesamoides videlicet antyare nascens. quod ob hoc aliq̄ vocant antyciricom. Cetero simile erigeron itherbe.

E ¶ Granum sesame in vino dulci ad detractiones datur quantum tribus digitis capitur. Miscent etiam ellebori albi vnum. et dimidium obulum purgationi eam adhibentes maxime insane melancolie. comicialib9 quoq; et podagris etiam per se dragme pondere exinanit.

Caput. ccccxxxij.

Seride. Pli. li. xx. Seris lactuce similia. duorum generum est. Siluestris melior ē nigra ista et estiua. Deterior hyberna et candidior est.

Operationes

A ¶ Utraq; stomacho vtilissima. precipue quē humor vexat. et cū aceto in cibo refrigerant. vel illite discutiuntq; et alios q̄ stomachi.

B ¶ Cum polenta siluestrium radices stomachi causa sorbentur et cardiacis super sinistram mammam illiniuntur. ex aceto podagris et sanguinem rencientibus vtiles sunt omnes hee.

C ¶ Itemq; quibus genitura fluit alterno dierum potu.

D ¶ Dyas. Seridis due sunt species. Una videlicet agrestis. et alia ortiua est: Agrestis q̄dem pinguis et citonon est appellata. et habet folia lata. Altera vero ortiua species habet duas. Una quidem habet lata folia lactuce similia. Altera vero est amara. et habet folia angusta. Omnium virtus est stiptica ⁊ eustomacha.

E ¶ Ventrem abstinet cum aceto cocta maximeq; agrestis. vexatum stomacho cōfirmat. et estuationes mitigat. sola cum polenta imposita blanditur. cordiacis et oculorum tumori subuenit. solia imposita vt cathaplasma mitigant scorpij percussum.

F ¶ Ipsa quoq; addita polentis et imposita compescit ignem sacrum. Mixta cū aceto ac cerusa omnibus calidis rebus opitulat.



Caput. ccccxxxiij.

Spelta. Pande. cap̄. cclxxv. Futa arabice vel fult vel hals vel halca. Grece benge vel tragus vel zeia vel ellica. Latine vero spelta. Sera li. aggre. cap̄. fult. id est spelta. et ipsa est sicut ordei granum. Et sunt eius due species. in vna inueniuntur duo grana. et in alia vnum. et quodlibet granum in cortice suo. Et ipsum quidem minus nutrit q̄ ordeum. ⁊ est boni saporis. Panis enim qui ex eo fit minus nutrit q̄ panis tritici vel ordei.

Operationes

A ¶ Sera. auto. Dyas. Tragus. id est spelta. figura eius est figura grani. qui dicitur candarusum. et est minoris nutrimēti. quia multum habet de furfure. et non est facilis digestionis. et mollit ventrem.

B ¶Et idem autoritate Paul. Tragus est spelta et est ex speciebus granorum mala stomacho: et lenit ventrem.

C ¶Et idem autorita. Isaac. Est frigida ⁊ humida/viscosa. Galienus. j. lib. de edulijs cap. zeya. autoritate Dyascoridis. Zeya duplex: hec quidem est simplex/et vocatur tyrmon: hec autem dykolikos vocatur. In duobus quidem in volucris: coniugatum habens semen minus autem nutritius frumentis. Est enim profundarum radicum et multorum calamorum: fructus autem leuissimus et affectatus ab omnibus animalibus. Est autem simile frumēto in frigidis regionibus cultum. Fit autem magis nutritiua si cum ordeo aptaq; stomacho farina facta ex eor frumento fiunt pultes. Est autem satis nutritiuum et facile elaborabile: magis autem subcitatiuum ventris.

D ¶Et idem. vj. simplicium farmacorum cap. zeya. Zeya siue spelta mediam quodāmodo virtutem habet inter frumenta et ordea. Et ideo innocescāt cibi per ea.

E ¶Sera. Mollit naturam et generat inflationes et rugitus: et est bona viscositatibus pulmonis ⁊ pectoris/et fortī tussi. Hā fiunt ex ea lohoc et pultes: et prouocat vrinam: et mundificat renes et vesicam.

Caput. cccxxxiiij.

Symphicum. Dyascoridis. Symphicum nascitur in locis asperis: habēs virgas origano similes ac renuce: capita vero sicut thimum: virge lignose sunt et odorate: gustuq; dulces flegma prouocātes. Radix est illi longa et obrusa in modum digiti grossa. Sympatos. Isidorus. Sympatos grece dictus est: eo q; tantam radicis virtutem habeat: vt frusta carnis in cacabo aspersa coagulet. Synapiagrion: vel vt dicūt latini scandalicum. i. pes pulli. Nascitur in tumulis ⁊ super regulas. Herba est habens folia minuta et angusta duobus digitis lōga: in summo diuisa et pinguia. Virgam profert in medio duorum palmorum cum paucis ramulis: in quibus fert semen cardamo simile: latum/obrotundum: ac veluti conquassatum: vnde ⁊ vocatur talaspiuz. Greci nāq; thalasse dicunt frangere siue quassare. Florem habet album. Virtus est ei et seminu et mantica atq; acra.

Operationes

A ¶Dyasco. potui datum/vehementer purgationem facit/superiorz ac inferiorz. Sciaticis medetur per clistere adhibitū. Hestruis imperat bibitum. Collectiones in accto bibitum rumpit/aborsum facit.

B ¶Idē. Symphicū elixū in mulsa/pulmonē purgat/reijcientēq; sanguinē: aut nefreticos cum aqua medicinaliter iuuat. Radix eius cum aquā cocta et bibita/fluxū mulieris abstringit/dissinthericis quoq; proficit.

C ¶Cum oximelle data/cōquassatiōes arēq; dolores lateris saluberrime curat. Hasticata vero litim amputat: ⁊ asperedinē faucium mitigat. Vulneri recēti paracolesim facit. Enteroceliacos bibita ⁊ catbaplasmata oprime curat/et carnes concoqui facit.

D ¶Aliud est symphicū qō piten est appellatū hastā hz asperam duob cubitis longā angulosam et abintus inanem: in qua folia sunt aspera et angusta: sicut buglossos oblonga: angulos etiam habet ipsa hasta in quib nascuntur folia/flores habet mellinos.

E ¶Et semen sup hastas sicut flomos. Hasta ⁊ fructex habent quiddam simile pulueri: q; cū carne applicatum fuerit pruriginem facit.

F ¶Radix est ei nigra: que cum fracta fuerit/apparet alba et muscilaginosa. Hec trita et bibita medetur emoptoicis/conquassationes reficit: et ani tumores spargit.

G ¶Cum pringitbe folijs catbaplasmata facere potest omnia supradicta. Vulneri paracolesim efficit. Carnes incisas et in cacabos missas in se glutinare facit.

D

Caput.ccccxxxv.

Sinonum. Pande. capitu. cccccviij. Quidam dicunt q̄ hec est herba que dicitur pes milui. Quidam dicunt q̄ est alexandrum/sed falso. Nam neutrum istorum est verum: quoniam non est pes milui q̄ vocatur pepanus: quia pes milui habet folia satis maiora et pinguiora: et flores satis a floribus sinoni differentes: quoniam pes milui facit flores multos et albos simul coniunctos in capite stipitis apparentes: sicut caude gatte: et eius herba sicut valeriana. Sed sinonum recte florescit sicut petrosilinum vsuale: secunda facit folia / sed minora. Non est similiter alexandrum qd̄ facit semina nigra rugosa vtcūq; curua ⁊ magna sicut git. Sed sinonum s̄m Dyascoridē ⁊ Plinium facit semina sicut apium ⁊ ameos. Unde s̄m veritatem sinonum est petrosilinum macedonicum. Quoniam Diascorides dicit Sinoni semen est minutum simile apio: sed oblongum et nigrum/gustu calidum et diureticum valde ⁊ c̄. Et dicitur sinonum: quia nascitur in Syria prouincia regionis Macedonie.

Operationes

A ¶ Dyascorides capitulo de petrosilino qd̄ nascitur in Macedonia in criptis et spelun cis. Semen est minutum simile apio vel ameos odoratum et viscidum et aromaticum et diureticum valde

B ¶ Menstruis imperat. Inflationes stomachi ⁊ colli compescit calefaciendo siccando. nimis tortionibus subuenit. Dolorem laterum mitigat. Nefreticis ⁊ vesice dolori subuenit.

C ¶ Prouocat abundanter vrinam: maxime cum vino datū/diureticis antidotis miscet.

D ¶ Paulus capitulo de petrosilino macedonico. Petrosilinum macedonicum cuius semen de Syria affertur: vel semen est minutum simile apio diureticum valde nascitur circa petras: semen ⁊ folia similia apio: semē eius odoratum et diureticum valde. Unde petrosilinum vocatur: quoniam multotiens in petris nascitur quod multi petrapium dicere consueuerunt. Quia idem sunt sinonum et petrosilinum macedonicum: quod latine dicitur petrosilinum agreste. Lege capitulū Petrosilinum:

E ¶ Multisinono vel macedonico carentes: vtuntur alexandro: quoniam sunt eiusdem v̄tutis. Uirtutē sinoni vel macedonici vt inuenies in capitulo Petrosilinum.

Caput.ccccxxxvj.

Sinapis Pande. cap. cxlviij. Chardel arabice: grece vero ⁊ latine sinapis. Sinapis duplex est species. Una ē cuius semina exterius sunt subnigra: interius vero alba. Alia cuius semina exterius et interius sunt alba: et habent vnam virtutem: sz prima species est acutior secunda. Et componitur sinapis a semi ⁊ napus: quia tenet medium inter sinapim ⁊ napum: est calida ⁊ sicca in medio quarti gradus. ¶ Sera. lib. aggre. cap. Chardel. auto. Diasco. capi. Chardel: id est sinapis: Et est illud eligendū quod non est nimis siccum nec extenuatum: et hz granum grossum: et si frangitur/est album interius/et est humidum: nam istud est tale nouum bonum. ¶ Idem auto. Galieni: est calida ⁊ sicca in. iiij. gradu. ¶ Auicen. lib: ij. cap. de sinapi. Sinapis est calida ⁊ sicca in. iiij. gradu.

Operationes

A ¶ Sera. Uirtus foliorum est calida/vlceratiua: et propter hoc pungit multum/qñ terit et miscetur cum radice enule et dimittitur super locum per spacium hore: et confert sciatice vlcerose et spleni.

B ¶ Et linit cū eo scabies vlcerosa: ⁊ aufert eū: et aufert maculas vnguiū: et confert qñ radix eius suspenditur in collo habentium dolorem dentium/nam sedat eum.

C ¶ Idem autoritate Dyascoridis. Sinapis virtus eius est calida: ⁊ subtiliat ⁊ attrahit qñ masticatur. Et qñ teritur et miscetur cum aqua: et temperatur cum ydromelle: et fit inde gargarismus.

D ¶ Confert apostematibus radicis lingue: ⁊ antique asperitati pulmonis: facto cum eo gargarismate. Et quando fit cum eo emplastrum cum rebus conuenientibus ad hoc resoluit scrofulas.

E ¶ Et quando teritur ⁊ applicatur naribus/commouet sternutationem: et confert epilenticis excitans eos: et mulieri que patitur suffocationem matricis.

F ¶ Et confert litargie qñ fit emplastrum cuz eo super caput: postq̄ fecisti capillos eius abradi. et qñ miscetur cum caricis: et ponitur super cutim: donec rubeat/confert sciatice ⁊ duriciei splenis: ⁊ est cōueniens proprie doloribus antiquis: quando volumus attrahere aliquem humorem ad exteriora/et quādo fit emplastrum cum eo/curat alopiciam.

G ¶ Et quando miscetur cum melle et adipe: aut cum cera et oleo dissoluta/mundificat faciem: et aufert maculam seu liuorem qui fit sub oculo et coquitur cum aceto: ⁊ linitur cū eo scabies vlcerata et empetigo.

H ¶ Et qñ teritur grossa ⁊ datur in potu/confert febribus periodicis: et cōfert grauitati auditus ⁊ tinnitui aurium. Et quando teritur et admiscetur cum aqua et melle: et fit inde collirium/confert obscuritati visus: ⁊ pruritui palpebrarum.

I ¶ Auicen. Sinapis incidit flegma: ⁊ oleum eius est calidius oleo raphani: et fugiunt ex fumo eius vermes venenosi: et illa que est siluestris generat humorem malum. Et in ipsa sunt abstersiones et etiam resolutiones.

K ¶ Et homines quidam comedunt folia eius et radicem eius elixatam: et mundificat faciem: et aufert occultationem ⁊ vestigia sanguinis mortui.

L ¶ Et siluestris est bonum emplastrum sordiciei: et excitat linguam: et confert alopicie: ⁊ resoluit apostemata calida: et omne apostema antiquum: et ponitur cum caulibus super scrofulas: et confert scabiei ⁊ empetigini et confert ad dolorem iuncturarū et sciatice.

M ¶ Et mundificat humiditates que sunt in capite: et fit ex ea emplastrum capiti eius qui patitur litargiam. Et aqua eius distillatur ad omnem dolorem aurium et molaris. Et similiter eius oleum: et proprie quando decoquitur in ipsa assa: et est ex medicinis aperientibus colatorij opilationem.

N ¶ Et dixerunt quidam: q̄ si bibatur a ieiuno/intellectum efficit bonum.

O ¶ Et administratur in alcohol oculi ad pānum et asperitatem: si teratur ⁊ bibatur cum aqua mellis/aufert asperitatem antiquam in canna pulmonis: ⁊ extenuat splenem: ⁊ facit sitim: et cōfert prouocationi matricis: et facit desiderium coitus.

P ¶ Pli. lib. xx. Sinapis ad serpentum ictus et scorpionum tritum cū aceto illinitur. Fungorum venena discutit:

Q ¶ Contra pituitam tenetur in ore donec liquescat: aut gargarisatur cum aqua mulsa. ad dentium dolorez manditur: ad vuam gargarisatur cū aceto et melle. Stomacho vtilissimum contra omnia vitia pulmonibusq̄.

R ¶ Excreationes faciles facit in cibo sumptū. Datur ⁊ suspiriosis. Sensus atq̄ sternutamenta capitum purgat. Aluum mollit.

¶ Macer.

Int' eas q̄s Pitagoras laudauerat herbas
Asseritur primum laudem tribuisse sinapi.
Quartus ⁊ gradus in vi sicca calidaq̄.
Extrahit humores viscosos: extenuatq̄
Comburitq̄ cutem: vis est sibi tanta caloris
Maior vis eius in semine dicitur esse.

Caput. ccccxxxvij.

Siseleos. Pla. Siseleos idē est qđ siler mōtanū. Et ē in. ij. gra. ca. ⁊ sic. Semē eius medicine cōpetit: et ꝑ annos tres seruat. Uirtutē hꝫ diuretica dissolutiuā ⁊ cōsūptiuā. ¶ Pan. ca. ccccccl. Siseleos arabice vel ascegelios: grece sisali. latine siler montanū. ¶ Sera. li. ag. ca. siseleos. auto. Dyasco. Siseleos folia hꝫ silia folijs feniculi: nisi qꝫ hꝫ lōgiora ⁊ grossiora: et habet hastā longā in cuius summitate est corona in qua ē semen longū ⁊ latū: habens angulos ⁊ grossuꝫ acuti saporis ⁊ fortis odoris. Et est illud qđ est in vsu: et administratur in cibis/et habet. radicem longam boni odoris.

Operationes

A ¶ Gal. viij. sim. far. ca. seseleos ꝑm trāsla. ara. Radix huius plāte et semen hꝫ caliditatē tātā qꝫ prouocat vrinā forti ꝓuocatiōe: ⁊ cū eo virtus subtilis q̄ cōfert asmati et epilētie.

B ¶ Et idē eodē lib. ⁊ cap. ꝑm transla. grecam: Siseleos radix q̄dē et fructus calefactiuū ē intantū: vt sufficiēter vrinatiuū sit farmacū Est aūt ex subtilibꝫ partibꝫ vt ad epilētias

C et orthomis cōpetat. ¶ Et Sera. auto Dya. Uirtus eius est calefactiua scꝫ radicis eius et seminis: et qñ sumit ex eis in potu/prouocāt vrinā: et cōferūt coartationi anhelitꝰ/in qua oportet hominē erigi ⁊ asmati ⁊ suffocationi matricis. ⁊ ꝓuocat mēstrua ⁊ expellit fetū. ¶ Et cōferūt epilentie ⁊ omnibꝫ doloribus intestinoꝝ et interioꝝ mēbrorū: et qñ sumit de aliquo illoꝝ: aut ex vtroqꝫ cū vino in potu/cōfert tussi antique et debilitati digestionis ⁊ tortionibꝫ vētris ⁊ debilitati epatis

D ¶ Et qñ sumit ex ea cū vino ⁊ pipere ꝑseruat ⁊ defendit hominē a frigore aeris: et ꝓpt hoc cōuenit itinerantibꝫ in hyeme. Et qñ homines et alia animalia comedūt de hac planta tēpore coitus eoꝝ cōfert eis statim ad impꝫgnandū. ¶ Et idē au. Aben mesuay. Est cali. et sic. in fine. ij. gra. incidit ⁊ dissoluit humores flegmaticos viscosos ⁊ cōgelatos. Et ꝓpter hoc aperit vias oēs ⁊ cānales opilationes: ⁊ ꝓuocat vrinā ⁊ mēstrua: et cōfert asmati: et omnibꝫ egritudinibꝫ flegmatis. ¶ Pla. Cōtra asma ex frigida causa datur vinū decoctiōis eius ⁊ ficuū siccaꝝ. Uel puluis eius cū ficubꝫ siccis ⁊ assatis. Contra opilationē splenis et epatis ac renū ⁊ vesice stranguiriā et dissurriā datur vinū decoctionis eius.

E

F

G

H ¶ Herba ipsa in vino et oleo cocta ⁊ pectini cathaplasmata: strāguiriā ⁊ dissurriā soluit Sed ⁊ fumigatio facta ex aq̄ vel vino decoctiōis eiusdē herbe mēstrua ꝓuocat. ¶ Aui. Siselos est. in. ij. gradu. ca. ⁊ sic. resolutiuuꝫ/mūdificatiuū/carminatiuū. Similiter semē ⁊ radix eius sunt sedatiua doloꝝ interioꝝ: ⁊ liq̄facit flegma cōgelatū: de ipso datur in potu animalibꝫ ⁊ multiplicat eoꝝ partus. ¶ Cōstan. in lib. graduū. Siseleos ē ca. ⁊ sic. in. ij. digestionem adiuuat/vrinam et menstrua ꝓuocat. Matricis suffocationem curat. strāguiriam ex frigiditate dissoluit. Hanelituosis et diu ex humido tussiētibus subuenit potato cū pipere ⁊ vino calefacit eos qui in itinere deficiunt: ⁊ propter hyemem frigescūt.

I

K

Caput. ccccxxxviij.

Siderica. Dyascorides. Siderica siue heraclea herba habet folia prassio similia. sed oblonga et aspera. Hastā habet quadram duobus palmis lōgam: virgas longiores stipticas et in gustu suaues: in quibus scilicet virgis capita obrotunda sicut verticelli: et sicut prassij oriuntur: et in eis semen nigrum inuenitur. Sub petra nascitur.

Operationes

A ¶ Dyasco. Folia eius trita/paracolesim faciunt mire vulneribus imposita. Alia est sydericis que hastas duobꝫ cubitis habet longas et teneras. Folia q̄ in ipsis hastis pestpisteri similia ⁊ diuisa: in circūitu plurimū nascētia: sꝫ i visu tenuia ⁊ lōga. In acumine ꝑo



haste capitellũ habet rotundũ ⁊ asperum in quo semen blete est simile obrotundũ ⁊ durũ. Est aũt virtutis termãtice similis supradicte. Tertium est genus sideritis qđ catebras Heraclion dixit: et nascit in parietibꝰ sicut vitꝫ. Habet folia minuta tenereq; multa ex vna radice nascẽtia coriandro similia. Huiꝰ haste duobꝰ sũt palmis lõge molles ⁊
B albidiores: fenicias hꝫ flores. ¶ Dyas. In gustu est muscilaginosa: tritaq; vulneribꝰ recen
C tibꝰ paracolesim facit imposita. ¶ Pli. li. xxv. Panacẽ heracleon alij sideriten in cubitali scapo ramosum minutioribꝰ q̃ feniculi foliis ab ymo vestitũ. Alij fatent illam q̃dẽ vulneribus vtile: sꝫ verã achilleaꝫ esse scapo ceruleo pedali sine ramis ex omni parte singulis foliis eleganter vestitã: Alij quadrato caule: marubij capitibꝰ folio quercus: hanc quoq; neruos preciosos glutinare faciunt. Aliã di
D cunt sideritem nascentẽ in macerijs. ¶ Cũ terit fedi odoris: sed ⁊ aliã huic similẽ candidioribꝰ tñ foliis ⁊ pinguioribꝰ ac tenerioribꝰ cauliculis in vineis nascentẽ. Aliã ꝟo quincũ cubitoꝝ exilibus ramulis atq; triãgulis filicis folio pediculo longo. Omnibꝰ aũt vulneribꝰ precipuos esse. Eam vero que est ex latissimo folio nostri scopam regiã vocant.
E ¶ Idem in lib. xxvj. Sidericis varices ad alligata minuit: ⁊ sine dolori prestat.

Caput. ccccxxxix.

Siliqua. Pãde. cap. cxxj. Chaharliub arabice: grece xilocaracta vel siliqua vel keracium: vel keraca: vel faba siliqua: latine vanigella: vel carumba. ¶ Sera. lib. aggre. cap. Chaharliub. Chaharliub sapor eius est stipticus cum pauca dulcedine. Et virtus eaꝝ que non sunt recentes est siccatiua. Nã que desiccant stringũt sicut faciunt cerasa: qꝛ humiditas eaꝝ resoluit: ⁊ remanet substãtiam terre stris que desiccat. Sed arboris eaꝝ ẽ virtus desiccatiua ⁊ stiptica.

Operationes

¶ Gal. ij. de cibis: cap. de siliquis. De siliq̃s A
pessime sensi / q̃uis digerantur et ventrem stringant: et humores noxios nutriant.
¶ Et idẽ in lib. de chimis. Est kerachiũ edu B
liũ pauci nutrimenti ⁊ ligneũ ex necessitate et indigestibile. Nullũ em̃ ligneũ bene digestibile: sꝫ ⁊ nõ egri celeriter non paꝝ ipsis existit malũ: quare melius esset ipsa neq; deferri ad nos ex oriẽtalibꝰ locꝫ in quibꝰ nascunt. Est em̃ cibus mulieꝝ et puerorũ effrenatoꝝ nihil vtile ad sanitatis conseruationes: neq; eustomachus est. Alimentum autẽ palãq; et ipsum dat pauca corpori. ¶ Et idẽ in li. sim. C
far. ca. de xilocaracta. Arbor xilocaracte q̃ vocat cẽtericene ẽ siccatiue: et stiptice virtutis: sicut ⁊ fructꝰ que vocat xilocaracta: participans videlicet de dulcedine quadã pati-

A untur autem ⁊ hec simile cerasi humide eñ magis subducunt ventrem: sicce aũt sistunt magis expirata quidem humiditate: terrestri autem substantia remanente. ¶ Pau. ca. de siliquis. Est quoddam genus silique que vocatur siliqua caprina: cuius fructus est sicut mirtus: et folia sunt tracion: fructus ei⁹ est in faginis sicut lupinus: habens formam
D fasceoli. ¶ Dyascorides cap. de siliquis. Silique recentes stomachum euertunt: eedem siccitatem in contrarium possunt: cibus earuz ad vrinam proficit commouendum. Traditur ad stomachi dolorem non leue presidiuz esse: si in sextario eque ad dimidiuz coquant. Hisq; succus per dies quinq; cõtinuos hau
E riatur. ¶ Paulus. Siliqua caprina sufficienter cancros medetur. ¶ Bartholomeus
F in libro de proprietatibus rerum inquit: Siliqua est genus liguminis sonoris follibus ⁊ vacuis: quod magis onerat q̃ reficit: vt di
G cit glosa super Lucam. xv. ¶ Item siliqua dicitur folliculus cuiuscunq; leguminis et pargamentum ex quo porci nutriuntur.
H ¶ Isidorus autem libro. xvij. dicit siliquon: quã latini incorrupte siliquam vocãt. Ideo tale nomen a grecis accepit: quia est arbor cuius fructus est dulcis: xilon quippe lignũ dicunt liquon dulce. Et huic sententie con
I cordat. ¶ Plinius libro. xxiiij. vbi dicit: q̃ fructus silique sunt predulces ⁊ habent longitudinem vnius digiti: et pollitarem: latitudinem: quorum cortex manducatur: vt di
K cit. ¶ Idem libro. xx. q̃ aliqui dixerunt eam esse ficum Egyptium: sed hic est error manifestus: q̃ in Egypto non crescit/ sz in Syria.

Caput. ccccxl.

Sisamus. Pandecta. Semyssen. Arabice: Grece sisaminum: Latine vero sisamus vel iorilena. Serapion liorb aggregatoris: capitulo semissen: id est sisam⁹ Autoritate Galieni. In eo est substantia vnctuosa quãtitate non pauca. Et virtus eius est que mollificat. Et eadem virtus reperitur in oleo sicut in substantia: et aqua in qua coquitur sisamus/ habet eandem virtutem.

Operationes

A ¶ Diasco. cap. sisaminum s̃m translationez grecam: malum est stomacho: et comestũ oris fetorem facit. Et idem s̃m translationez arabicam. Quando fit emplastrum cum eo mollit duricies neruorum. Et curat conquassationes aurium: ⁊ apostemata calida que sũt in eis: et confert combustioni ignis: et dolori colico: et morsui animalis q̃d dicit carates.

B ¶ Et quando miscetur cum oleo rosarum/ sedat dolorem capitis: qui fit a calore solis. Et planta sisami q̃ũ coquitur cuz vino facit hãc eandem operationẽ: ⁊ confert proprie apostemati oculi ⁊ pulsationi eius. ¶ Et idem Se
C ra. auto. Aben mesuai. Oleum sisaminum ẽ malum stomacho: et destruit eum: et iuuamẽtum eius est illis qui habent melancoliam: et scissuras in extremitatibus. Nam hi iuuãtur multum ex cibo eius: et rugas cutis extẽdit ⁊ mollit eas ⁊ consolidat scissuras que fiunt propter desiccationem que sunt a melãcolia. ¶ Et dicunt q̃ sisamus est cali. in. ij. g̃du/ humida in. j. ⁊ prouocat vomitum quan
D do torrefit et rectificatur et meliorat. ¶ Gal.
E in lib. de cibis/ cap. de sisamo. Sisamum cito stomachum euertit ⁊ tarde digeritur. ⁊ alimentum dat corpori vnctuosum. ¶ Rabbi
F Moyses capitulo de sisamo. Sisamus corrumpit cerebrum ⁊ nucham: et replet caput fumositatibus: et facit sudorem fetentem: et in mulieribus ventrem auget: et ipsum gene
G rat herniam. ¶ Auerrois quinto colliget. capitulo de sisamo. Est calidus in. j. vel in p̃ncipio secundi: humidũ in. iij. ¶ Auicen. in. ij.
H canone. Sisamum est semen pluris vnctuositatis q̃ reliqua semina. Quidam dixerunt q̃ eius oleum nonnisi melancolicis confert

vt eos impinguet ⁊ humectet. Et erisimō qd est genus quoddam sisami ab ominabilis saporis. Corpus eius est folio suo fortius ⁊ est
I ca. in medio primi. humi. in fine ipsius. ¶ Est autem glutinatiuum ⁊ lenificatiuum: equalis calefactionis: et similiter oleuz eius ⁊ dectio ipsius. Est etiā mollificatiuū: et in eius oleo est grossitudo: et qd est torrefactū minoris est nocumenti: viriditatem percussionis
K resoluit: ⁊ sanguinē congelatū. ¶ Et confert fissure et asperitati melancolicoꝝ bibitū et linitū: et est impinguatiuū/proprie excorticatum: et prolongat capillos: et proprie succus arboris eius ac folioꝝ ipsius ac lenit eos: re
L mouet quoqꝫ furfures. ¶ Isaac. Sisamū ca: est in. j. gra. humi. in. ij. Qd sine cortice est vnctuosius est: ideoqꝫ grossius ⁊ ad digerendū
M durius. ¶ Palla. lib. x. In mense septembri serendum est sisamum putri solo vel pinguibus arenis vel terra congesticia: iungere quattu
N or vel sex sextarios seuisse conuenit. ¶ Idem in lib. xi. Sisamum vsqꝫ ad ydus Octobris et faselum cōuenit seri terra pingui vel agro sterili.

Caput. ccccxlj.

Siligo. Isido. lib. etymo. Siligo ē genus tritici: a selecto dictū. Nā in pane species eius precipua est.

Operationes

¶ Palladius. libro. xviij. Siliginez dixerim A
proprie tritici delicias. Candor est sine virtute ac sine pondere conueniens humidis tractibus quales Italie sunt ⁊ Gallie comate. Sed ⁊ trans alpes in alobrogum tm̄ auernorūqꝫ agro pertinax. In ceteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium est vt grauissima queqꝫ ipsius gratia serantur. ¶ E siligine laudatissimus panis ac pi- B
strinaruz opera laudatissima precellit in italia: si pisis nate misceatur campana. Rufior quidem est illa: sed candidior pysana: ponderosior autem cretacea. Justū est e grano campane vel campanie q̄ castratam vocant: redire sextarios quattuor siliginis ex modio. Juxta sententiam Cathonis siligo et triticum in aperto loco edito seruntur: qui sole q̄ diutissime torreatur. ¶ Serenda dicitur in C
tenuiora terra que non multo indigent succo: vt cicerez ac citusum. In pingui vero qui cibi sunt maioris vt siliginem ac triticum ⁊ inum. ¶ Deniqꝫ far ⁊ siligo solum sorti- D
untur cretosum ⁊ vliginosum. Siligo nunq̄ pariter maturescit: nec vlla segetum minus dilationem patitur propter teneritatem: essqꝫ que maturauere protinus granum dimittentibus. sed minus q̄ cetera frumenta periclitat in stipula: qꝛ semper habet rectam spicam: nec continet rotam: quin faciat rubiginem. ¶ Dulcissimus est panis ex af- E
frica. Ipsaqꝫ spissior q̄ far. et spica maior eadem ⁊ ponderosior. Difficulter exteritur in grecia: ob id dari iumentis ab Homero dicta: hec est enim quam oliram vocant. Eadez in Egypto facilis atqꝫ fertilis. Far sine arista est. Itemqꝫ. Siligo excepta ea que laconica nuncupatur. Adijciunt bis genera bronos: siligo excepticia et tragos. ¶ Summa F
siliginis laus bonitate ⁊ cribri tenuitate cōstat. Et galli quidem e setis equorum inuenere cribrorum genera. Hyspanie lino excussiora et polinaria: Egyptus a papyro iunco. Siliginem quidem ex ouis subigunt vel lacte: butyro vero gentes pacate ad operis pistorij genera cura transeunte. ¶ Idem in lib. G
xxij. Siliginis grana combusta ⁊ trita in vino amminco atqꝫ oculis illita epyforas sedāt ¶ Auicēna. Siligo est species ordei sine cor- H
tice: ⁊ eius operatio propinqua est operationi ipsius.
¶ Glosa super Lucam. Siliqua est genus I
leguminis sonoris follibus et vacuis quod ventrem magis onerat q̄ reficiat.
¶ Rasi in almansore. Silique q̄ in terra bie K

rosolimitana nascunt tēperatū colorē hñt et ventrē stringūt. Que aūt in alijs terris ven
A trē fortius stringūt ⁊ calide nō sunt. ¶ Pan. ca. cclxxxix. Siligo vel germanū latine: gre.
O tyfa vel sithus: ara. siligobib. ¶ Gal. i. de edulijs: cap. tyffa. auto. Dyoclis ⁊ menesithei ait ꝙ post frumētū ⁊ ordeū meli⁹ q̄dē tyfa. i. siligo. Etenim sufficienť nutrit: ⁊ cū multo labore digerit. Panē aūt assidue ex eis comedēs nullus vtiq; ex inconsuetoꝝ huic edulio san⁹ erit: neq; omnino si modicum ē ei graue ⁊ indigestibile: semē aūt huius tyfe hz q̄dē exteri
P us leuā. i. corticē. ¶ Et a q̄busdā vocat ꝑuuz frumētū ⁊ eq̄s hāc q̄dā innocue comedere: nō improbabiliť aūt vtiq; q̄dā noināt ꝑuū frumētū tyfam ⁊ colore ⁊ spissitudine ⁊ calidita
Q te ꝑtutē assimilatā ipsi. ¶ Et idē. vj. sim. farca sithus. Sit⁹ siue siligo acrior est credo nō parū et cacobina tñ ex putrefactiōe fiēs. Est aūtīflatiua: ⁊ hoc q̄dē hz acre ⁊ calidū: pluri
R mū ꝑo frigidū aquosuz acre. ¶ Sera. li. ag. c. siligo vel hals: auto. Dyas. Sūt ei⁹ due spēs in vna inueniunť duo grana: ⁊ in alia vnū: ⁊ quodlibet granū in cortice suo: ⁊ illud plus nutrit q̄ ordeū: ⁊ est boni saporis. Panis ꝑo q̄
S fit ex eo/ minus nutrit q̄ panis tritici. ¶ Et idē auto. Gal. Substātia huius grani ē media inter substātiā tritici ⁊ ordei quantū ad cibū: et ſm medicinā etiā: et ex hac potest scire operatio eius per illud qd̄ dicemus de tritico et ordeo.

Caput. ccccxlij.

Sisimbriū. Ex sinonomis: Sisimbriū idem est ꝙ mentastrū: de quo scz mentastro dictum est de M. Pli. lib. xx. Sisimbrium siluester a quibusdam thymbreum est appellautm: pedali non amplius altitudine. Qd̄ autem in riguis nascitur est nasturcio simile. Utrūq; aduersus occultata efficax est animalia: vt sunt scrabones et similia. Quod in sicco oritur odoratum est: et coronis inseritur / angustum folium habens.

Operationes

¶ Pli. ad dolorem capitis ⁊ epiforas valēs. A
Trifoliũ. Isi. Trifolion a grecꝫ trifillũ vocatꝰ ẽ: eo q̃ sit folijs trinis ꝑ singulas annotatiões. Pli. li. xxj. Folio coronat et trifoliũ. Cuius gña tria sunt. Niphãtes greci vocãt: alija spaltiõ: et maiori folio q̃ vtunt coronarij. alterũ acuto oxitriphilon. Tertiũ ex oĩbꝰ minutissimũ: et inter hec neruosi q̃busdã cauliculi: vt maratro hippo maratro myophano: vtunt et ferulis et corĩbis: et edere flore purpureo. Et est in alio genere eaꝝ siluestribꝰ rosis similis: et in his tm̃ color delectat: odor aũt abest. Dyasc. Trifolij gña sunt quatuor: scꝫ odoratũ/acutũ, partemon: et leporinũ. ¶ Pan. cap̃. cccxxix. Handachuca vel chua: vel chuf arabice: grece lochos vel zharat vl̃ lotus: latine vero trifoliũ vel quedã species trifolij. De qua dicit Dias. cap̃. de trifolio: et hꝫ odorẽ aspalti. Sera. li. aggre. ca. Handachuca nominat eũ Dyasc. lochos i. trifoliũ. Et est duaꝝ specieꝝ. scꝫ domestica et siluestris. Siluestris q̃dẽ hꝫ stipitẽ lõgitudinis duoꝝ cubitoꝝ vel brachioꝝ ⁊ plus paꝝ: et nascunt ab ea ramuli mlti ⁊ q̃dlibet hꝫ foliũ in extremo: qd̃ assimilat handachuche q̃ orit in paludibꝰ. Et dicit trifoliuꝫ et hꝫ semen simile fenugreco: nisi q̃d est minꝰ satis. Sꝫ sciendũ q̃ illa vocat a q̃busdã herba flaura vel herba maura. Sed Dyasco. vocat ipsum trifolium: magis domestica q̃ nascit in ortis: et est quedã alia que nascit sup aquas: et maxime in Babilonia: qñ fluuius irrigat terrã: et est herba hñs crus simile cruri fabarũ: et est semen albũ: et dicunt q̃ extẽdit qñ orit sol et apparet sup aquã: et qñ occidit restringit se et submergit in aqua: et capita eius similant capitibus papauerum magnorum et in capitibus est semen simile geguers ⁊ scariole: et exsiccant ipsum in Babilonia: et faciunt inde panẽ. Et hꝫ radicem similẽ citonio que comedit cocta et cruda: ⁊ sapor decocte assimilat sapori vitelli ouoruꝫ: ⁊ vocat hauda ⁊ heuche. Et Aui. in. ij. dicit q̃ de eis seminibus fit panis.

Operationes

¶ Sera. auto. Albugerig. Andachucha siluestris conuenit stomacho frigido et grosse ventositati: ⁊ aqua eius abstringit ventrem et valet colice passioni: si ponatur super morsum scorpionis sedat dolorem ex eo. A

¶ Et si ponatur super membrum in quo est mordicatio animalium non inducit dolorẽ: et semẽ eius est fortius folio. Et est bona dolori testiculorum et principio hydropisis: et dolori matricis. B

¶ Dyasco. Trifoliũ maius vel lothos virtutis diuretice et acerrime est: semen eius et folia cum aqua bibita pleureticis ⁊ dissurrijs et epilenticis ⁊ hydropicis in initio singulare presidium est. C

¶ Stericꝫ causis opitulat/mẽstruis impat/omnia ꝑdicta seminis ipsius. ʒ. iiij. et folioꝝ ʒ. v. curant. Folia ipsius cũ oximelle accepta morsibus venenatis occurrunt. D

¶ Fe. vt d̃r tertianis tria folia aut tria grana seminis eius cum vino bibita medicant. E

Caput. cccclxxij.

Tribulus: Dyasco. Tribuli genera sunt duo/siccus ⁊ humidus. Siccus hꝫ folia andragine silia/sꝫ teneriora: hastas lõgas teneras ⁊ porrectas in q̃bꝫ sũt spine. Nascit aũt in locis desertꝫ. Humidus vero nascit in fluminibꝫ cuiꝰ coma sup aquã extẽdit: et folia supnatãt: hastã hꝫ in summo grossay ad radicẽ vero tenuẽ: hñtẽ in se tenuas spinas/sicut spica. Semẽ duꝝ est ambobꝫ virtus ẽ illi frigida et stiptica ⁊ desiccatiua. Auicẽ. Hasceck. i. tribuli s̃m Dyas. due sunt species q̃ fri. ⁊ sic. sunt. Alij vero dixerũt q̃ ẽ calidius ⁊ siccius in. j. et ẽ magis sile hasceck terre nostre. Siluestris q̃dẽ plurime terreitatis ẽ: domesticꝰ aũt plurime aqueitatis. Gal. viij. sim. far. cap. de tribulo. Tribulus ẽ ex humida substãtia moderate fri. ⁊ sic. non moderate existit: dominat aũt in terrestri q̃dẽ terreũ fri. et stipticũ: vt ostendimus: in q̃litate ꝟo aq̃sitas: ⁊ ꝓterea vtraq; ad flegmonũ et omnino ad oẽs influxiões cõpetũt: terrestres ꝟo tribuli subtiliũ partiũ existentes.

Operationes

A ¶ Gal. Fructꝰ eiꝰ frãgũt lapidẽ in renibus.

B ¶ Dya. Tribuli faciũt ad iflãmatiões ⁊ ad ea q̃ supoccurrũt. Uirtꝰ ẽ ill' stiptica ⁊ desiccatiua leptomeris. Etiã oẽs tumores spargit.

C ¶ Faucibꝫ ⁊ gingiuis impositi opitulantur: melle addito naptas. i. oris putredines tollũt: succus eoꝝ nobilibꝫ colliriis miscet: Semen eoꝝ calculos frãgit ⁊ excludit. Terreni vero semen. ʒ. j. bibitũ et impositũ/morsibꝫ venenatis occurrit. Dato veneno cõtrariũ est vim eius vincendo

D ¶ Elixatura eius sparsa pulices necat: in flumine Thracie in strimonia. Palude de herba eius eq̃ herbant: semen eius quia dulce ẽ eustomachum est.

E ¶ Sera. Uirtus eius est q̃ prohibet apata ca. ne cõfirment. Et Sera. Quidẽ cõfert omnibꝫ mẽbris ad que fluũt humores: sꝫ semen tribuli agrestꝫ qñ frãgit lapidẽ renũ: ⁊ ambe eius species infrigidãt et stipticãt: et fit emplastrũ cũ eis apostematibꝫ calidis et miscet cũ melle: et curat alcolã et putredinem que fiunt in ore: et dolorem gingiuarum.

F ¶ Et exprimit succus ab eo: ⁊ administratur in oculis: et semen eius est humidũ conuenit lapidi renum et vesice: et quando. ʒ. ij. bibunt de prima specie ipsius: et fit emplastruꝫ cum ea/conuenit morsui tyri.

G ¶ Et quando bibitur cum vino conuenit medicinis mortiferis.

H ¶ Et qñ decoctio eiꝰ rorat sup loca vbi abundant pulices/occidit eos. Ille vero qui nascitur et dicitur sandarx in regione Badacas datur ab incolis illius patrie animalibus pro cibo dum est humida herba ipsius:

I ¶ Et ex semine eius faciunt panem. Nam ipsum est dulce et nutrit. Et sic vtuntur eo loco panis tritici. Sandarx est bonus dolori vesice et stranguirie: et augmentum magnuꝫ facit in spermate.

Caput. cccclxxviij.

Tribulosa. Ex Herbario. Tribulosa duoꝝ generũ ē. Alia q̄ppe nascit̄ in ortulis: alia ē agrestis cuius maior est efficatia: et hꝫ folia portulace similia: sed maiora. Caules mittit secus terras: in quibꝫ hꝫ quosdã globulos duris spinis extãtibꝫ angulatos in quibus est semen inclusum: et habet virtutem stipticam atq; frigidam.

Operationes

A ¶ Hec trita ⁊ corpi apposita feruẽs mulcet. Tritaq; cũ melle oẽs oris ⁊ fauciũ curat putredines. B ¶ Eadẽ herba cũ semine decocta pulices necat: si aqua ipsa domus asp̄gatur

C ¶ Huius semine theaces faciunt panes: et cum vino potio eiusdem seminis: contra veneni potionem est salutaris.

Caput. cccclxxix.

Triticũ. Isi. Triticũ a tritura d̄r: eoq; purgatissimũ horreo recondit̄: vel q̄r granũ ei⁹ terit̄ ⁊ cõmolit̄. Plura sunt eius gña: vt siligo/ordeũ far. de q̄bꝫ dicet̄ sup̄. Tremẽse aũt triticũ ideo d̄r: q̄r satũ post tres menses colligit̄. Nã vbi ꝓpter aquã aliamve causaꝫ maturasatio obmissa est p̄sidiũ ob hoc petit̄. ¶ Palla. lib. x. Mense Septẽbri locis vliginosis: aut exilibꝫ: vel frigidis vel opacꝫ circa equinoctiũ triticũ et ordeũ seri oportet dũ scꝫ serenitas cõstat vt ante hyemem conualescãt radices. Idẽ in lib. ij. Mense ianuario triticũ et far seri oportet dũ quattuor folioꝝ est. Idẽ in lib. vij. In Junio mense postremo locis maritimis ac siccis ⁊ calidioribꝫ tritici messis abscindit̄. Idẽ in lib. viij. Mense Julio temperatis locis tritici messis expellenda est et more quo dictum est.

Operationes

A ¶ Isaac. Triticuꝫ est cibꝫ ad humani corpis nutrimentũ p̄cipuus ⁊ naturalit̄ sile cõplexiõi eius. Triticũ s̄m naturã sui substãtialẽ in. j. gra. est cali. ⁊ hu. et sic. in medio. Panis ex eo fact⁹/calidior ē in. ij. gradu: q̄r calor ei⁹ augmentat̄ a calore ignis ⁊ coctiõe: sicut ordeũ et faba cũ in propria natura sicca sunt: si in aqua coquantur humiditatẽ assumunt. Granũ tritici masticatũ vel assatũ apostemati qd̄ ex rabidi canis morsu contingit suppositum morsum fugat.

B ¶ Oleum autem de grano factum/ad empetiginem et serpiginem auferendum valet.

C ¶ Tritici recẽtis ac noui nutrimentũ paruũ existit: et crudũ et flegmaticũ: et inflatiuũ: rugitũ ac dolorẽ lateribꝫ cõmouet: et in putredinẽ cito cõuertit̄. Assatũ ad ignẽ magis nutrit: vẽtositatẽ minus facit et stipticũ est. In aqua coctũ grauissimum est et inflatiuum digestioni durũ: et rugitũ mouet. humores densissimos generat ⁊ viscosos: maxime si granũ est farine multũ habẽs furfuris parũ. Si tñ bene digerit̄ multũ nutrit et mẽbra cõfortat tarde egerit̄: vnde dandũ est eis qui magnis laboribus exercitantur.

D ¶ Granũ factũ et similia: sanguinẽ laudabilẽ faciũt et multũ nutriũt. Si tñ vtant̄ opilationẽ epatis faciũt/duriciẽ splenis/lapides in renibꝫ vel in vesica: maxime si renes calidi inueniant̄ naturaliter vel accidentaliter.

E ¶ Aui. Triticũ mũdificat faciẽ: et eius farina et amilum cũ croco est medicamen pani. Sauich tritici et ordei grauat.

F ¶ Triticũ crudũ et etiam decoctũ elixatum non mollitũ neq; fractum/neq; coctũ: ita vt sit puls et fractũ etiam similiter quando comeditur generat vermes. Triticum quoq; q̄dem tritum et puluerizatũ super morsum rabiosi canis est iuuatiuum.

G ¶ Dyasco Triticũ vtile est et recẽs ac rufuꝫ .i. aurosum. Et qd̄ siccatiuũ vocat̄ crudũ masticatũ et impositũ/canis rabiosi morsum curat. Farina eius addito succo iusquiami ⁊ cathaplasmata/neruorum reuma compescit. Oximelli mixta inflationem tollit. Lentigines emendat.

H ¶ Furfur eius cũ aceto coctũ/lepras minuit et impositũ/tumores oẽs cõpescit. Cũ ruta coctum tumores spargit morsibꝫ venenatis medicat̄. Tortionibꝫ calefaciẽdo subuenit.

I ¶ Fermentũ eius virtutem habet calidam. Tumores plantarum spargit. Pustulas minutas corporis emendat.

¶ Rasi in almansore. Triticum bene coctum omnibus cibis plus nutrit: et maxime si cum lacte coctum fuerit. Confert etiam natura calidis et macris: et bis qui multum laborant: vel qui augmento virium indiget. Habentes vero dispositiones contrarias cito venas replet: et fe. et arteticum dolorem: et lapides in renibus: et apostemata adducit.

¶ Auto 2. Triticea quoq; fit ceruisia: sicut ex deacea et auenacea. Unde ceruisia iuxta Isidorum est acererem: id est a fruge vocata: quia potio est ex frumenti seminibus: vario modo confecta.

Caput. cccclxxxx.

TRipolion. Dyascorides. capitu. Tripolion sm translationem Grecam. Nascitur in locis maritimis: id est in littoribus: ipsius folia habet apio similia z grossa: hastam longam duabus palmis in capite diuisam: florem dicitur mutare ter in die. Nam mane colorem album facit: z alijs horis cum mutat: media die purpureum: et sero feniceum.

Operationes

¶ Virtus est illi calidissima: cum vino bibita. 3. ij. humores aquosos vētris deponit: vrinam prouocat: acceptis venenis occurrit.

¶ Plini. lib. xxi. Tripolio apud grecos herbam inclitam musey et besyady laudibus ad omnia predicantium vtilem superq; ceteras ad famam quoq; dignitatis prorsus miram si modo vt tradunt eius folia mane candida meridie purpurea: sole occidente aspiciunt serulea.

¶ Duo sunt eius genera. Campestre maius. et syluestre minus. Folia canis hominis similia. a radice palmo nunq; altiora.

Caput. cccclxxxxj.

TOrmentilla: vel catbaphilon: vel porentilla Grece. Arabice buseke. Latine bistorta. Tormentilla est herba similis pentaphilon: nisi quia habet septem folia vndiq; pilosa: et ideo vocatur eptaphilon cuius radix est rubea et tortuosa similis galange: sed non habet acumen. Flos eius aurosus: et ipsa iudicatur frigi. et sic. in. iij. gradu. Sed est notandum q; est species tormentille habens folia similia lappacio acuto: nisi quia color foliorum ex vno latere est celestis: et ex alio viridis: flos eius est rubeus et radix rubea: que ab aliquibus vocatur bardana minor: et ab aliquibus lappa minor. Virtus eius in omnibus sicut virtus prime speciei sed remissior.

Operationes

A ¶ Tormẽtilla hꝫ virtutẽ ꝯsolidandi ⁊ ꝯfortãdi ꝯceptũ. Cõtra dissurriã dẽt puluis tor
B mẽtille cũ succo plãtaginis. ¶ Ad cõstringẽdum mẽstrua fiat fomentũ ex aqua pluuiali decoctiõis pulueris eius. vel ex duabꝫ ꝑtibꝫ eiꝰ et vna spice fiat puluis q̃ aspergat̃ supra ventrẽ. ipso prius melle calido emplastrato.
C et iuuat conceptũ. ¶ Ad conceptũ iuuandũ fit emplastrũ ex puluere eius ⁊ alijs speciebꝫ aromaticis. Puluis eius vulnera cõsolidat
D ¶ Cõtra vomitũ ex debilitate ⁊ furore colere puluis eius cõficiat̃ cum albumine oui. et coquatur super tegulam. et detur patienti.

Caput. ccccl xxxij.

Turbit ara. latine ⁊ grece caritamiõ. Ser̃. li. aggre. cap̃. Turbit: auto. Dyasco. Turbit est plãta q̃ nascit̃ in littore maris. in locꝫ. s. q̃ mare cooperit qñ crescit qñ vero est trãquillũ nõ tangit ea. nõ em̃ nascitur intra aquã nec multũ lõge ab ea. ⁊ nisi qñ mare turbat̃ ⁊ crescit nõ tangit ea. Habꝫ folia silia folijs plante q̃ dr arasatis. nisi qꝛ sunt grossiora eis. ⁊ hꝫ stipitẽ duobꝫ palmis longũ diuisum in summitate. Et q̃dã dicunt ꝙ flos eius mutat colorẽ suũ ter in die. qꝛ in mane est albꝫ. ⁊ in meridie declinãs ad purpureũ colorẽ. in vesperis vero fit rubeus. Radix vero eius est odorifera alba. que qñ masticat̃ calefacit linguã. Et idẽ auto. Gal. trãslatione albarich. Nascit̃ in littoribꝫ ⁊ arenis Et virtus eius est calida ⁊ sicca.

Operationes

A ¶ Sera. Turbit laxat ⁊ mũdificat vẽtrem. Et melius ex eo est illud quod cum euellitur et radix eius a terra aufertur cortex eius statim et abijcitur grossum quod est intus.
B ¶ Et ex corticibꝫ eius melior est ille q̃ est vt calamus gũmosus et albꝫ. ⁊ volumus ipsum frangere cito frangit̃. ⁊ nõ accipiatur illud turbit qd̃ est tortuosum. Turbit est calide et
C sicce cõplexiõis in. iij. gradu. ¶ Et idẽ auto. Abe mesuay. Et melior est ille subtilis ligni. ⁊ proprietas eius est laxare viscosuꝫ flegma. verꝫ ipm dimittit debilitatẽ in stomacho ꝑpter abhominationẽ sui saporis. Rectificatio eius est cõficere ipm cum oleo amigdalarum dulcium. Dosis eius a. ʒ. j. vsqꝫ ad. ij. Et oportet ꝙ adhibeat̃ solum. et ipm quidem est bonũ humoribus sciatice. Et educit eos ⁊ laxat humores grossos. ¶ Et idẽ auto. Habix
D Melius ex eo est albũ in colore suo. et quod in figura est sicut calamus argenteus. ⁊ pulpa calami est subtilis ⁊ cito frangit̃. non existens grossuꝫ neqꝫ graue. ⁊ quãdo teritur est cõtritio illius facilis: et est albũ quando est
E tritum. ¶ Illud vero quod nõ est tale nõ est alicuius bonitatis. Et turbit qñ transiuerit tempus multũ super ipm fiunt in eo vermes sicut in alijs lignis. ⁊ debilitatẽ in ꝟtute sua Et signũ eius super hoc est: ꝙ apparẽt in eo foramia ac si esset foratum acu. et turbit quidem laxat flegma laxatione leui. ¶ Et recti
F ficatio eius est ista: ꝙ frices corticẽ eius donec peruenias ad albũ eius. et postea tere ipsum. ⁊ cribra ipm per cribrũ tenue. ⁊ si ponis ipsum in medicinis laxatiuis sicut in pillulis ⁊ decoctionibꝫ: cribra ipm per cribrũ strictiõe. sit ei aliqua grossicies ne adhereat vilis stomachi ¶ Et cõueniẽtior modus rectifi
G cationis eius est: ꝙ cõficiatur cum oleo amigdalaꝝ amaraꝝ postq̃ fuerit trituratũ ⁊ cribratuꝫ. Et si vis exhibere ipm habẽtibus flegma viscosum tenax: tere subtiliter et cribra vt ipsum non adhereat stomacho. ⁊ expellat ipsum flegma. ¶ Pau. cap̃. de turbit. Turbit
H est calet sic. in. iij. gradu. ¶ Jo. Me. Turbit
I est radix cuiusdã herbe: cuius folia sunt silia folijs ferule minoris et est ex habentibꝫ lac. Et est ex eo siluestre ⁊ domesticũ: et magnũ ⁊ paruum. Et adhuc ex eo aliud album: aliud citrinum: ⁊ aliud nigrum. ¶ Electio. Quod
K in locis nascit̃ siccioribꝫ: ⁊ gũmosius propter spissitudinẽ lactis eius. Cõtrarium vero: ecõtra declinat a ꝓprietatibꝫ bonis. q̃ sunt septẽ ſm qd̃ sapiẽtes scripserũt. s. vt sit albũ ⁊ vacuuꝫ: arundinosum ⁊ gũmosum. et fit cortex eius cinericus ⁊ planus: ⁊ sit recens ⁊ facile

frāgibile. Citrinū ꝙo malū est ⁊ nigrū pcꝰ grossum est nō bonū. ⁊ subtile tenue subtiliter. ¶ Est cm̄ debile antiquū malū: ⁊ qō ē cri spi corticis bñs interꝰ cū frangit sicut nervos. est silvestre malū. ⁊ qō nō est gūmosum est debilius ⁊ ventris conturbatiuū. Et tua interest vt cognoscas adulteratū: ex eo q̄ fit ch̄ suplinitione in extremitatibus eius ⁊ gūmi dissolutione. Et cognoscit eo q̄ in fractu ris ipsius est sine eo. ⁊ nimis recēs est cōturbatiuū ⁊ subuersiuū visceruꝫ. ¶ Antiquū ꝙo debile: mediocritatē rō bñs est cm̄ qō eligit. Cōplexio ⁊ ꝓprietas ca. est in. iij. gradu. Et est resolutiuū: attractiuū attractione medio cri. generās ventositatē ⁊ subuersionē ⁊ nauseam. et acquirit ex vsu eiꝰ exiccatio in corpore: cenacuat enim humiditates subtiles. ¶ Rectificatio. Tria sūt corrigibilia in ipso: Est cm̄ debil operātis ⁊ tarde. ⁊ nocet stomacho faciens subuersionē ⁊ nauseā. Et acḡrit vsus eiꝰ corpi exicationē nauseā ⁊ estuationēꝫ ¶ Rectificatores ꝙo eius in primis abradi iusserūt corticē eius: donec appareat album ipsius. ⁊ corrigūt. de q̄ dictū est. Primo administrando aliq̄d virtutis acute vigorās ipm in operādo: et ex rebo ipm maxime cōfortantibus ē zuccaꝫ. ¶ Ipm cm̄ sigillat ei proprietatē mirabilē: vt educat humorē grossum et viscosum. etiā a remotis cuꝫ facilitate. ita q̄ etiā a iuncturis ⁊ anchis et a locis ꝓfundis et distantibo. q̄ se ꝙo nō facit illud immo educit ꝯ flegmate qō subtile ⁊ relinquit grossuꝫ. et hoc tarde operat. Et corrigunt qō lēdo dictū ē. admiscēdo ei ex medicinis stomaticis. et ex redolentibo ⁊ sedantibo agitationē in eo sicut est mastix ⁊ gallia aromatica. ꝓprie sicut zinziber ⁊ piper longū ⁊ silia. Et emēdat qō vltimo de eo dictū est: sicut dixit Alcauzi vt misceat oleū amigdalaꝫ: aut cōinngat cū amigdalis: aut cū zuccaro. ¶ Et dixit Rufus. Administratio ipius cū stipticis removet hoc ab eo. ¶ Et dixit iudeꝰ. Ipm cū cōfectione de citonys aut rob ipius cū medio pōderis eius ex zinziberis ⁊ duplo pōdere ipius ex amigdalis est solutiuū bonum. ¶ Inquit Hamech. Et fūt trocisci ex eo ⁊ duplo ponderis eius floꝝ violaꝝ: ⁊ medio pōderis eiꝰ ex zuccaro. ⁊ fit solutiuū sine molestia. ¶ Et inquit Johānicius. Accipe dactiloꝝ infusorum in aceto die ac nocte partes. c. penidiarum ptes. l. amigdalaꝝ purgataꝝ. ptes. xxx. turbit ptes. xxxv. scamonee. ptes. cū. zinziberis. piperis lōge foliorꝝ rute siccoꝝ ana partes. iiij. coꝝ fiat permixtio bona. ⁊ cōfice cuꝫ melle despumato. Est cm̄ medicina mirabil. ¶ Inquit filius Zezar. Medicamen de turbit: qō elegi in egritudinibo in quibus vsus eius ē necessarius. Accipe turbit partes. x. zinziberis ptes. v. zuccari partes. xx. ⁊ qñq̄ addit masticis. z. iij. ⁊ alia ꝓ intētōes alias ¶ Et dixit iterꝫ. Infundant turbit in succo cucumeris asinini die ac nocte: postēꝫ rasus fuerit eius corteꝫ. ⁊ exiccet. est cm̄ vitimū ad egritudines iuncturaꝫ. Turbit aūt de triturationē ⁊ cōtritione sustinet omne qō est mediocre. Nocumentū aūt eius expellit aqua mellis ca. ⁊ aqua similiter zuccari ru. cū oleo amigdalarum. ¶ Jo. De. Turbit cōfortatū solutione educat humores flegmaticos grossos et viscosos a remotis: ⁊ ꝓprie a iuncturis. et ipsum quidem mūdificat pectus a flegmate grosso putrido ⁊ ipm quidem mūdificat stomachū: et expellit superfluitates ab eo adherētes in villis eius. ¶ Et valet ad dolorē iuncturaꝫ: et eiꝰ vsus pservat a lepra: ⁊ ab infectionibo flegmaticis: sicut e morfea ⁊ baraa. ⁊ est medicina febriū flegmaticaꝫ bona. Dñ autē qui sumūt ipm timeāt austrum ⁊ abhorreant pisces. Dosis eius cōtriti est a. z. j. vsq̄ ad. ij. et eius decoctio a. z. ij. vsq̄ ad. iij.

Caput. cccclxxxiij.

Tubera. pan. caꝑ. cccxxvj. Hamech. ara. grece kamaket vl kamacher. latine

vero tuberi. ⁊ est fung⁹ quidā. Et quidā vocant ipm fungū vescenium. Sera. li. aggre. cap. Hamech. auto. Dyas. Hamech ē radix rotunda nō habēs folia nec tyrsum. color ei⁹ est rubeus et reperit in vere: et comedit crudus et coctus. Et idem auto. Galie. Substantia eius est terrea multum admiscetur ⁊ parum substantie subtilis.

Operationes

A ¶ Gal. in li. de chimis. Kamek̄et gñat grossum humorē: ⁊ nō est multum mali chimi. Et dixit in li. venenoꝝ ꝙ gñat stranguiriā ⁊ colicā. silr faciunt fungi. Et meli⁹ eoꝝ est illud
B qd reperit in arena hñs paucā aquā. ¶ Aui. li. ij. cap. tubera. Sūt ex substātia terrea pl⁹ ⁊ aquea minus: ⁊ in ipis est aeritas ⁊ subtilitas pauca. Meliora eoꝝ sunt arenosa illa in qbus nō est odor malus. ⁊ q̄ ex eis sunt sicca deteriora sunt humidis. sunt grossa valde: ⁊ generāt humorē grossum melācolicū. ⁊ sunt dure digestiōis. ⁊ tyriaca eoꝝ est vinū puꝝ ⁊
C species condiētes. ¶ Almansor tractatu. iij. cap. de tuberibo. Tubera fri. sunt ⁊ grossa. flegma quoqꝫ generāt cruda: que aūt ex eis ruborē habēt mala existūt quoꝝ multa comestio colicā generat: nec etiā absqꝫ calidis sūt
D edenda cōdimētis. ¶ Isi. Tubera est oleris spēs quā tumor terre ꝓdit. eaqꝫ causa illi nomē dedit. ¶ Pli. li. xix. In rerū miraculis (vt
E iam dictū est superi⁹) maximū est aliqd nasci vel viuere sine vlla radice. Tubera vocant hec vndiqꝫ terra circundata. nullisqꝫ fibris aut saltē capilla mentis nixa nec vtiqꝫ exuberante loco in quo gignunt aut rimā agen
F te nec ipse coherēt terre. ¶ Auicē. Tarde digestionis sunt ⁊ grauātia stomachū. ⁊ sunt grossi chimi. Gali. in quodā loco dixit ꝙ nō sunt mali chimi.

Caput. cccclxxxiiij.

Thus. Isi. Thus a tundēdo dictū est. Est aūt succus aromatic⁹ quē arbor Arabie in modū amigdale fundit album ⁊ masticatiōe resolutū velut in puluerē. ⁊ cū frangit intus pingue ē. Igniqꝫ appositum facile ardescit. Et appellat apd nos masculus: eo ꝙ sit natura rotūdū in modū testiculoꝝ. Reliquū ꝟo planū ⁊ pene scabrosum minus optimū. Adulterat aūt admixta resina siue gūmi: sꝫ ꝓprietate sua dinoscit. Nam thus igni impositū ardescit: resina fumescit. Gūmi vero calefactū liq̄scit. ¶ Dyas. Thus lachrymū ē arboris q̄ grece libanus dr. De q̄ superius de O. cap. cccxxij. dictū ē. Qd quidem de Arabia affert cādidū. Qd aūt d India subrufum: sed vtrūqꝫ masculū ē: ⁊ tertiū valde minutū: qd mānus dr vel māna thuris.

Adulterat āt thus masculū picinia. i. pinali resina ⁊ gūmi cōmixto. Sed in hoc deprehēditur ꝙ non talem odorem emittit. Glosa super Ecclesiasticum. Thus bis in anno colligitur. In autumno scilicet et in vere. Sed in autumnali collectione preparatur inciso cortice in estatis feruore. Inde prosilit spuma pinguis que concreta densatur: nisi loci natura poscat tegere palma incipiente. Qd in arbore hesit ferro depectitur: ideo corticosum videtur. Purissimum hoc est thus candidum. Secūda vindemia preparatur in hyeme incisis corticibus. Rubrum hoc erit nec comparandum priori. Nouelle arboris veteris est odoratius quod ex eo pependit rotūditate gutte masculum vocatur.

Operationes

¶ Rasis. Thus est calidum et siccum. Carnem in vulneribus creat. Ventrem ac vomitum arcet: intellectum acuit. De qua tamen si multa sumatur quantitas sanguinem adurit et amantes ⁊ vigilantes efficit. Tremomori cordis auxiliat. ¶ Dyasco. Thus valet ad zernas ⁊ araneas ⁊ cōbusturas et quassationes. et ad aurium mannarūqꝫ dolores et intraneorum tumores. Verum si a sano bibitum fuerit: maniā vel etiam mortem incurrit. Porro manna thuris eligenda est alba munda. frusta habens minuta: cuius virtus olibano similis est: sed paulo fortior. ¶ Deniqꝫ tumores oculorum ⁊ reuma suspendit oculorumqꝫ vulnera medendo limpidat. Simi-

D li modo facit fumus storax ac myrrhe: quia similes sunt. et virtus vna est. ¶ Constan. in li. graduum. Thus est ca. et sic. in .ij. gradu. calefacit ⁊ constipat. visum clarificat. recentia vulnera solidat. fluxum sanguinis vbicūq; sit constringit. ¶ Pessima vlcera in ano vl' in alio loco nascentia: si superponat cum lacte temperatum dilatari non permittit. et grossum flegma dissoluit. Memoriaz quoq; corroborat. ¶ Itē masticatum cum organo vel staphisagria dissolvit flegma a capite extrahendo. ¶ Et lingue grauedinem alleuiat cum sepo anatis temperatum ad vulnera desiccanda fit optimum. ¶ Valet etiam ad vulnera propter adustionem ignis facta. Cum sapa dissolutum et auribus instillatum mitigat dolorem earum. Nacer.

J ¶ Thus calidū siccūq; gradu dicere secūdo.
Lumina clarificat laccinio si soluitur vui.
Contritū vel femineo cū lacte repenti.
Acri cū vino tritum pice lacteq; mixtis.
Vulnera precipue curare recētia dicūt.
Pingui porcino mixtū medicabit vitia.
Admixtū melli pānaricia decutit vnguis.
Thus bene cōtritū: vinoq; repento solutū.
Affirmat auri. multū prodesse dolenti.

Caput.cccclxxxv.

Valeriana. Fu. ara. grece lichinis. Latine vero maranella. Valeriana / herba garte/herba būdicta amantilla. genicularis antilla. sistarvalentina. serpillum maius. Ser. li. aggre. cap. Fu. anto. Dyas. Fu est spica siluestris habens folia simina folijs herbe que dicitur grece ypopellinum. vel ysopellinum: et habet stipitem vnius bracby longitudine aut amplius: cuius color declinat ad purpureitatem: et est interius concauus et nodosus: habens florem in figura similem narciso: nisi quia est minor: eo: sed in albedine est sicut ille. et est in eo parum purpurei coloris. et illud quod est inferius est grossus q̄ quod est superius. sicut spica frumenti. Radix eius subrufa in modum paruuli digiti. et ingrediuntur ab ferioribus eius come involute sicut squinantum. ⁊ elleborus niger. et sunt invicem adherentes: quarum color vergit ad albedinem. ⁊ habet odorem bonum: ⁊ est aliquantulum in ea ō odore nardi cum pauca pinguedine. Et quod de ipsa administratur est radix eius cū comis suis. ¶ Halic. viij. sim. far. cap. Fu. fm translationem grecam. Fu. id est valeriana aromatica quodammodo est huius herba nardo similis fm virtutem: sed ad plurimuz deficiens. ¶ Et idem in libro fm translationem arabicam. In radice ipsius plante est aromaticitas. et virtus eius assimilatur virtute spice nardi. et est ca. in .ij. gradu. et sicca in fine eius.

Operationes

A ¶ Dyas. fm translationem nostram. Fu. id est valeriana. Vulgi nardum agrestem appellant. Nascitur in ponto. Folia habet similia elleboro. vl' similia yposelino: siue apio siluatico. Vasta est illi lenis et mollis subpurpurea et nodosa crescens de terra cubito vno aut amplius. Flores similes habet narciso in figura. nisi quia est minor eo. sed similis in albedine: radix est illi in robore digiti minoris similis unco. aut elleboro nigro colore rufla cuz odore grato: ex q̄ alie excrescūt parue implicate sicut elleborꝰ niger.

B ¶ Plinius cap. fu. Fu est genus herbe odorate: in ponte nascitur p̄ interualla. nodos habens ⁊ flores albos minores q̄ narcisseus. que habet folia similia apij siluatici. cyrsum rufum mollem ⁊ cauum ac leuem. Radix eiꝰ subrufa in modum pusilli digiti. ex q̄ alie excrescunt minores implicate: vnde equalis ē virtutꝫ spice. ꝫ plꝰ quocatvrinā. ⁊ ē ca. in .ij. sicca in principio .ij. est ferventis virtutis

C et mictualis. ¶ Pau. cap. fu. Fu. ca. est et sic. in. ij. gradu. Radix eius in medicina poni-
D tur. virtutem habet dyureticam. ¶ Gal. sm translationem arabicam. Fu prouocat vri-
E nam. ¶ Dyas. Fu feruentis est virtutis et mictualis cuius elixatura facit ad lateris dolorem. Menstrua incitat: antidotis misce-
F tur. ¶ Paulus. Contra stranguiriam et dissurriam detur vinum decoctionis eius. Herba etiam decocta et supposita vrinam prouocat: ad digestionem confortandam et dolorem stomachi ex frigida causa detur vinū decoctionis eius: et seminis feniculi vel masticis cum succo alicuius herbe diuretice.
G ¶ Contra vitium pectoris detur vinum decoctionis eius: vel suppositorium ex bombice intincta in confectione facta ex puluere eius et oleo muscellino vel communi. Contra opilationem splenis et epatis ex frigida
H causa: vinum detur decoctionis eius. ¶ Isi. Fu est herba et in ponto nascitur. folijs oleastro similibus. Platea. Fu est herba que alio nomine dicitur valeriana. in. ij. gradu calida est et sicca. In estate radices eius colliguntur et ad solem exiccantur. ac per triennium in efficatia multa seruantur. Radix tantum in medicinis ponitur. Eligenda est illa que solidam intus habet substantiam et non perforatam. que cum frangitur non puluerizatur. Habetq; virtutem diureticam. ¶ Vinū
I decoctionis eius datur contra stranguiriā et dissurriam. Herba etiam ipso in vino cocta et superposita prouocat vrinam. et ad cōfortandam digestionem. et ad dolorem stomachi ex frigida causa vel ventositate datur vinum decoctionis eius et seminis feniculi vel masticis cum succo alicuius herbe
K diuretice. ¶ Contra vitium pectoris ex frigida causa datur vinum decoctionis eius vel aqua. Ad superfluitatem matricis mundificandam fit ex ea fomentum vel etiam suppo-
L sitorium. ¶ Auicē. Fu. Folia eius sunt sicut folia apij. Et crus eius vni⁹ cubiti plus planum et tenerum. cuius supremum est digiti grossitudini proximum ac purpureum: nodos habens et florem sicut narciscus: vel maiorē. In albo etiā ipius ē q̄si purpureū. Inferius in radice sua emittit ramos. Et in ip-
M sa radice est odor aromaticus. ¶ Confert dolori lateris. vrinam prouocat: si bibat. ⁊ eius decoctio prouocat menstrua: plus etiam spica.

Caput. cccclxxxvj.

Verbena. Isido. Verbena siue veruena dicitur quasi pura. sed a grecis gerobotanea nomen accepit: eo q̄ remedijs ac ligamentis hominum ac purificationibus sacerdotum a gentilibus apta proba-

ta est. vnde pontifices illam appellabant saginen quasi sancinen. ¶ Plinius libro. xxv. Nulla tñ romane nobilitatis plus habet q̄ therebotane: quam nostri verbenatam vocant. Hac iouis mensa vergit: domusq; purgantur ac lustrantur. Duo sunt eius genera foliosa que femina putatur. Has folijs rarioribus: vtriusq; plures ramuli tenues/cubitales/angulosi. folia minora q̄ quercus et angustiora: diuisuris maioribus. Flos vero glaucus: radix longa: tenuis. et vbiq; nascitur in palmis aquosis. Quidam autem non distinguunt: sed vnum tantum faciunt genus. eo q̄ eosdem vtraq; habeat effectus.
¶ Pandecta cap. ccxc. Gerebotanum vel peristerion grece. arabice albea. latine autem berbena siue verbena vel sacra herba ¶ Sciendum q̄ prima species gerebotani est centrū galli. et est supina. Scda species gerebotani est verbena. que dicitur gallinacea ⁊ est recta. ⁊ ideo vocatur ortos. Et hoc Dyasco. dicit in cap. de gerebotano. Et prima species gerebotani a quibusdam vocatur. peristerion. et illa est centrum galli. Et ideo in Pandecta litera P. facit semotim cap. ab illo qd incipit Gerebotanum. et illud quod incipit peristeriō. vnde dicit gerebotanum. ideo nomen accepit tale: quoniam sacerdotes eam purificationibus adhibere consueuerunt.
¶ Dyas. cap. de gerebotano. Gerebotanū q̄

multi peristerion aut verbenam dicūt. Species habet duas. Una ē supina: altera recta Prima vocatur sidericis curetis: et alchea ⁊ cyperissis: vt esculapius in libro suo memorat et Pytagoras crisceptron nominat: latine dicitur licinia. quasi lustrago vel vertipedium vel centrum galli. Secunda quam erectam diximus: vocatur etiam trigomon humo. vel gerebotanum hercularia. latine crista gallinacea vel verbena: vtraq; folia subalbida: et veluti incisa habent. et virgas in cubiti lōgitudine amplius ⁊ angulosa: et radices tenues et longas.

Operationes

A ¶ Dyas. Radix verbene et folia cum vino bibita: et cathaplasmatibus adhibita: ictericis medentur. ¶ Et morsibus venenatis occurrunt. Foliorum eius ʒ.j. cum vino imposita per dies quatuor et gargarismo: ipsa folia adhibita vulnera oris et putredines tollunt. ¶ Elixatura eius si in conuiuio aspersa fuerit: hilaritatem prestat. ¶ Datur vero tertionarijs cum folijs tribus et radicibus tribus: quartanarijs vero quatuor numero: folijs ⁊ radicibus tota herba vulnera glutinat: et alienationes stringit. ¶ Et ad omnia venena potui data optime facit. Hec autem herba idem nomē accepit: sed vt sacerdotes eam purificationibus adhibere consueuerunt. ¶ In passionario habetur q̄ si medicus visitando infirmum ipsam in manu portauerit: nesciente egroto. ⁊ dicet egroto: qualiter es. si eger dicit bene: sanabitur. et si dicet male: morietur. ¶ Paulus. Aqua decoctionis eius matricem mundificat optime: et menstrua prouocat. Semen eius cum succo feniculi oculis impositum ipsos mundificat

Caput.cccdxxxvij.

Verbasco. Isido. Verbascum latini herbam: quā greci appellant flamos. Harum altera est masculus albidioribus et angustioribus folijs. Altera vero femina folijs latioribus atq; nigris: lanuginosis et hirsutis.

Operationes

A ¶ Plinius libro.xxvj. Contra tussim bibitur verbascus: cuius flos est aureus: atq; tāta vis huic est vt etiam iumentis non modo tussiētibus: sed ylia q̄z trahentibꝫ in potu auxilietur: quod et de gentiana reperitur.

B ¶ Ex herbario. Verbascus nascitur in locis

sabulosis. ¶ Ad podagram hec herba contusa et imposita dolorem sedat.

Caput.cccdxxxviij.

Vecticon. Dyas. cap. Vecticō. ſm trāſlationem arabicam: herba eſt que habet folia ſimilia edere. v. aut. vij. ſed paulo maiora ſpāſa circa terram: deſuper alba angulosa ⁊ viridia cum multis virgis duorum palmorum. flos eſt illi viridis. in vere maxime naſcitur. haſta ipſius tenuis eſt ita vt vix poſſit videri.

Operationes

A ¶ Dyas. Folia eius molli addita ignem ſacrum extinguunt tumoribus omnibus medentur. B ¶ Sicca fumigatio eius omnia etiam ſimiliter facere nouit. Mortuos in vtero infantes excludit ciato vno cum mulſa bibito. C ¶ Radicem eius ſiccam pone ſuper carbones de vite aminea. aut de oliua aut cooperi. et eius quod eſt ſubtile de emboto infirmus teneat in ore et fumum recipiat. poſtea vinum amineum modicum glutiat.

D ¶ Illa herba etiam aperit orificia venarum



Caput. cccclxxxix.

Veccia latine. grece yſoforacius. arabice lachinis ſiue lechurios.

Operationes

A ¶ Galienus. j. de cibis cap. veccia. Figura horum ſeminū non eſt rotunda ſicut fabe: ſed ſublata magis ſimilis lentibus. reponūt autem agricole: et hoc cum ipſis folliculis. ſimiliter cum totis plantis gratia alimenti brutorum animalium.

¶ In fame autem vidi et ex his quoſdam comedentes: et maxime adhuc viridibus exiſtentibus ſicut cicera et fabas comedunt: cōſueta autem ſunt non indelectabilia ſolum: ſed indigeſtibilia et ſiſtitiua ventris. neq; boni chimi generatiua. B

¶ Apta ad ſanguinis groſſi melancolici generationem ſicut et lenticula. ſed illi quidem multa bona adſunt. huic autem nullum illorum bonorum ineſt. C



Caput. ccccxc.

Vermicularis. Pandecta cap. ccclv. Herba graſſula eſt herba de qua inuenitur maior et minor. et minor eſt vermicularis. Dyas. Vermicularis eſt herba que ſimilatur herbe graſſule maiori.

Operationes

¶ Sera. Semen illius herbe eſt calidum et ſiccum in. iij. gradu. et expellit lumbricos. A

¶ Et dicitur q̄ reperitur ſuper terram in eo razeni poſtq̄ pluit. B

¶ Et quando bibitur de eo tritum: expellit lumbricos et aſcarides. et laxat ventrem. C

¶ Auicenna. Vermicularis calidū eſt in. iij. gradu. et eſt ſemen arenoſum interficit vermes et aſcarides. D



Caput.ccccxcj.

Vernix lati.ara.sandaros vel baratin vl' gressa vl' sandaraca.gre.gium. Sera.li.aggre.cap̄.sandros.i.vernix.⁊ ē gūmi ca.⁊ sic.cōplexionis est in.ij.gradu. Et idē auto. Habix.ca.ē.⁊ sic.sz caliditas ē pauca ⁊ ē silis karabe.:sz nō ē ita dur:⁊ in eo parum est amaritudis.⁊ affert a terris chr̄ianoꝝ. ¶ Pau.cap̄.de vernice. Vernix ē gūmi cuiusdā arboris q̄ in chr̄ianoꝝ partibꝰ nascitur.q̄ arbor iuniperus vocat.vñ ab eo tēpore estiuo quedā gūmositas egredit.q̄ actione caloris exiccat ⁊ indurat. Et dr̄ vernix: q̄ cū colligit est albi colorꝫ.⁊ cū antiquat est subcitrini.et cū plus antiquat est ruffi colorꝫ. quecunq̄ sit dūmodo sit lucida ⁊ clara eligēda ē Et dr̄ etiā vernix quoddā qd̄ cōficit ex oleo seminis lini ⁊ vernice.⁊ inde illiniunt vel cō solidant colores apud picturā. Habet autē vernix v̄tutē cōglutinādi ex viscositate sua et clarificādi ⁊ conseruandi. qd̄ satis patet. Nam pictores supra alios colores cōseruāt.

Operationes

A ¶ Sera. Vernix aūt qd̄ ē gūmi absq̄ confectiōe valet cōtra fluxū sanguinis ex naribꝰ si puluis eius cōfectus cū albumine oui tēporibus ⁊ fronti superponat. cōtra vomitū colericū fiat ex puluere eius emplastrū ⁊ olibano ⁊ albumine oui et stomacho superponat.

B ¶ Idē etiā fiat cōtra dissinteriā addito aceto:⁊ superponat pectini. puluis eius in ouo sorbili datus valet cōtra vomitum colericū vel dissinteriam. valet etiā puluis contra interiorem et exteriorem solutionem. ¶ Sera: predicto li.et cap̄. Vernix cōfert catarro qñ fit fumigatio cum ea.et desiccat vlcera.et abscindit sanguinem menstruum. ¶ Et idem auto. Bedigoras.⁊ de proprietate eius.⁊ cōfert catarro et desiccat fistulas: et est sicca ⁊ calida in.ij.gradu.euellit superfluitates flegmaticas que sunt in stomacho et intestinis ¶ Et occidit lumbricos et ascarides.et confert fluxibilitati neruorum que accidit a frigiditate et humiditate et repletione. ¶ Et idem auto. Habix.quando fit suffumigatio cum eo confert catarro capitis.⁊ quādo puluerisatur super vlcera desiccat ea. ¶ Et idem auto. Atabari. Sandaraca est similis Karabe in virtute sua.et confert fumigatio eiꝰ corize.et desiccat fistulas:et cōfert sputo sanguinis et emorroidibus. Et est gummi citrini coloris:simile Karabe. et est in eo parum amaritudinis et affertur a terris christianorum et virtus eius est similis virtute Karabe. ¶ Et quando fit cum ea fumigatio.confert fistulis.et quando accipitur ex sandaraca et oleo rosarum et linitur cum eo confert scissuris que fiunt in membris et manibus ⁊ pedibus: et si non inuenies pone loco eius pondus tertij partis plus pondere ipsius d̄ Karabe quod dixit Galienus esse gummi haur romane. ¶ Ubi sciendum q̄ illud vocabuluꝫ sandaraca aliter intelligitur in libris arabum:⁊ aliter in libris grecorum. Nā arabes pro sandaraca intelligunt vernicem sicut iam dictum est:sed greci pro sandaraca intendunt quendam lapidem. Unde Plini. Sandaraca affertur a Ponto et Capadocia et Sicilia:et est lapis ignei coloris.

¶ Dyascorides capitulo de Sandaraca. In eisdem locis nascitur vbi auripigmentum. Hoc etiam dicit Dyas.cap̄.de Arsenico. Et dicit q̄ eligenda est sandaraca que est colore ruffa valde et facile terribilis. et crepula munda.colorem habens cynnobori.et odorez sulphuris. Virtusq̄ ei similis Arsenico. vnde est caustice virtutis et dyaforetice et stiptice. ¶ Resine mixta alopicias curat cum pice vngues leprosos excludit: oris vulnera et narium curat. Omnes pustulas cum oleo purgat. Oleo mixta pediculos curat. Pustulas cum adipe mixta mundat. Condilomata ani compescit. ¶ Empicis cum melle ⁊ vino vtiliter datur. Fumigio tussim prohibet.maxime resina mixta. Fumus ore acceptus vocem limpidat cum melle accepta sicut electuariū asmaticis medicat siue voci obtuse cum resina vt captapucia accepta.

A ¶ Ysaac in viatico similiter sequitur modum grecorum: sicut cap. de dentibus putridis, ⁊ cap. de morfea. ¶ Similiter Galienus in antidotario minori in antidoto illo qd incipit Medicamen ad polipū narium.



Caput. cccxcij.

Viola latine. Ara. feneflig vl' fenesigi. Grece leucis: Sciendum q tria sunt genera violarum: vt Dyas. dicit cap. leucis. Sed tamen Sera. li. aggre. cap. Feneflig: non loquitur nisi de vno. s. viola purpurea: quoniam vsus eius magis conuenit medicinis. sed alia duo genera sunt species cheuri: sicut apparet in cap. cxj. superius de L. ¶ Sera. li. aggre. cap. feneflig. Feneflig. id est viola est herba cuius folia sunt minora folijs cussij et nigriora. et non elongant multum ab eis in figura sua. Et habet stipitem egredientem ab vna radice. et est super eum plus. Et in summitatibus ei⁹ ē flos boni odoris coloris purpurei. Nascitur in locis vmbrosis et asperis. ¶ Galie. vj. sim. far. cap. de Viola s̄m translationem nostram. Foliorū huius herbe substātia est subfrigida et aquosa. Virtus eorum infrigidat parū. ¶ Dyas. cap. Leucis. id est viola omnibus est nota. Est enim in floribus habens distantiam: qr mellinum album et purpureum florem ostendit. Jo. Me. cap. de violis. Viole sunt medicina temperata cōueniens. et fit per eas male qualitatis perinutatio et nature solutio. Melior est quecunq ex primis: quoniā non inuenit eā calor resoluens virtutem. aut pluuia dissipans. frigida est et humida in. j. gradu. Et que sicca est minus est humida et minus frigida. Est enim in recente humiditas superflua supergrediens caliditatem eius: a qua est perfectio et species. Cum autem exsiccatur et resoluitur humidum superficiale ipsius: manifestatur amaritudo eius que est propter caliditatem que fuerat sepulta. ⁊ est tunc cali. plus ⁊ minus humi. Est enim in recente humiditas superflua propter quodq recens est solutione per ventrem educit lambificando. que vero sicca est educit dissoluendo. et ipsa quidem est infrigidatiua narcotica sedatiua dolorum calidorum: et extinctiua inflammationum et lenitiua et solutiua. Est ex debiliter soluentibus. et vigoratur cum alijs laxatiuis. Et propter hoc quidam addunt quantitati eorum medietatem ex turbit. et faciunt trociscos. et vigorant cū hoc operationem earum. Et quidam addūt scamoneā. et ipsa quidē et oleū eaꝝ ingredit in emendationem medicinarum acutarum. Succus autem ipsarum et syrupus ex eis teniendo. Et viole sicce educunt dissoluendo Et ipse quidem condiuntur cum zuccaro et melle sunt maioris abstersionis et minoris alterationis. et cum zuccaro contrarium faciunt. Et scito q non substinent d̄ decoctiōe aliquid qua sit superfluitas. ⁊ succus earum similiter et corroboratur acetum cum infusione earum. et fit mirabile febribus multe inflammationis. et est melius oleum earum. fundamentum cuius est oleum onfancinum aut amigdalinum.

Operationes

A ¶ Gal. Ipsa herba tam per se q̄ cum alfitis superposita remedium calidis prestat flegmonibus. superposita autem in orificio vētris incensionem patientis vel in oculis.

B ¶ Sera. Virtus eius est que lenificat et sedat apostemata calida. quando ponuntur sub ea sola aut cum farina ordei. ⁊ confert inflammationi que fuerit in ore stomachi et in oculo. Sed flos eius cum hoc q sedat inflāmationem oris stomachi habet proprietatē relaxandi coleram. Et fit emplastrum cū folijs tantum huius herbe aut cum sauich. et infrigidat et confert apostematibus calidis oculoꝝ ⁊ exitui ani. ¶ Et d̄r q flos ei⁹ a ꝓprietate que est in eo. quando bibitur cum aqua confert squinātie ⁊ epilentie que accidit pueris. ⁊ est illa q̄ vulgariter d̄r mater pueroꝝ.

C

D ¶ Et idem auto. Aben Mesuay. De ꝓprietate eius laxat colerā a stomacho et intestinis Et cōfert inflāmationi que est in eis: et soda

⁊ squinātie q̄ accidit infantibus qñ sumitur cum aqua ca. Et qñ aliquis vult de ea exhibere in potu ad laxandū ventrē: exhibeat ab
E ʒ.iiij. vsq; ad.vj. ¶ Dyas. Flos purpureus sedat inflammationē oris: stomachi ⁊ oculoꝝ. ⁊ aqua huiꝰ floris ꝯfert squinātie. Laxat colerā a stomacho ⁊ intestinis. Et confert inflammationi que est in eis: folia eius sunt sicut folia cussus: sed minora ⁊ rotundiora. sed mellinus color medicine necessarius est. qui succus elixatus ⁊ fomento adhibitus tumo
F res stericos curat: menstruis imperat. ¶ Cerotis mixtus ragadias ani ad sanitatē perducit: melle addito pustulas ⁊ inflatiōes tollit. Semen eius cū vino bibitū ʒ.ij. aut suppositum menstruis imperat: aborsum facit. Radices eius cathaplasmatibꝰ adhibite cū aceto splenē siccant. Podagricis medicant.
G ¶ Sed viola alba proiectorie est virtutis ⁊ extenuatorie. sed flos plus. decoctio aūt herbe menstruis prouocat: si post partū non sequatur. fetū mortuum extrahit et viuū corrumpit et educit. matricis inflāmationē sanat: si tam fortis est mulier. Si in pessario
H posita omnia similiter facit. ¶ Jo. Me. Solutione educit colerā ⁊ alterat eius accessuꝫ. et viole cōferunt inflammationibꝰ omnibꝰ. et sedāt sodam factam a colore vehementi. ⁊ sunt somnifere. ⁊ faciūt chorizami et leniunt pectus ⁊ guttur. ⁊ cōferunt vuee ⁊ squinantie. ¶ Et iuuamentū magnū eoꝝ est apostematibus pectoris ⁊ pleuresi. et sedant sitim. et cōferunt sicce opilationi epatis ⁊ apostemati eius: ⁊ calide ictericie ⁊ sunt iuuamenti magni in frebribꝰ inflāmatiuis ⁊ siti per eas. Dosis potiōis earum ē ab .ʒ.iiij. vsq; ad viij. ⁊ succi eaꝝ ab.ʒ.j. vsq; ad.ij. ⁊ syrupi eaꝝ
K ab.ʒ.iij. vsq; ad.iiij. et conditi eaꝝ ab.ʒ.j. vsq; ad.iij. ¶ Bartholomeus in li. de ꝓprietatibꝰ rerum. Viola ꝓpter violentiam odoris sic est nominata. vt dicit Jsido. Cuius tres sunt species. s. purpurea: alba ⁊ mellina. Sed omniū folia nature frigide sunt et aquose. et iō
L solutiue. ¶ Herba quidē modica est viola in substantia. q̄ recens est melior q̄ antiqua. cuius flos maximi est odoris. vnde odor eiꝰ cerebri calorē mitigat: ⁊ spiritus animales re-
M creat ⁊ confortat. ¶ Flores venales prius oriuntur: sic se citius manifestant paruitatē eius in substantia magnitudo odoris pariter et virtutis notabiliter recōpensat: vt di-
N cit Dyascorides. ¶ Plate. Viola frigi. est in principio. j. gradus: ⁊ humida in fine. ij. Habet virtutem leniendi/humectandi/refrigerandi/relaxandi. Viole contrite super cali. apostemata in principio valent. Fomenta ex aqua decoctionis ipsius herbe facta circa pedes et frontem: in acutis somnum prouocat. ¶ Rasi. Viole somnifere sunt. capitis
O dolorem a calore factum remouent. coleram nigram de stomacho et intestinis purgat. calorem eorum mitigat. Macer.
¶ Nec roseus superare decor: nec lilia pñt.
P Fragrantes violas specie nec vi nec odore.
Dicitur humida vis illius: ⁊ frigida primo.
Esse gradu. spēs tres esse leguntur earum.
Noscere quas tm̄ diuerso flore valemus.
Nam sunt purpurei flores albiq; nigriq;.
Cūctis pene pares sunt in medicamīe vires

Caput.ccccxciij.

Virga pastoris. Pandecta capitulo. ccxviij. Dipseus Grece. Arabice persenda. vl diplacos vel barsiarbay vl aybsacos. Latine vero virga pastoris. vel cardo fullonum. Sciendum q̄ due sunt species virge pastoris scilicet masculus et femina. Masculus est quem Dyasco. ſm translationeꝫ cap. Dipseus vocat dipseus et est ſm ipsum frutex spinosa. virgam habens longā spinis plenam. et folia in circuitu similia lactucis in singulis nodis bina habens folia. et ipsa oblonga et spinosa intus. et deforis spinis plena. et habet etiam contracta folia que pluuiam et auram in se retinent. vnde ⁊ nomen accepit Dipseus. id est sitiens. In virgis suis capita surgunt. singula spinosa similia echimo maritino sed oblongiora. que siccata album faciunt colorem. ⁊ in virga de intus vermes nascuntur.

¶Sera.iñ.aggre.cap. Barsiarbay. auto. Dyas. Barsiarbay. vel dipsac⁹ est spina qua pānos faciunt ⁊ latine dicit ꝑga pastoris: et cardo fullonū. et ē spēs spine ꝙ bñs stipitē lōgum spinosum. ⁊ folia eius sunt silia folijs lactucie. ⁊ sup quēlibet nodū stipitis sunt duo folia amplectētia stipitē: lōga spinosa in medio eoꝝ interi⁹ ⁊ exteri⁹ bñt similitudinē vesicaꝝ aquaꝝ ⁊ sunt spinosa exiā. ⁊ habet iuxta stipitē cōcauitatē in q̄ colligit pluuia ⁊ roa. Et ideo nominat dipseus. i. sitiens. Super quēlibet ramū eius ē capitellum sise ecbino marino: aliquantulū in longitudiné tendēs spinosum. qō cū desiccatur fit albū. Et quando scindit reperiunt in medio eius vermiculi parui: ⁊ ista est virga pastoris masculus. Et idē Serapiō loco prealligato. Sūt eius due spēs. Masculus ⁊ femina. Masculus ē herba que nascit omni anno. et habet ramulos sex ꝑgas tenues/ molles/ subtiles/ nodosos/ ⁊ dilatat super faciē terre sicut gramē: ⁊ habet folia similia folijs rute. nisi q̄ sunt longiora ⁊ molliora. ⁊ habet iuxta vnūquodq; foliū semē. ⁊ propter hoc dr masculus. ⁊ habz flo⁹ ē rubeū. Sed femia est quā Sera. vocat in lingua persica perserianū. Et Dyalco. vocat eā poligonon. ⁊ est centū nodia. Femina queara. vocat barsiarbay. Latine vero cauda vulpis. Est cūm fm Sera. herba bñs plantā paruā et virgā vnicam tenerā similē canne: et in nodis ipius sunt folia egredientia ab ipa virga similia folijs pini. et habet radicē in qua nullū est iuuamentū: nascit iuxta aquas. ¶Bal. vj. sim. far. cap. Dipseus. Dipseus vel dipsacus ē virga pastoris. plurimū quod est in ipsa est frigiditas: ⁊ in sapore eius est stipticitas. Et virtus eius est que infrigidat ⁊ desiccat in principio .iij. gra. et radix bui⁹ plāe desiccat in .ij. gradu. ¶Auic. ij. .ij. cap. de ꝑga. pasto. Virga pastoris ē masculus ⁊ femina: q̄ masculus ē fortior. in ipsa est stipticitas: q̄ pars aquea i ipa ē plurima. Et ꝓpter multitudinē repulsionis materiey effusaꝝ estimatur. qō est exiccatiua fortiter.

Operationes

A ¶Dyas. Est virga pastoris masculus. ⁊ radix eius desiccat in .ij. gradu et abstergit: q̄ cocta in vino et tunsa. ⁊ sicut cerotū imposita. vl si emplastrat cū ea anus curat cissuras ani. et ragadias et fistulas et emorroidas interiores. ꝺd medicamē in pixide enea cōser-

B nandū. ¶Et clauos corporis mūdat. ⁊ formicas et vermes q̄ in capite hui⁹ plante inueniunt. in corio suo ligata ⁊ collo suspēsi aut in brachio dicunt febrē quartanā penitus curare. et medetur mirmices et acrocordines.

C ¶Serap. Virga pastoris femina est: cuius virtus repercutit et incarnat et cōfert inflāmationi oris stomachi quando apponitur extra. sicut ē postq̄ trita fuerit: ⁊ cōfert apostemati quod dicitur berisipila. ⁊ aposthematibus antiquis. ¶Et repercutit et prohibet D humores qui fluunt ad membra: et ex medioribus medicinis berisipile. quando dilatat et extenditur ambulans ó membro ad membrum. et confert vlceribus aluy. ⁊ vlceribus manifestis. ad que humores fluunt ⁊ conglutinat vulnera recentia cum suo sanguine. ¶Et confert vlceribus auris. et si est in ea sa- E nies desiccat eam. et abscindit fluxum menstruorum immoderatum. ¶Et curat vlcera F intestinorum et sputus sanguinis et sistit fluxum eius vndecunq; fluat. et in omnibus his masculus est fortior quā femina. vnde habet masculus virtutem stipticam frigidam quā do sumitur in potu ex succo eius: cōfert sputo sanguinis. et fluxui sanguinis antiquo. ⁊ egritudini que dicitur colirica. et distillationi vrine: quia prouocat vrinam prouocatione fortī. ¶Et quando sumitur cum vino con G fert morsibus venenosis. et quando bibitur febribus periodicis ante accessionem paroxismi et boram confert multum. ¶Et quan- H do fit nascale cum ea mulieri habenti fistulā et vlcera in matrice confert iuuamētum magnum: et abscindit fluxum humiditatum antiquarum ab ea. et distillatur ex ea in auriculā. et cōfert dolori eius ⁊ sanici que fluit ab ea. ¶Et quando coquitur cum vino et miscetur I ei mel. confert iuuamentū vlceribus matricis. ⁊ fit emplastrum cum folijs eius. et inflāmationi stomachi et sputo sanguinis et formice et berisipile et aposthematibus caldis et frigidis in principio eorum. et quando coquitur cum vino et teritur bene donec fiat cerotum. ¶Et emplastratur cum ea anus curat scissuras que sunt in ano et emorroidas K interiores. et oportet q̄ hec medicina reponatur in pixide enea. et curat speciem formice que dicitur paragodes. Et dicunt quidaꝝ q̄ vermes qui reperiuntur in capitibus huius plante quando ligatur in corio suo. L ¶Et suspēditur in collo et humero habēs quartanam curat eam si deus voluerit. ¶Auicē. M Virga pastoris prohibet fluxum. et fit ex ea emplastrum flegmoni et berisipile ⁊ formice est valde conferens aposthematibus vlceratiuis. ¶Et consolidat vulnera recentia. Suc- N cus eius interficit vermes auris. et exsiccat vlcera eius. aqua eius confert sputo sanguinis. et fit ex ea emplastrum inflāmationi stomachi. et prohibet fluxum sanguinis et matricis. et sanat vlcera intestinoꝝ. ¶Dyas. qui- O dem existimauit q̄ ipsa puocat vrinam ⁊ sanat illū qui retinet eā et nō pōt eā emittere.

Caput.ccccxciiij.

Vitis latine.arabice harim vel harin. grece ampeleos. Sera.li.aggre. cap. Harim. Virtus ex ea est domestica et siluestris.et alba et nigra. Domestica ē vitis vini:⁊ siluestris ē que grece vocat ampeleos agria.hastas hz lōgas⁊ lignosas⁊ asperas. Folia eius strigno ortiuo silia:sz latiora et minora.florē hz sicut capilli.sz semen hz vt botrus.Qd cū maturauerit rufum facit colorem obrotundū. Alia spēs est q̄ vocat lambrusca vel vitulu.cuius flos vocat ynantus vel ynantiū vel anteflores. ⁊ est masculus:de qua inuenies in cap.xxviij.superius de.A.⁊ est plāta in q̄ sunt grana pua silia botris vue paruis.⁊ qn̄ sūt matura color eoꝝ ē rubeus: ⁊ figura sui grani ē rotūda:⁊ racemi sui botri reseruant in summitate ei⁹.⁊ grece vocat ambolosagine. Est alia spēs vitꝫ q̄ dr vitꝫ alba:⁊ ē brionia.p qua lege cap.lxxv.supius d B. Gal.vj.sim. far.cap. Ampeleos melana. Ampeleos melana siue vitꝫ nigra vocat hec proprie brionia.de q̄ lege viticellā hic infra. et ē vera brionia. Sciendū.q brionia supra de B.non est vera brionia.sed autores illam appellant vitis alba siue brionia alba.

Operationes

A ¶ Galie.vj.sim.far.cap.vitis. Vinum vitis albe domestice est cali.in.ij.gradu.et vetus ex eo est in.iij.gradu. Et mustum ē in.j.⁊ manifestat.vnumquodq; in.j.gradu.⁊ per manifestationem caliditatis inuente in eo.

B ¶ Vitis domestice succus fm Sera.⁊ potissime folioꝝ eius conuenit habentibus vlcera in intestinis sunt fri.et stiptice.⁊ q̄ exspuunt sanguinem.⁊ que conqueruntur de ardore stomachi.pregnantibus habētibus appetitum corruptum:⁊ caprioli eius quando infunduntur in aqua.⁊ bibitur faciunt hoc.

C ¶ Et lachrymus hui⁹ vitis ē similis gūmi:q; coagulatur super palmites.qui potatus cū vino expellit lapidem.

D ¶ Et linitur cum eo empetigo et curat eam et scabiem vlcerosam similiter et non vlcerosam:et oportet q̄ anteq̄ linias cum eo q̄ linias mēbrum cū nitro.⁊ oleo assidue.⁊ abradas pilos. Et infra cap. Vinū latius dicet.

Caput.ccccxxv

Virem fm Serapionē li.aggre.cap. Virem.sunt spēs scz absi.et indū qd appellatur arabicum:et est rubei coloris.et est idem quod curcuma. Radix eius affertur ex terris in hyeme.⁊ habet grana sicut grana passule. Ex melius ex eo est rubeum habēs pauca grana et aliud est quod adheret manui.et habet colorem viole.et exterius est rubeum:cuius toxicum multum. Et

fortiū quidē ē res pauca minuta mollis adherens manui qñ tangit vagina eius. ⁊ ipm quidē linit super morsam confert ei.

Operationes

A ¶ Virtus virē est calida ⁊ sicca in principio ij. gradus: quod si linitur ad morsbeam confert. ¶ Viriditas inuenta super aquam: que arabice vocatur batalep. ⁊ in lingua hispanica mulsas ſm Auerroum. ij. colliget. Et est calida et humida in. ij.

Caput. cccxcvj.

VIscus latine ⁊ grece. arabice dabalch vel bele vt hisos. Sera. li. aggre. cap. dabalch auto. Dyas. Dabalch. i. viscus. Melior ex eo est nouus q̄ silis est in colore suo colori porri. Exterius ꝓo est subrusus sine asperitate et sine furfuritate: et fit ex fructu rotūdo paruo q̄ nascit i arbore glādiū; ⁊ folia eius sunt sicut folia arboris busi. Fructus ergo iste contundit ⁊ abluit: deinde coquitur in aqua. Sunt aūt quidā qui masticando fructū ipm faciunt viscū. reperitur etiā in arbore piroꝝ ⁊ malorꝝ: ⁊ in multis alijs arboribus: ⁊ aliqñ in radice arboris aliquarū paruarum. et latine vocat hec plāta visſago. Ego aūt vidi in monte Nabazat homines qui fāciūt ex arbore magna que vocat rarabella. latine vocat Laprifoliū. Accipiūt q̄dē ramos ipsi⁹: et excoriāt eos faciēribꝫ fasciculos. ⁊ infūdut in aqua ⁊ dimittūt sic aliquo ex mensibꝫ: deinde contūdunt contusione fortī. et fit inde viscus bonus. Et virtus eius est similis qui subtiliat. attrahit et dissoluit: quia habet virtutem resolutiuam.

¶ Dyas. cap. Viscus ſm translationem nostram. Viscus in ramulis nascens a quodaꝫ animali volatili: scilicet turdela viscatur. Nam illud si morsatur in ramulis arborum glutinatur ⁊ inde nascūtur virgule plurime. et fit viscus qui semper viridis inuenitur. Est autem optimus qui in arbore quercus crescit. et qui est mundus subuiridis. et si extendaſ nō corrūpit: sed vt mēbrana extenuat

Operationes

¶ Balic. vj. fim. far. cap. de viſco. Substantia visci est composita ex aquosa subtātia et aerea. et de his ambabus est in eo multum: ⁊ ex terrea pauca. et in sapore eius est acuitas plus cū amaritudo. A ¶ Et virtus eius est que calefacit: non tamen cito quādo apponitur corpori. sed postcū facit morsam in corpore sicut facit tapsia. et nos quidem diximus in his que precesserunt: q̄ hec res inuenitur in medicinis: quarum virtus est que calefacit cum quarum calefactione est humiditas superflua indigesta. virtutes habet acres. duricies mollire potest. Nam de profundo extrahit humorem cum vehementia. ⁊ non subtile tantum: sed et pingues digerit. morsq̄ quidem non calefacit. sed tempore diuturno impositus calefacit vt tapsia. ¶ Auicenna. li. ij. cap. de viſco. Viscus est notus omnibus. et eius quidem fructus similis est ciceri nigro vel sincere. rotundus virgulatus frangibilis. ex quo manus inuiſcantur. Eius autem minera est arbor ferens glādes et pira et mala in quibus sunt virtus aquea et aerea multiplicate valde. qui ex eo bonus est. est recēs planus coloris porri interius: viridis exterius. teritur et lauatur. deinde coquitur. et non calefacit nisi post morsam longam: sicut gummi rute agrestis. et est debilior ea in hoc et in ipso quidem est humiditas superflua indigesta. et est calida et sicca in. ij. Et est resolutiuus. resoluit enim humiditates grossas. et profunda corporis propter fortitudinem virtutis attractiue: et lenit. et dixerunt quidam q̄ non inest ei operatio in humiditatibus nisi tenuibꝫ. ¶ Sera. auto. Dyas. Quādo viscus miscetur cum resina pini maturat apostemata que fiunt in radice auris: et alia apostemata. ¶ Et quando miscetur cum oli bano curat vicera antiqua. et quando miscetur cum calce et cum lapide gagatis aut lapide asio. et coquitur cum eis. et ponitur super apostemata fraudulenta: aut super duricies splenis curat. Et resoluit apostemata et duricies. ¶ Et quando miscetur cum auripigmento citrino aut rubeo. et ponitur supermaculas aufert eas. et quando cum cal-

B D E F

B ce miscetur ⁊ rob excludit vngues. ¶ Auicē. Viscus eradicat vngues malas cum super eas ponitur cum arsenico. et resoluit apostemata frigida. ⁊ proprie confortatur cum calce. et lenit vlcera antiqua et vulnera mala. ⁊ lenit iuncturas cum tam tanta cera quantū et ipsum: et cum equali pondere sui de resina pini: et confert apostematibus frigidis post
D aures. ¶ Et mixtus cum gummi pini ⁊ cera extenuat splenem: cum super ipsum ponitur cum aliquibus rebus ipsum cōfortantibus: sicut est calx et huiusmodi.



Caput. ccccxcvij.

Viticella. Pande. cap̄. cclxvij. Fesera arabice vel fesire. grece ampeleos leuce latine viticella vel vitis alba. Sz sciendum q̄ Galienus vbiq; vocat vitem albam vel nigram brioniam. Et Dyasco. similiter s̄m translationem arabicam. Sed Gal. vj. sim. far. cap̄. Ampeleos melana d̄r q̄ vitis nigra proprie dicitur Brionia. Hoc similiter apparet in ea. vitis parum supra. Serali. aggre. cap̄. fesera. Fesera herba est que habet folia et capriolos in similitudinem vitis communis: nisi quia sunt asperiora: et rami et caprioli adherent implicantes se quibuscunq; approximant ex arboribus alijs: et suspendūtur eis cum capriolis suis. Et habet fructum similem racemo rubeo.

Operationes

A ¶ Dyas. cap̄. ampeleos. Ampeleos leuce. id ē brionia siue vt latine vitis alba. hastas et folia silia habet viti nostre: sed aspera et minora. caprioli similes sunt implicantes se: semē ipsius vuule simile. est et butriosum rarum.

B ¶ Dyas. Viticella in vino elixa ⁊ comesta vētrem et vrinam mouēt. virtus est folijs ⁊ hastis ipsius ⁊ radici viscida: vnde vulneribus chironis imposita medicatur. Cancros et vagedenia vulnera ad scabiem perducit. Tybijs vulnera tollit. sale addito et in cathaplasmatibus adhibita et composita.

C ¶ Radix eius colorem corporis bonum reddit. rugas vultibus distendit. Lentigines purgat: magnis cicatricibus colorem propriū reddit. Liuores et panaricia emendat. cum vino in cathaplasmatibus adhibita duricies spargit. Apostemata curat. Ossa corpori infixa eijcit. Medicaminibus stipticis necessario miscetur.

D ¶ Epilenticis. ʒ. j. bibita anno toto prestolatur. simili modo accepta apoplexie et stomaticis singulare presidium est: maxime. ʒ. ij. accepte singulis causis similiter conuenit morsibus venenatis. Aborsum facit. plus vero accepta maniam facit.

E ¶ Secundinas deponit. Vrinam p̄uocat. Melle addito vt electuarium datum disnoicis et offocationibus prestolatur. Tussim et dolorem capitis et lateris compescit. De alto cadentibus et conquassationibus maximum remedium est: obulo vno cum aceto bibita splenem desiccat diebus. xxx.

F ¶ Accepta cum caricis cathaplasmata omnia similiter facere potest. cocta in aqua ⁊ fomento adhibita stericas purgat. infantes non coagulatos deponit. Verno tempore herba ipsa exiccatur.

G ¶ Cuius succus cum mulsa bibitus omnia similiter facere nouit: ⁊ flegma deponit. Semen vero eius tritum et perunctum scabiem ⁊ leprosos curat. Lac mulieribus prouocat. Succus eius cum succo ptisane coctus lac vberibus siccis reddit.

H ¶ Cime eius vrinam mouent mediocriter. Radix autem proiectoriam extenuatoriam virtutem habet. et desiccat mediocriter.

I ¶ Et ideo splenē resoluit et sclirosim posita extrinsecus: aut superposita cū ficubꝫ lepraʒ et scabiē sanat: datur etiā in cibo pro splene: et per vrinā splen digerit. Hec herba tā laudabilis est: vt in tyriacis potionibꝫ mittat. Miscetur et pulchrificijs medicaminibus cum oleo decocta: donec arescat detrahit.

R ¶Communiter autem radix cutem fricabilem et extensam facit. Medetur autem effelidas et lentigines et maculas nigras cum orobo atq; terachia ⁊ fenugreci semine. Itē si tecum eam portaueris omnia mala a te effugient.

Caput.ccccxcviij.

Vethuen. Auicen.li.ij. cap. vethuen. Vethuen est planta habens virgas minutas. super quas sūt flores albi. habentes folia similia floribus maro. acuti saporis et odoris. et est cali.in.iij.sic.in.ij. Et est ex ea alia citrina. alia alba. est digestiua. aperitiua opilationū: ⁊ ī rubea ē stipticitas

Operationes

A ¶Aui. Vethuen prouocat sudorem. et eius oleum inunctum aperit orificia venarum et resoluit apostemata in stomacho. et sanguinem congelatum in ipso. ¶Et conuenit apostematibus frigidis. Conuenit fistulis et vlceribus neruorum. cum in decoctione eius infunditur spongia: et ponitur super egros et facit subeth. ¶Et odoratur humiditas eius. et facit dormire. Conuenit asmati cum bibitur sicca: sicut bibitur epithimum ¶Et prouocat fortiter. et resoluit sanguinem congelatum in vesica. et cum aqua mellis frangit lapidem. ¶Et aperit opilationes matricis ⁊ soluit melancoliam et flegma sicut epythimum quando bibitur sicca cum oximelle. et ipsa in partibus nostris caremus.

B

C

D

E



Caput.ccccxcix.

Volubilis latīe. grece cussus. ara. Jeblech. Jo. Me. cap. de volubili. Volubilis plures sunt species. Una est que dicitur funis arborum. cuius flos est albus. et est sicut ruba. et habet lac. et vocatur volubilis magna. Et est aliuscuius rami repunt super terram et super ramos plantarum. que folia et flores habet minores. et dicitur volubilis parua. Et est alia species ei⁹ habens folia subalbida et lanuginosa. et habet lac. Et est alia spēs aspera. habēs folia sicut sunt citrulli folia. cuius flos est sicut ampulle adherentes. et vocatur lupulus. Et est quarta species eius cuius radix est sicut fesciresim et magis grossa. immo est grossitudo eius in modum cucurbite maioris. et eius stipites eleuantur super radicez suam circiter cubitos duos et folia eius sunt stricta parua in modum sagitte alate: que ex leui causa fluunt. et habet lac. et vocatur dominus lacticiniorum. et ex ea fit scamonea. quod inuenies in cap. ccccxix. De S. Melior duarū specierum primarum est magna. habens fo in modum sagitte alate. melior est que oritur

in locis temperatis remotis ab excessu. Inquit Dyas. Magna est equalis. declinat tñ ad caliditatem. ⁊ est sic. in. ij. ⁊ est resolutiua/ maturatiua/ aperitiua/ abstersiua et solutiua. lanuginosa vero ca. est in excessu vlceratiua et incisiua. Sagittalis vero ca. est ⁊ sic. in. ij. gradu. Et dixit Gal. in principio. iij. lac vero in fine. iij. et est acris vlceratiua. et ei⁹ acrimonia non est in vehementia lacticinij maioris. et est in qualibet eius parte plante acuitas et serositas: sed plus in lacte ipsius. et est in ea abstersio et resolutio. et ista est scamonea. Lupulus vero est equalis ad frigiditatem declinans. et dicitur quod est in principio. j. ⁊ est verius. Est autem sedatiuus dolorum calidorum extinctiuus inflammationum et lenitiuus.

Operationes

A ¶ Jo. Me. Rectificatio magna aperit orificia venarum. propter quod miscendum est ei aliquid ex draganto et mastice. et rectius qđ vigorat operationem eius est aqua casei cuz
B spica et mastice ¶ Ex sagittali aũt nõ propinatur ad soluendum nisi coagulum eius. et est scamonea. Lanuginosa vero prorsus vitanda est. Solutione enim educit sanguinẽ.
C et est venenuz. ¶ Item lanuginosa educit excoriando. Lupulus vero aspera educit de colera citrina rem aliquam et mundificat sanguinem ab ea: et clarificat ipsum. et sedat inflammationem eius. et affert ei iuuamentuz
D magnum infusio ipsius in aqua casei. ¶ Et syrupus eius remouet ictericiam. ⁊ aqua parum vtuntur administratione eius medici temporis nostri. cum sit medicina bona.
E ¶ Et ipsa quidem et succus eius cum sauich ordei sedat dolorem capitis ca. et conuenit calefactioni stomachi et epatis. et syrupus eius conuenit febribus colericis et sangui-
F neis. ¶ Magna vero solutione educit coleram adustam cum facilitate. et aperit opilationem epatis et meseraicarum. et conuenit ictericie cum succo apij et endiuie. aut cum aqua casei. et cõuenit apostemati epatis ca. extrinseco. et sedat sodam antiquam. et pro-
G prie cum oleo ro. aut camomille. ¶ Et succus eius ex eis qua sanant vlcera in aure. ⁊ est ex medicinis pectoris et pulmonis. mũdificãs ea a superfluitatibus. ⁊ conuenit asmati val
H de. ¶ Et conuenit febri longi temporis. et ꝓprie fe. opilationum. et eis quarum materia
I est colera citrina. ¶ Ex radice vero sagittalis fit emplastrum ⁊ oleo rosarum aut camomille. et sedat sodam frigidam antiquam. et curat emigraneam. Dosis potio volubil' magne in decoctiõe est circiter. ʒ. iiij. Lupuli vero infusionis in aqua casei potionẽ libra. j.

Caput. ccccc.

Vuapassula. Galie. vj. sim. far. cap. de vuapassa. Astasis. id est vuapassa. digestiue simul et stiptice et dyaforetice lente participat virtutis.

Operationes

¶ Dyasco. Albe passule sunt plus stiptice et A
carnes passularum quando extrahuntur ab eis grana et quando comeduntur conueniunt canne pulmonis. et conferunt tussi renibus et vesice.
¶ Et quando passule comeduntur sole cum B
nucleis conferunt vlceribus intestinorum. et quando caro passularum miscetur cum farina et gegneisi. id ẽ scariola et ouis et modico melle. et cum editur admixto modico pipere. expellit flegma per os.
¶ Et quando miscetur cum farina fabarum C
et cimino. et fit inde emplastrum. conuenit apostematibus ca. intestinorum. et quando passule pistate miscentur cum ruta. et fit inde emplastrum: delet quod apparet in cute ex clauis et vlceribus fraudulentis scilicet cancro.
¶ Quando fit ex eis emplastrum cum opopanaco conuenit podagre. et quando ponitur super vngues eradicat eos. et meliores ex eis sunt ꝛesmes sine granis. ⁊ post eas sũt pingues subtilis corticis et parui grani.

Caput.ccccci.

Uuauersa. Bartho.in lib.de prop.rer. Uuauersa a humeo/mea.dicit:et ē dicta quasi humida:eo q̄ intrinsec⁹ humoris est plena. Uñ dicit Isido.lib.xvij. Ex tribꝰ aūt cōponit vua .s. ex folliculis/glacea/ et arillis:folliculi dicuntur vinacia:in quibꝰ glacea cōtinetur. Et est glace succus siue humor pinguis ipsius vue. Itē sunt verticiarie sic dicte a magnitudine ⁊ longitudine.

Operationes

A ¶Gal. vi.sim.far. cap. vuauersa. Uuauersa sunt indigestibilia:substantia eius est grossa terrea:prout et gustu declaratur: quia sapor eius est acerbus vel ponticus.

B ¶Uirtus eius fri.est in.j.sic.in.ij.⁊ stipticat et constringit: et conuenit omni fluxui ventris iuuamento magno.

Caput.ccccij.

Umbilicus veneris vel cymbalaria latine: Grece colitidon. Dyasco. Umbilicus veneris est herba: habens folia sicut accintabulum obrotunda et alta:⁊ latēter concaua: ⁊ hastam breuez in qua est semē positū. Radix est ei obrotunda:vt oliua. Est alia colliditon que folia habet pinguia et latiora et spissa sicut bugellas: folia que sunt circa radicē sunt sicut oculus picta/gustu stipticā/hastā hꝫ tenuē: cuius flos et semen similes ypericon. Radix est illi maior p̄dicte.

Operationes

A ¶Gal.vij.sim.far.ca. Colitidon:mixte ē virtutꝫ.s.hūide sub frigide/et cuiusdā obtuse: stipticitatis amare:vñ infrigidat et repercutit et abstergit et dyaforat. Pli.cap. Coliditon: herba est omnibꝰ nota: cuius natura ex humido/frigido ⁊ parum calido refrigeratoria

B ¶Dyasco. Uirtus p̄me speciei ē:q̄ succus radicis eius et foliorꝫ perunctus/aut fomento adhibitus/tumorem nature spargit.

C ¶Ignē sacrum extinguit:et p̄mones curat. Scrofis impositus eas spargit:Stomachi estuationem tollit. Radix comesta cuꝫ foliis calculos frangit/vrinam prouocat.

D ¶Hydropicis in oximelle datus/singulare presidium est. Et multi ad amorem eam colligunt. Hec mixtam habet virtutem infrigidādi ⁊ humectandi. Hec etiam non apparet stiptica vim cū amaritudine modica vñ infrigidat et reprimit et proijcit et digerit inflāmationē:ergo flegmonem curat:et in stomacho causam habentibus vtilissima est.

E ¶Cathaplasmata tunsa et imposita/vulnera que sunt cum rubore et rosulas sanat: succus eius iniectus ad veretri exsiccationem (quā greci fimosim vocant) valet.

F ¶Gal. Colitidon curat flegmones herisipilatos et herisipilas flegmonosa: et maxīe stomachi ardentis vtilis:et sufficienter epiplasmata:credita aūt sunt folia cū radice comesta lapides frangere ⁊ vrinas mouere.

G ¶Pli. Hec tunsa et imposita/vulnera curat

t resolvit que sunt cum rubore .i. rosulas sanat. Tunsa et stomacho imposita ardorem t inflammationem sedat.

b ¶ Radix ꝓ eꝰ potata/lapides frãgit. Grecivero dicũt: qleniter sit humi. frigi. t stiptica.



Caput. cccccliij.

VAgula caballina. Sciẽdũ qꝫ vngula caballina duplicis gñis est: vnũ aquaticũ/aliud terrenũ. Aquaticum est nenufar vel nymphea aq̃tica: vel cacabo veneris vel papauer palustre/vel alga palustris: habens flores albos: sicut apparet in ca. cccix. superius de N. Terrena est q̃ vocat vngula caballina grece: arabice vocat pbatanũ vel farfugium: nascitur iuxta fluuium.

Operationes

a ¶ Gal. vj. sim. far. ca. de tussilagine: et ẽ vngula caballina vel nenufar terrenũ vl farfana nominat aũt tussilago: eo qꝫ tussibus tortonoicis conferens creditur: si quis sumens fo. sic. vel radicem super prunas fumigans inspiret consurgentem fumum.

b ¶ Est autẽ mediocriter acre: quare t rumpere sine dolore creditur vniuersa apostemata que in torace: viridia vero folia t flores: flegmonẽ patientia mẽbra cũ difficultate digestionis exterius catbaplasmata iuuãt ꝓpter amissionẽ a quo se humiditatis cuius omnia viridia et tenera. Hec q̃dẽ magis/illa ꝓ minus participãt: sicca vero folia lilij acrioris sunt virtutis: vt cõpetãt flegmonẽ patientibꝫ

¶ Auicen. lib. ij. cap. de nenufare terreno: in quit esse fri. t humi. cõplexionis. in. ij. gra. c



Caput. cccccliiij.

VRtica maior. Pan. cap. cccl. xv. Huius re vel varietatũ vl sarich. ara. Bre. in guidalis et califex: Latine ꝓ vrtica Sera. lib. ag. auto. Dyasc. cap. huiure. Sũt eius due species. Una caꝫ est asperior et nigrior: habens folia latiora: et hꝫ semen simile semini canabis: nisi qꝫ est minus eo. Alia vero hꝫ minora folia: et nõ habet folia aspera sicut prima: de qua in sequenti cap. dicet. Et ẽ cali. t sic. in. iij. gra. Verito quidẽ igitur vt alimento nullus vtatur sine eo: qꝫ maxima capiatur fame. Utilis autem est vt medicina subductiua ventris.

Operationes

¶ Galienus lib. de cibus: cap. vrtica. Et idẽ vj. simplicium farmacorum eodem capitulo. Acalifex siue vrtica maior. Huius herbe tã fructus q̃ folia ipsa maxime admittantur ad opus medicine. Dyasoterice est virtutis vt pustulas et parotidas sanet. Habꝫ autẽ t ventositatis aliquid: quapropter impetus libidinis excitat: et maxime quando cum sa-

a

po bibitur semen eius: q autem non vehemẽ ter calefacit: sic satis subtilium partium: sic educens grossorum humorum et viscosorum qui in torace et pulmone. Testatur et in hoc q patiuntur pericule corporis quas contingit. Illa vero ventositas quas participare dicitur: nascitur dum ipsa digeritur. Non em̃ est actu ventosa/sed potentia: ventrem laxat moderate: et hoc solummodo q mundificat et commouet/non eo q purget.

B ¶ Dyascorides. Cathaplasmatibus imposita corporis fricatione atq; ruboze/ dolorem atq; puritũ facit: deniq; recorporatiuq; tutis sunt maior videlicet et minor. Similter limosis atq; similibus duricieb etiam eis q ab animalibus venenatis fuerunt vexati.

L ¶ Item cocta atq; contrita emollit ventrem Semen autem eius ventrem mouet. Foliat semen dyafoxetica sunt et leptomeris abundanter sine calefactiõe nimia/sanant stigmata t cyraculas et ragades: et ex torace t pulmone educit humores pingues et glutinosos: habet autem aliquid in se ventositatis: ad luxuriam promouendam et excitandam libidinem/ maxime quando cum sapa bibit.

D ¶ Acalifex calefactoria est: que potata cum vino regium morbum emendat: semen eius in antidotis missum colericis prodest.

E ¶ Item tritum cum melle et in modum electuarij datum/tussim veterem t frigore conceptam emendat ex calore suo omnes tumores dissoluit.

F ¶ Serapi. autoritate Galieni. Virtus eius est que resoluit resolutione multa: et est cum hoc ei virtus inflatiua: et propter hanc causam mouet coitum: et deleet exituras: t apostemata que fiunt per aures: t facit exsiccari humores viscosos a pectore et pulmone qñ bibitur: t curat vlcera corrosiua: et omne cui conuenit exsiccatio. Et qñ bibitur de semine eius cum rob/ excitat appetitum coitus: et soluit ventrem solutione temperata: propter ea quia abstergit t commouet.

G ¶ Et folia ambarum specierum qñ teruntur cum sale et fit emplastrum / curat morsum canis: et vlcera fraudulenta t carnosa t vlcera sordida et torciones neruorum et exituras: t apostemata que fiunt post aures. Et fit cum eis cerotum cũ cera ad duricie splenis.

H ¶ Et quando teruntur ex folijs eius et ponũtur in naribus/abscindunt fluxum sanguinis: et quando teritur ex eis et conficitur cũ myrrha: t fit inde nascale/ puocat menstrua.

I ¶ Et ponunt folia eius super matricẽ egressam: et eam reuocat intus: et semen eius quãdo bibitur cũ rob/ excitat appetitum coitus et aperit orificium matricis: et teritur et cõficitur cum melle et comeditur: et conuenit alimari que non sinit hominem iacere/ et pleuresi: et expellit superfluitates a pectore.

K ¶ Et decoctio foliorum eius quando coquitur cum pauco myrrhe/ puocat menstrua: et qãndo folia ipsa coquuntur cum limacibus molliunt ventrem / et puocant vrinam: et quando folia ipsa coquuntur cum ordeo/ et pellunt superfluitates a pectore: et quando fiunt gargarismata cum succis eius/ curat apostemata vuule.

L ¶ Et idem autoritate Rasis. Oleum vrtice est magis laxatiuum q̃ oleum cartami: scz quando tu comparas virtutem laxatiuam vrtice virtuti laxatiue cartami.

M ¶ Et idem autoritate Aben Mesuay. Mouet coitum quando comeditur cum cepis et vitellis ouorum: et quando teritur semen ei⁹ et ponitur super cancrum conuenit.

N ¶ Et de proprietate eius est q laxat flegma viscosum/ et quando excoriatur semen vrtice et teritur: et miscetur cum melle et sumitur/ laxat cum fortitudine: et oportet tamen q non tangat linguam et caput meri ne adurat ea.

O ¶ Et dosis eius a. xx. granis vsq; ad. xxx.

P ¶ Et idem autoritate Isaac. Soluit ventrẽ viscosum / et puocat vrinam: t conuenit dolori renum/ et iuuat coitum/ et maxime si comedatur cum cepis et vitellis ouorum: et quando bibitur cum semine canabi/ conuenit spleni et dolori lateris.

Caput. ccccv.

Urtica minor. Dyasco. Urtica altera maior/altera minor. De maiori in p̄cedēti cap̄. dictū. Minor vero: q̄ ⁊ vsua alis est ⁊ simplex cū tenui semine/ac foliis nimis asperis. ¶ Auicen. Color seminis eius ē similis semini porri: sed tñ est minus et subtilius: et nō est in eius longitudine: ⁊ mordicat quod ei obuiat: ita q̄ etiā intestina. Urtica et semen eius sunt ca. in p̄ncipio. iij. gradus/ ⁊ sic. in. ij. sz semē est minoris siccitatis q̄z ipa. Est attractiua/vlceratiua/resolutiua cū virtute adustiua. Et sunt q̄dā q̄ dicūt calefactionē eius nō esse fortē: ⁊ in ipsa q̄dē est virtus aperitiua: et in ipso est abstersio fortis.

Operationes

A ¶ Auicē. Emplastrum eius cum raphano dissrumpit dubelet ⁊ conuenit duricieb̄us. Et semen eius conuenit cancro in emplastro: ⁊ similiter eius cinis cum sale conuenit vlceribus que accidunt in morsura canis et vlceribus malignis et cancro.

B ¶ Emplastrū ex eo cū sale ꝯuenit torsioni neruoꝝ. Et folia eius contrita/abscindūt fluxū sanguinis ex naribus. Et semen eius conuenit stricture nariū: et aperit opilationes collatorij fortiter: et ex semine eius factum emplastrum fit dentium eradicatio facilis.

C ¶ Et ex eo emplastrū cōuenit apostematibus que fiūt post aures: et est abstersiuū q̄n bibit cum aqua ordei/et mundificat pectus.

D ¶ Et cū decoquunt folia eius in aqua ordei/ educunt humores grossos qui sunt in pectore: eius semen est fortius: ⁊ ipsum remouet asma et frigidam pleuresim.

E ¶ Excitat coitū p̄cipue semen eius cū vino: Et aperit orificiū matricis: q̄n matrix recipit sperma: et similiter si comedat cū cepis et ouis. Et q̄n supponit cū myrrha ꝓuocat mēstrua et aperit matricē: ⁊ similiter si bibatur decoctio eius cum mirrha.

F ¶ Et folia eius recentia reducunt matricez exeuntem loco emplastri posita: et soluendo educit flegma: et humorem crudum sua abstersione cū virtute solutiua que sit in ipsa.

G ¶ Et oleū vrtice minoris plus soluit flegma q̄z oleum cartami. Et decoctio foliorū ei⁹ cū obstracis lenit ventrem.

H ¶ Et si vis vt ipsa facilius soluat/accipē medullam seminis eius et contere ipsam cum sauich: et proijce eam cum vino et bibe eam: et oportet vt post eius haustum bibatur aliq̄d ex oleo rosario ne adurat guttur bibentis. Et q̄n fiunt ex ipsis colliria cum melle et superponitur et soluunt.

I ¶ Pal. Urtica ex ea vocata ē: q̄ tactus eius corpus adurat. Sunt em̄ ambo oīno ignee nature: vñ ⁊ tactu ꝓurit et pruriginē facit.

¶ Macer. K

Dicimus vrticā quaz grecus acalife dicit.
Feruida non modice vis illi dicitur esse:
Unde nec immerito nomen sumpsisse videt.
Tacta q̄ exurat/digitos vrtica tenentes
Hec solet yctericos/cū vino sumpta iuuare.
Illius semen colicis cum melle medetur:
Et tussim veterem curat/si sepe bibatur.
Frigus pulmonis pellit ventrisq̄z tumorem.



Caput. cccccvj.

Ulpicum. Isidorus. Ulpicum appellatū est eo q̄ allij odorem habet. Palladius libro. xj. In mense Nouembri vlpicum sicut ⁊ allium seritur terra: maxime alba et fossa ⁊ subacta sine stercore. Sulcos in aeris facies et in locis altioribus semina pones: quattuor digitis seperatas: nec altius pressa. Sarculari frequenter debent: q̄a plurescunt. Si capitatim facere volueris/ vbi ceperit caulis prodire particula: sicq̄z succus reuertetur ad spicas.

Operationes

¶ Isido. Ulpicum cum vino tritū/calculos aiunt prodesse potui datū. Illius semen cuz vino/menstrua prouocat siue purgat. A

Caput.cccccvij.

Ulmus latine. Arabice arnabuz. Grece petela vel prolee siue pteloe. Paulus cap. de vlmo. Ulm⁹ est arbor omnibus nota cuius folia stiptica sunt.

Operationes

A ¶ Galie. viij. sim. far. cap. Prolee s̄m translationem grecam. Prolee. id est vlmus folijs consolidamus quandoq; recens vulnus contusis q̄ stiptica simul et abstersiua virtus cōseruatur in eis. Cortex vero eius adhuc magis est subamarus et stipticus.

B ¶ Unde et lepram sanat cum aceto. Et dum viridis existit et recens si superligata inuoluatur vlceribus consolidare ea poterit.

C ¶ Et radices eius etiam eiusdem virtutis sunt. et cum eius decoctione fomentant omnes fracturas porositatione egentes.

D ¶ Paulus. Ipsa bullita in aqua curant excoriationem capitis si inde lauetur. Radix eius est stiptica conglutinatiua et consolidatiua nimis.

E ¶ Isidorus. Ulmus nomen accepit. eo q̄ vliginosis et humidis locis meli⁹ proficit. Nā in montanis et asperis minus leta est.

F ¶ Plinius li. xvij. Ulmorum vmbra lenis est enutriens quecunq; occupat. In vlmo inserinorum iubet religio fulgurum. Nobilia viua in arbustis gignuntur. primoq; omnium vlmus propter nimiam frondem excipit. Ulmis detrahitur succus inutilis supra terram vsq; ad medullam foracis. In senecta et cum alimento sequuntur abundare nimio.

¶ Idem li. xviij. Ulmi et populi serantur a die quo Fauoni⁹ ceperit flare. siue a die. vj. ydus februarij: siue ante primam solsticij estiualis diem alia parte folia vlmi celum respiciunt: quam spectauerunt pridie. et est confecti syderis signum. B

¶ Idem. li. xxiiij. Ulmi folia et cortex et rami vim habent spissandi et vulnera contrahendi. Cortex vtiq; interior. D

Caput.cccccviij.

Usir siue qusir arabice. gre. Egilops vel egilopa. Ser. li. aggre. cap. qusir. id est alkaleya siue aquileya. et est herba cuius folia sunt similia folijs frumenti. nisi quia sunt latiora ⁊ molliora. et in summitate calami eius est semen nigrum tribus vl' quatuor tunicis vestitum a quibus exeunt ariste similes capillis in subtilitate.

¶ Plinius Aquileya herba est que crescit in segetibus cum tenui calamo habenti in summitate tegminibus ambitum ex quibus ariste similes capillis extant.

Operationes

A ¶ Galie. Uirtus eius est q̄ resoluit apostemata et confert fistulis que fiunt iuxta oculum que egilope vocantur. Maior virtus ē in semine. quare quando simpliciter ponitur semen intelligitur. Uires enim leuiter et efficaciter relaxantes. et ad omnes tumores
B valet. ¶ Sera. Mollit duricies. et ideo ad egilopas farina eius cathaplasmatibus cōmixta congrue facit.

Caput.ccccix.

Usnea. Pande. cap̄. lxxj. Aynech siue alusne arabice. grece brion vel brium vel licena. latine vero vsnee vel muscus arborum. Usnee vel brion quoddam oritur in arboribꝰ sicut lanugo. et quoddā est vsnee vel brion maris et est lanugo que oritur supra maris. ¶ Serapion libro aggre. cap̄. aynech: Aynech. id est muscus quercus. ⁊ est res que reperitur nascens super arborem serbin et nucis et glandium et super lapides. ⁊ melius ex eo est quod reperitur super serbin montanum. et post illud quod reperitur super arborem nucis. ⁊ melius horum est quod est magis odoriferum et albidioris coloris. ⁊ peius est ex eo quod est ad nigredinem tendens. sapor eius est stipticus temperate. Et virtus eius est que non est frigida frigiditate forti. sed prope tepiditatem. ⁊ virtus eius alia est que resoluit et mollificat. et prope illud quod reperitur supra arborem serbin.

¶ Gal. vj. sim. far. cap̄. Brium vel brion marinum compositum est ex terrestri et aquosa simul substātia vtrisq; frigidis. stipticat em̄ commestum. et quotquot calida sunt cathaplasmatum manifeste infrigidat et adiuuat Et est aliud brion vel brium quod a quibusdam vocatur spelticum reperitur quidem in quercubus et pinis et lenkis. habet autem stipticatiuā virtutē nō vehemētem neq̄ em̄ sufficienter frigida est. sed quodammodo medijs appropinquat. quare et dyaforeticam ⁊ mollificatiuam possidet vim maxime quod in cedrinis lignis inuenitur. ¶ Dyas. cap̄. de licena que super petram marinam nascitur brionest. ¶ Aui. li. ij. cap̄. vsnee. Usnee sunt cortices subtiles circūuolute super arborem ferentem glandes et pinum vel nucem. et habet odorem bonum que ex ea est bona est alba. et nigra est mala. In ipsa est frigiditas pauca ad debilitatem declinans. ⁊ stipticitas equalis. Et extimauerunt quidam q̄ est ca. in. j. gradu. sic. in. ij. ¶ Inquit alcausi. est frigida vehementis siccitatis. Insunt ei virtus stiptica et resolutio simul et lenificatio precipue que est de primo. et eius stipticitas est equalis.

Operationes

¶ Sera. auto. Dyas. Aynech est muscꝰ quercus et confert doloribus matricis: et quandoq; coquitur ⁊ sedent mulieres in decoctione eius. ¶ Et confert multum quando admiscetur in fumigationibus et vnguentis que fiunt ad resoluendam lassitudinem. ¶ Et ingreditur in cōfectione olei de ben. et in alijs vnguētis propter stipticitatem que est in eo ¶ Et infundit in vino diebus aliquot. et illō vinum facit dormire dormitione forti. et qñ infunditur in vino stiptico: cōfert stomacho et curat excussionem ventris: et aromatizat stomachum et abscindit vomitum. ¶ Dyas. Licena est muscus maris. que cathaplasmatibus adhibita fluxum sanguinis abstinet. tumorem compescit. zernas emendat. ictericis opitulatur. melle addito aspredinem oris et lingue distenit. reumatismum compescit. quia stiptice est virtutis et siccantis. ¶ Almansor tractatu. iij. cap̄. vsnee. Usnee vi muscus quercus parum existit ca. quod et vomitum abstinendo stomachum efficit rigidum. ¶ Auicen. Usnee aromaticum est. aperit opilationes et stringit carnes mollificatas. ⁊ linitur sup̄ ap̄ata ca. resoluit duricies. ⁊ sedat ap̄ata carnosa fluxa cadit inūctionibus lassitudinis: et resoluit duriciem iuncturarū. ¶ Et similiter eius decoctio cum infunditur in vino facit dormire potantem ipsum. et abstergit visum et confert tremori cordis. retinet vomitum et confortat stomachum et remouet inflammationem eius precipue infusio in vino stiptico. ¶ Et confert dolori epatis debilis. Aperit opilationem matricis. ⁊ quando sedetur in aqua eius confert dolori matricis. et prouocat menstrua.

¶ Et idem de viribus cordis ait. Usnee ca. est in. j. gradu. sic. in. ij. ⁊ habet cōfortare cor.

Caput.cccccx.

VInum. Jsi.li.xx. Vinum inde dictū est:q eius potus sanguinem cito replet.hoc alij licum appellant:eo q bibentem a cura soluit ¶ Aresto.in li.topicoꝝ.iij.Vinū ait Empedocles aquam putrefactam in lignis. ¶ Amb.li.ij. Noe post diluuium vitem plantauit:que p:ius domini p:cepto pullulauit:ac bibit de vino eius et obdormiuit. Deus autem p:escinit q vinum sobrie potatum sanitatem daret: p:udentiam augeret. Jmmodice vero sumptum ad vitia causas daret:creaturam dedit.sed abundantiam humano reseruauit arbitrio. ¶ Arest. in li.de animalibus. Vinum serpentes valde diligunt.et ideo per ipsum venantur cum imbibuntur. ¶ Jsi. Vinum dicitur roseum. id est cum robore:rosa enim rubet. Amineuꝝ quasi sine minio.id est sine rubore. Succinacium succine gēme simile.i.fului coloꝝ. Limpidum vinum.i. perspicuū ab aque specie dictum quasi limpbidum.limpba enim ē aqua Turbidum quasi torbidum.i.terra commixtum:quod est fece. Falernum vinum vocatum est a falerna regione campanie vbi optima vina nascuntur. Honorarium vinum qō regibus et potentibus honorie gratia offertur. Crudum vinū est insuaue quod serui potant. Conditum vocatur quod non sit simplex:sed commixtiōe pigmentorum compositum. Baserum vero a regione vnde defertur. Baza enim opidum est palestine. Infertum vinum dicitur quod altario offertur at q libatur. Spurcum quod offerre non licet aut cui aqua admixta est quasi spurium boc immundum. Acidum vel quia acutum vel q aqua mixtum cito in bunc saporem conuertitur. ¶ Actor pluribus etiam modis vina vitiata emendancur.sicut notum est pluribus: vt(verbi gratia)si forte mollescens intrassetur. Idem vinum per media lignorum fragmenta transfunditur: vt oleagina mollicies confringatur vel lambusce vel lignorum sertatura.vel similia.

Operationes

A ¶ Jsaac in dietis particularibo.li.iij. Vinū bonum dat nutrimentū corpori. Sanitatem reddit ⁊ custodit.si accipiat vt oportet: ⁊ q̄n tum natura sustinere valet. Digestionē confortat stomachi ⁊ etiā secundam q̄ est in epate.nec vllus inuenit cibus vl potus adeo naturalis caloris cōfortatiuus ⁊ augmentatiuus sicut vinū.propter familiaritatis cōfortium quod babet cum natura. B ¶ Et q: calor eius similis est naturali coloꝝ:ideoq; cōuertitur in naturalē ⁊ mundissimū sanguinem. Turbidū quoq; sanguinē clarificat. et aditus totius corporis maximeq; venaꝝ aperit et mundificat. Epatis opilationem aperit. Tenebꝝositatē aufert. Fumositatē tristitie generatiuā a corde expellit. totiusq; corpoꝝ mēbra corroborat. C ¶ Sed animā ipam facit obliuisci tristitiā ⁊ angustiā:laboꝝ ⁊ dolorē. datq; ei letitiā ⁊ audaciā. Jngeniūq; subtiliat. Jgit cōueniēs est omnibꝫ etatibꝫ ⁊ omnibus regionibo.sed cū sumat ꝑm sui quantitatē et bibentis consuetudinē ac nature possibilitatē. Juuenes enī ⁊ viri maiorē vim et quātitatē sustinent q̄ mulieres ⁊ adolescentuli. D ¶ Vinū mundū ⁊ purū si fuerit:cōuenit vt bymali tēpore ⁊ frigida regione bibatur In estate verō ⁊ calida regione vini paucitas aqua multū cōmixti necessario cōgruit. Corpora enī refrigerat ⁊ humectat propter aquā commixtā. Vñ antiqui assimilauerūt vinū tyriace nature:q; virtutē babet conservatiuā nature pficuā. Calefacit enī corpa frigida:et infrigidat calida: sicca humectat: et humida extenuat ¶ Haly in li.regalis dispositiōis ait: Vinū caloꝝ naturalē confortat. E Humoꝝes colericos tēperat:purgāq; sudorem vrinā. Dēbia dura humectat.appetitum iuuat ⁊ digestionē. F ¶ Uētositatē quoq; soluit.opilationē aperit.melācoliā mitigat. Et bec malē facit bis q̄ tēperate cōplexionis sunt. G ¶ Nocet aūt illi cuius cōplexio superabūdat in caloꝝe.vel qui febrē patit epatis aut cephalcā.⁊ cuiꝰ meriti debiles sūt. H ¶ Jdē in li.vt supꝝ.dt aūt q; ex multi vini potatione passiones accidūt graues frigide. sicut apoplexia/spasmꝰ/epilētia/emigraneū/obstupefactio.et bis similia. Replent enī vētriculi cerebri vaporibo vini.⁊ quod ad illud de venis ascendit: vnde caloꝝ naturalis refrigeratur ⁊ bmōi passiones generantur.

I ¶ Rasi in quarta parte. Uinum temperate bibitū nutrimentū penetrare facit. digestionem adiuuat multeq; bonitatē causa existit
K in corpore et in senibus q̄ maxime. ¶ Isi. Uinū antiqui vocabāt venenū. sed postq̄ inuentū est virus letiferi succi. hoc vinū vocatū est il
L lud venenū. ¶ Uñ et Hiero. in li. de ꝟginitate dt. Adolescētulos debere ita fugere vinū vt venenū. ne pro etatis calore feruēti bibāt et pereāt. Inde ē q̄ apud veteres romanos femīe nō vtebant vino: nisi sacroꝝ causa cer-
M tis diebꝰ. ¶ Cōstā. in pātegni. Uinū quoddā est meꝝ quoddā de passis factū: quoddā mellitū. quoddā dactilicū. quoddā ordeaceū vel
N frumētinū: i. ceruisia. ¶ Meꝝ vtiliter cali. est et sic. Nouiter quidē e torculari tractum in primū transit gradum. vetus autem augmētatur vel minuitur natura sua ex longitudine vel propinquitate prelorum.



Caput. ccccxi.

Y Acea vel herba clauellata latine: grece torqueta: ara. marefolon. Platea: yacea est herba similis lauēdule ꝛ in summitate flores quorum color est citrinus glaucus ꝛ albꝰ. solum herba in medicinis vtitur ꝛ nō radices. cali. est ꝛ humi. in. iij. gradu

Operationes

A ¶ Pla. Herba ipa tunsa et cathaplasmatibꝰ adhibita. cōfert ad pruritū ꝛ scabiē. ¶ Herba ipa decocta cū vino odorifero bibita. cōfert herisipilosis. et ad omnē vlcerationē siue scabiem. ¶ Ista herba valet ad lepram re- C
mouendā decocta cū vino et curat excussionem ventris. ¶ Confert etiam multū mixtū D
cum fumo terre eandē quantitatē. nocet aūt illi cuius cōplexio superabundat in calore.

Caput. ccccxii.

Y Asdane grece. anadragne arabice. latine portulaca. Sera. li. aggre. capi. yasdane. id ē portulaca. Et est herba omnibus nota. ¶ Galienus. vij. sim. far. cap̄. portulaca. Substātia eiꝰ est aquosa. et in sapore eius est stipticitas pauca. et virtus eiꝰ est que infrigidat in. iij. gradu. et humectat in. ij. Dyas. cap̄. andragne siue vt alij. portulaca et est omnibus nota habens frigidam virtutem atq; redarguentem.

Operationes

¶ Serapi. Portulaca conuenit habentibus A
inflationem incensionme. et causonē in orificio stomachi. et in omnibus ypocondrijs. et curat stuporem dentium. eo q̄ lenit et auffert asperitatem.
¶ Et idem auto. Ruffi. Portulaca debilitat B
visum et destruit eum. et infrigidat corpus et prohibet vomitum et aufert libidinem.
¶ Dyasco. Portulaca masticata vel comesta E

cum origaro fluorem sanguinis prohibet: ⁊ viscide stringit: proprie cum masticata vel comesta dentium offensam sanat.

D ¶ In ardore stomachi portulaca in aceto comesta mire iuuat tunsa. ⁊ cum mollito ordeo mixta: et quasi malinagina pāno inducta: et stomacho imposita: mire febres tollit.



Caput.ccccc xiij.

Y Reos. Pandecta. cap̄. dccv. yreos ē herba faciens florem album vt liliū. et est in frondibus similis yri. Differunt autem in floribus. ℣. yris purpureum gerit florem yreos album. Gladiolus croceum: sed spatula fetida nullum. Unde ille herbe sunt similes in folijs. differunt tamen in floribus. Nam yris habet florem purpureū habentem gradationes diuersas in purpureitate sicut arcus celi. pro quo lege capitulum lilium de l. Et est alius cuius flos est albus. et iste est yreos. et ille debilior est superiori in omni re. et melior ex eis est cuius radix est alba rotunda: participans de rubedine ꝑm aliquid: et grossa et dura et spissa. ⁊ in qua est aromaticitas: sicut odor viole proprie. et cuius sapor est acutus mordicatiuus propter acrimoniam ipsius. habens nodos breues ⁊ collectos. Et melior pars plante ē radix. post illam flores. ⁊ melius tempus collectionis ipsius radicū est principiū veris.

Operationes

¶ Paulus cap̄. yreos. yreos ca. est in. ij. gradu sicca in. iij. Valet contra duriciem neruorum ex flegmate. Tussim placat. Screatū facilē facit. Grossos hūores pectoris attenuat. A

¶ Cum aceto potatus spleneticis ⁊ spasmū habentibus prodest. rigorem fe. ⁊ dolorem vulue mitigat et aufert. Cum vino potatum menstrua prouocat. Pessarium inde factum secundinam et fetum mortuum expellit. stomacho nocet. Cum aqua calida bibitum dolorem ventris placat. Elixatum et pistatum vulnera dolētia curat. coctū cū aqua ro. mixtum vulnera et pustulas mundificat. et bonam in eis carnem generat. Et valet contra putredinem dentium et gingiuarum. B

¶ Platea. yreos vel yris cali. et sicce sunt in ij. gra. Similes quidem sunt in folijs et in effectu. sed yris florem facit purpureum: yreos album. Harum radice medici vtuntur. que in fine veris colligitur: ac desiccatur. et per duos annos seruari potest. C

¶ Itaq; pro radice yris potest poni radix yreos. et similiter econuerso. Virtutem habet diureticam: vnde dissoluit et aperit. D

¶ Cōstan. yreos est calida in. ij. sicca in. iij. ⁊ valet cōtra dolorem neruorum de flegmate. Diuturnam tussim placat. E



Caput.ccccc xiiij.

Ris illirica. Isi. yris illirica a similitudine yris celestis nomē accepit. Vñ arcumen a latinis dicitur: eo q̄ flos eius varietate coloris eundē arcū celestem imitet. Illirica dr. q̄ in illirico plurima ē et violētissima. Species eius folijs gladioli similibus radice aromatica: odoris boni.

Operationes

A ¶ Macer. yri dat floꝝ nomē arboꝝ ipse suoꝝ
Celestis similes sunt nempe coloribus yris.
Illiricam dicunt illam: quia plurima nasci
Fertur in illirico: vis eius sicca valensq̄
Dicit atq̄ gradū: dāt hunc in vtroq̄ scdm:
Maior vis huius est in radicibus eius.
Has desiccādas per frusta rotūda secatas
Sic vt se partes non tangant insere filo
Inq̄ loco sicco: fac suspendatur in vmbra.
Vix aliter totū: poteris siccare per annum
Cum vino sedant tussim: prebentq̄ saporem



Caput. cccccxv

Dea. ydea sm Diascscoridē cap. de ydea sm translationem grecam. Folia habet similia myrthe que amili longi sunt.

Operationes

A ¶ Radix eius remordentis siue redarguentis virtutis est. sanguinis fluorem siue quemlibet fluxum stringit. ¶ Vbi sciēdum q̄ Dyasco. de ydea facit duo capitula. Vnū qd incipit ydea per .y. et est illud qd ponit hic. et aliud cap. quod incipit batus. et vna de speciebus eius est idea per i. pro qua lege capitulum. cccccij. superius de R. ¶ Gal. vj. sim. far. cap. ydea. ydee radix ⁊ gustantibus quidem est acra. Emorroidas. et fluxum ventris: nec nō dissinterias ⁊ fluxum muliebrē quotquot talia sanās bibita et deforis apposita.



Caput. cccccxvj.

Pericon vel scoparegia latine. Grece ypericū vel biumi vel attricū. arabice Infaricon. Ex sinonomis. ypericon dicitur herba sancti Joannis. Herbaq̄ perforata. Quidam etiam nominant eam coronam regiam. Sera. li. aggre. cap. Infaricō. Sūt quidā qui nominant Kamepitheos propter similitudinē quam habet secum in odore resine pini. Nam pitheos .i. pinus arbustū: est qd ydoneū est ad accendendū ignem sicut ligna. et habet folia similia rute: et longitudo eius est circiter palmum et color eius vergens ad rubedinē. ⁊ habet florē subtilem albū similem flori cheyri albo. ⁊ semen eius est in cortice longum ⁊ rotundum. Et magnitudo seminis est in quantitate seminis

ordei cum odore resine pini. Nascitur in locis asperis et domesticis. Et vsus eius est q ad ministratur sicut est. ita q non sumus contenti semine solo. Galie. viij. sim. far. cap. ypericum s̄m translationem arabicaz. ypericum calefacit et siccat. subtilium partium existēs Dyas. cap. ypericum. Est herba colore subrufa. folia similia rute. habens et florem tenuez floreviole similem. et semen nigrum in forma ordei odoris resine. vires habet acriter stringētes ꝛ mictuales. Paulus cap. de ypericon cali. est et sic. in. iij. gradu.

Operationes

A ¶ Galienus. Menstrua et vrinas prouocat. Oportet autez totum ad hoc assumere. ꝛ nō solum semen: sed etiam fructuz. Sed cum foliis applicatum viride fit. ad cicatricem ducere potest omnia vlcera queq; adustione facta sunt ignis. siccum vero si apposueris: sanabis. et laxa et putrida vlcera. ¶ Quidam vero et sciaticis. bibere id dant puluerizatum et siccatum. et quando fit nascale cum eo prouocat menstrua. et quando bibitur prouocat vrinam. ¶ Et si bibitur ex semine eius cum vino: curat quartanam. Et quando bibitur eodem modo. lx. diebus continuis: curat sciaticam. Et quando fit emplastrum cū foliis eius et semine: curat combustionem ignis. ¶ Dyas. ypericum vrinam potatum prouocat et ventrem stringit. Item folia et succus eius medetur dissinterie ꝛ sanguinis effusioni. ¶ Ramicem etiam curat. Herba fomento imposita et combusta sanat. Hec cauda caballina dicitur ab aliquibus. et desiccatiua est fortiter sine mordicatione. ¶ Ad plagas autem magnas cathaplasmatibus imposita vtilis est: et glutinat neruos incisos. facit et ad eos qui sanguinem vomunt. ¶ Et ad fluxum sanguinis mulierum et ad dissintericos ꝛ ad dyarriam: et ad omne reuma ventris fortissimum adiutorium est. si ipsa herba cum aqua aut cum vino bibatur. ¶ Succus aūt eius ad fluxum sanguinis ꝺnaribus. et ventris fluxum cum vino austero potui datur febrientibus cum aqua. ¶ Paulus. vrinam prouocat. Epar et renes mundificat. femorum dolores curat. Vulnera desiccat: venenum superat. Cathaplasmatibus celeriter vulnera sanat.

Caput. ccccxvij

Y Sia. Plinius. ysia est apud grecos traduntq; ipsam et typhen cum sint de genere ad frumentum redire si piste serantur nec protinus. sz anno tertio. zea semen est ex quo fit alica: granum eius in pila lignea tunditur. vel lapidis duricia nobilius conteritur. excussisq; inde tunicis: iterum armamentis nudata conciditur medulla. Est zea que degenerat in Affrica. vnde adulterina fit alica. cuius spice latiores ac nigri sunt et breui stipula.

Operationes

A ¶ Isaac. Zizania nascuntur inter triticum siccis corruptisq; temporibus. vnde vim habent acutam et venenosam: et aliquando mētem perturbant ꝛ inebriant. Mixta sulphuri vino et aceto ad empetiginem vel serpiginem valent. cocta autem cum radicis cortice vulneribus iam putrefactis apposita sanant et mundificant. valent etiam ad apostemata dissoluēdum ¶ Hiero. super Matthēum. Inter triticum et zizania quod nos lolium appellamus q̄dū herba est: necduz ea lamus prouenit ad spicam grandis similitudo est. et in discernendo aut nulla aut perdifficilis distantia. ¶ Auicen. Zizania s̄m duas res ab hominibus dicitur. Quidam eniz zizaniam vocant granum simile frumento ex quo faciunt panem. et dicunt q zizania plurima est. Alij vero rem quandam inebriantem malaz que in granis prouenit. Melior est illaque est leuis ponderis. non vetus nec frangibilis: sed viscosa cum masticatur declinans ad rubedinem: et in ipsa est ponticitas parua. ¶ Plini. lib. xxij. Infelix dictum est a Virgilio lolium. hoc tamen mollitum

B

C

D

ex aceto coctum et impositum sanat empeti gines eo celerius quo sepius mutatum est. Medetur et podagre: ceterisq; doloribus cum oximelle. Curatio hec a ceteris differt. aceti sextario vno dilui mellis. ʒ. ij. iustuz est. ita temperatis sextarijs tribus decocta farina lolij. sextarijs duobus vsq; ad crassitudinem calidumq; imponi ipm dolentibus mēbris. Eadē quoq; farina extrahit ossa fracta



Caput. ccccc xviij

Y Ringus. Pande. cap. lxiiij. Astaruticon arabice vel secacul. grece biomō. Latine vero centum capita vel yringus. Nō ē autem affodillus: vt quidam dixerunt. sed vocantur due plante. quarū vna est yringus: vt patet per Sera. proprio cap. Et alia est herba que sibi satis similat. Itē Plinius post sermonem de yringo ex his inquit: scilicet yringum candidum quem centum capita nominant: omnes effectus eosdem causat. et radices in cibis grecorum recipiuntur siue crudis siue coctis. vt Dyasco. cap. de yringis. Preterea in antidotario virili in quodam antidoto quod incipit. Antidotum quod facit epilenticis recipiantur ⁊ centum capita et affodilli: quare non sunt idem.

Operationes

¶ Sera. li. aggre. cap. Astaruticon. i. centum capita. Alia est celestis coloris. ⁊ alia albi coloris. Sed que est celestis coloris est herba habens stipitem durum et asperum. ⁊ in summitatibus eius est flos glaucus similis flori camomille. et aliquis ex floribus habet colorem purpureum. et habet folia scissa et capitella similia stellis. sz folia que sunt in ramis tendunt ad longitudinē. ⁊ habz velut pilos. A

¶ Et idem auto. Galie. Traxit nomen ab eo q̄ curat apostemata. quando fit emplastruz deforis cum ea. aut suspenditur super ipsa. Virtus eius infrigidat et desiccat non fortiter. et maxime dum est recens. Sed centū capita albi coloris est yringus. Et ē species spine. et sumitur folium eius cum sale conditum in principio sui augmēti. B

¶ Et folia eiꝰ sunt folia aspera aromatica in sūmitate q̄ndo gustantur. Et in summitatibus eius sunt capitella rotunda sicut sunt stelle. ⁊ in circuitu eorum sunt spine. et stipes eius est durus et color eius capitellorum est similis colori oleandri. et fortasse aliquando sicut color iacincti. et habet radices longas nigras deforis: intus albas in grossitudine pollicis: boni odoris. nascit in locis arenosis ⁊ asperis. C

¶ Et idem auto. Galie. Virtus eius est composita. quia infrigidat et resoluit resolutione pauca. D

¶ Pau. cap. de yringo. yringus secacul aut yringion: herba est spinosa. radix eius cum aliquali aromaticitate comeditur et cōficiuntur cum melle et zuccaro radices predicte et comeduntur. E

¶ Dyas. cap. de yringo. yringus aut yringion aut nux agrestis: herba est spinosa. folia eius in initio comeduntur et in sale componuntur: que folia lata et aspera sunt gustum aromatis habētia. Que cum creuerint obrusum colorem habēt cum multis virgis in quibus sunt capitella rotunda spinosa. hastam habent duram in giro: et quandoq; albam viridem cum colore iacincti. F

¶ Et radix est illi oblonga et nigra deforis. deintꝰ alba aromate plena. nascitur in locis lapidosis et campis et littoribus. Radix eius habet virtutem calefactiuam. G

¶ Auicen. li. ij. cap. secacul. Secacul est cali. in. ij. ad humiditatem quandā tendens. et in ipso est leuitas. et virtus eius est sicut virtus baucie yringus: et maxime radix eiꝰ cruda comesta: curat gomorream. H

¶ Sera. auto. Dyas. Folia huius plante cōferunt inflammationi stomachi et apostematibus oculis: et alijs apostematibus calidis. I

¶ Et quidam dicunt q̄ flos huius herbe cuius color est purpureus: si bibatur cum aqua confert squinantie ⁊ epilentie que accidit infantibus. quando fit emplastrum cum ea humida con K

L fert apostematibus lumborum calidis. ¶ Et dicunt quod si ille qui habet apostemata in lumbis suis: acceperit florem eius siccum cum manu eius sinistra et posuerit super apostemata: sedat pulsationes eorum. ¶ Et idem auto. Dyas. Quando bibit succus eius radicis quod est albi coloris prouocat vrinam et menstrua Dissoluit tortiones et inflationes stomachi et quando bibitur cum vino confert dolori epatis et morsibus venenatis. et quando fit cum eis emplastrum: resoluit exteriora apostemata. aut quando suspenditur super ipsa sicut quidam putauerunt. ¶ Auicen. Secacul habet virtutem haucie et excitat appetitum coitus. et loco eius ponitur buziden siue buzeyden. quod inuenies in capitulo. lxxiij. superius de B.



Caput. cccccxix

Y Dropiper. i. piper montanum vel piperastrum. Dyas. cap. ydropiper secundum translationem grecam nascitur locis humidis: cuius virga est nodosa. in quibus nodis nascuntur folia que nodos intra se et gradus habent. huius fo. mentastro similia sunt sed maiora et molliora et albidiora gustu acerrima sicut piper. sed non talis odoris. cuius semen in ipsius virgis minutum existit et spissum sicut botrus.

Operationes

¶ Semen eius cum foliis cathaplasmatibus adhibitum duricies et tumores spargit. et liuores limpidat siccum et tritum pro pipere misceri potest. ¶ Radix eius inutiles est. herba cum semine cathaplasmate facto. et imposito ypopias tollit. et duros tumores spargit. ruborem facit corpori. ¶ Galie. viij. sim. far. cap. ydropiper. secundum translationem grecam. ydropiper vocatum quidem est sic a locis in quibus nascitur. et ab eo quidem habet gustum ad similitudinem piperis. est autem ca. sed non quantum piper. quinimmo viridis hec herba cum fructu et cathaplasmata ypopias. et scliratos humores aperit et dyaforat

Caput. cccccxx

Y Nguirialis vel stellaria latine. grece asterion vel aster acticus vel bubonium. Pli. cap. Asterion. nascitur intra petras et loca aspera. Hec herba nocte tamquam stella in celo lucet adeo vt eam videntes ignorantes putent se fantasma videre a pastoribus maxime videtur. ¶ Pau. cap. Aster vel asterion. est quedam herba radiata vt stella. foliis oblongis duabus aut tribus in acumine capitella stelle modo radiata.

Operationes

¶ Gal. vj. sim. far. cap. aster acticus siue ynguirialis. Alij bubonium vocant: quod non solum superplasmatum sed etiam propinatum

creditur bubones sanare. habz autem quod dyaforeticum. habet etiam non minus refrigeratiuum quid et repercussiuum: vt mixte sit potētie sicut rosa. non tamen sic stipticat.

B ¶ Et idem eodem li. magis infra cap̄. bubonium siue aster acticus: siue inguirialis nominatus est: ex eo q̄ creditur conferre bubonibus tam cathaplasmatum q̄ assumptum

C ¶ Est autem mediocriter dyaforeticum: eo q̄ mediocriter est ca. et neq̄ vehementer neq̄ intense desiccat. maxime autem cum adhuc tenerum est et recens dictum est prius.

Caput. ccccxxj.

Poquistidos. id est succus eius quod oritur ad pedem rose camine vel barbe hircine. Pro q̄ lege cap̄. clxij. d E.

Operationes

A ¶ Dyas. Stringit enim vehementissime. vnde ventris profluum et sanguinis abundan-

B tiam reprimit sine mora. ¶ Sunt autem due species. Una est flaua. i. subrufa ⁊ alia alba. quas greci ypoquistidos vocant: eo q̄ in radice herbe dicte nascatur: vt apparet similiter in capitulo Edera arborea. Cuius succus exprimitur et reponitur valet ad eadem ad que licium et accatia. Paulus. Fri. est et sic. in. iij. gradu.



Caput. ccccxxij.

Poglossos. id est lingua equi et vocatur alio nomine mirta agrestis.

Operationes

¶ Dyas. Frutex est mirte agrestis similis folia habens minuta: et comam spinosam. que folia in summitate sunt sicut in linuga cuz ramulis minoribus circa eadem fo. hanc perhibent multi collo ligatam: dolorem capitis tollere. Malaginatibus miscetur. ¶ Pla. y poglossam dicunt alexandrinam. folia habet oximirsino similia. sed maiora et albidiora et molliora. Semē in medio foliorum ei⁹ sanguineum est: et tanq̄ cicer. virgas duobus palmis. aut modicum plus habet longas. radicesq̄ similes mirsine: sed maiores odoratas molles ac rubeas. ¶ Nascitur autem in locis montuosis. virtus eius radicis tantum existit que. cum vino dulci bibita diu parturientibus subuenit. Strauguiriosis etiam medicinaliter proficit. et sanguinē per vrinam deponit. ¶ Plinius libro. xxvij. y poglossa habet folia siluestris mirti. figura concaua et spinosa. et ceu linguas in his folio paruo exeunte d folijs.

Caput. ccccxxiij.

Paragus siue asparagus latine et gre
ce. Ara. nalion vel halion. ¶ Sera. li
aggre. cap. nalion auto. Halie. i. spa
ragus. virtus eius est que desiccat sed nō ha
bet frigiditatem neq; caliditatem. et abster
git et aperit opilationem epatis et renum.
et proprie semen et radix.

Operationes

A ¶ Sera. i. sparagus curat dolorem dentium.
quia siccat sine calefactione et infrigidatiōe

B ¶ Et idē auto. Dyas. Quando elixatur vna
ebulitione et comeditur. mollit ventrem et

C prouocat vrinam. ¶ Et quando coquitur ra
dix eius et bibitur decoctio ipsius confert

D stranguirie et ictericie et sciatice. ¶ Et quan
do coquitur in vino confert decoctio ei⁹ mor

E sui rutele. ¶ Et quando ex decoctione eius
fit collutio oris confert dolori dentium. et se
men eius quando bibitur facit operationem

F radicis. ¶ Et dicitur q̄ elixatura eius occi
dit canes. et dicunt aliqui q̄ quando comua
arietum sepeliuntur in terra nascuntur inde

G sparagi. ¶ Et idem auto Aben mes. proprie
tas est remouere dolorem lumborum qui fit
a flegmate et ventositate: et dolorem colicē.
quia mollit vētrem. et si homo vritur eo mul

H tum facit nauseam. ¶ Halie. ij. de cibis cap.
de sparago ait: q̄ sunt diuretici modicū ha
bentes nutrimenti et non bene digeruntur.

I ¶ Et idem. vj. sim. far. cap. sparagus est ab
stersiue virtutis. non tamen calefacit mani
feste. neq; infrigidat. Et ideo tam renum q̄
epatis dc opilatiuus est: et magis radices et
semina q̄ herba. quoniam etiam sanat dola
rem dentium. quoniam sine calefactione de
siccat. quorum egent maxime dentes.

Caput. ccccexviij

Eduar. Auicen. Zeduar melior est il
la que cum napello crescit. et eius vi
cinitas plantam napelli debilitat.

Operationes

A ¶ Est autem cyriaca venenorum omnium vi
peri et napelli et aliorum.

B ¶ Rasi. Zirumber. id est zeduaria. cali' est et
sic. ventositatem dissoluit.

C ¶ Constantinus in libro graduum. Zedur
cali. est in. iij. sic. in. j. valet contra venena: et
morsus reptilium. stomachum curat et con
fortat: appetitum excitat: putorem oris am
putat: si post alia accipiatur.

D ¶ Platearius. Zeduar calida est in. iij. gra
du. sicca in. ij. Vinum decoctionis eius con
tra frigidam tussim valet. et contra dolorem
stomachi et intestinorum ex frigiditate et
ventositate.

E ¶ Salsamentum ex eo factum et rore mari
no et pane asso et aceto: appetitum excitat.
Suppositorium ex eo: trifera matricem ca
lefacit et mundificat.

F ¶ Pande.cap.dccxij.zedoaria latine. Grece zerumbet. Radix est cuiusdam herbe in trãs marinis partibus inuenta ca.est virtutis et
B viscide. ¶ Unde lumbricos occidit: ructum facit:et stomacho aptum.cuius dolorem au tiquum ieiune sumptum masticatione tollit
D ¶ Pau.cap.de zedoaria.cali.est in.iij.gradu. sicca in.ij.radix est cuiusdã herbe que per.x. annos seruatur. Uinum decoctionis eius contra tussim fri.facit.⁊ contra dolorem sto machi et intestinorum ex ventositate vel fri. suppositorium factum ex eo facit:vt supra di
I ctum est. ¶ Sera.li.aggre.cap.zerumbet.i. zeduaria.et sunt radices rotunde similes in sapore et colore zinziberi et affertur de seni.
K ¶ Aben mes.Et cali.et sic.in.ij.gradu.et im-
L pinguat impinguatione conuenienti. ¶ Et dixit Bedigoras.Confert morsui venenoso
M rum. ¶ Auicen.de viribus cordis dicit ꝙ est ca.et sic.in.iij.gradu.et habet confortare cor



Caput.ccccxxv.

Inziber latine. Ara.zinziber dicitur
Z tengibel. ¶ Sera.li.aggre.cap.tengi bel.auto.Dyas.Est arbustuz quod re peritur in terris arabum. et homines illius terre vtuntur folijs eius in multis rebus:si cut vtimur ruta in cibis et potibus et deco ctionibus et alijs.et radices eius sunt par ue:sicut radices ciperi.quarum color versus albedinem declinat.et sunt sicut mutilate.et in sapore earum est delectabilitas.et simili tudo saporis piperis.et habent bonum odo rem et oportet ꝙ eligantur ille que non sunt perforate.Et quidam sunt qui condiunt zin ziber cum melle et quidam cum rob. Et qui dam cum aqua et sale. et hoc ne putrescat. et sic ponunt in terreis vasculis vt deportetur ad partes ramorum.et est conueniens in ci bis:et comeditur in piscibus et sale. ¶ Balie. vj.sim.far.cap.de zinzibere ſm translationẽ grecam. Radix huius plante deferſ ad nos ab India.et est illud in quo est iuuamentũ. Et virtus eius est calefactiua caliditate for ti cum humiditate propter hoc accidit ei ꝙ corroditur et putre fit cito, quoniaz in eo est humiditas superflua.

Operationes

A ¶ Pau.cap.de zinzibere.zinziber est ca.in.iij. gradu.hu.in.j. Uinum decoctionis eius ⁊ fi cuum siccaꝝ et passularum valet,ad frigidã tussim et spiritualium frigiditatem. Si etiã
B puluis eius in ficubus ponatur:et sic come datur. ¶ Puluis eius in cibis confectus et exhibitus sincopisantibus confert.per bien nium seruatur. Et est domesticum ⁊ siluestre Domesticum est quod karopos colore:sapo re vehementi acuto solide substantie. dome sticum vero subalbidum acutum habet sapo rem:sed non adeo vehementem: nec substan tiam adeo solidam. Unde cum franguntur partes sibi coherent quibusdam ramusculis In siluestri vero raro vl nunqꝫ sic inuenitur.
E ¶ Auicen.zinziber simile est piperi in natu ris suis:sed non est in eo illius subtilitas. et accidit ei vt corrodatur propter humiditatẽ suam superfluam propter hoc etiam et pro pter spissitudinem suam calefactio eius du rabilior est calefactione piperis. Est autem
D ca.in fine.iij.et sic.in.ij. ¶ Isaac zinziber ca. est in.iij.gradu.humiditatem habet:licet sen sui non apparet.hec testificatur ꝙ putredi ni apparatus est. Utilis est frigidos stoma chos habentibus.ventrem soluit. humidita tem desiccat.digestiuam virtutem adiuuat. ventrem humectat. ¶ Et Rasi.zinziber cali.
E est et humi. Cibum digerit.ventrem mouet. Stomacho et epati frigidis confert. et ocu lis ex humiditate obscuris. ¶ Constanti.zin
F ziber ventrem humidum facit.ij.ʒ.d eo. et.ij. ʒ.zuccare cum calida aqua accepta viscosos humores purgant. ¶ Cõditum libidinem au
G gmentat.stomachum calefacit. Cibum dige rit. Superfluam humiditatem stomachi de fructibus desiccat. pro quo piper album et longum poni debet. ¶ Macer.zinziber atqꝫ
H piper equalia nam medicine. Dicũt hac cau sa taceo de viribus huius.

Caput.ccccxvj.

Irnabū. Pan. cap. dccxvij. Zirnabū
3 est arbor mag̃ nō fructificās in mōte
Libano d̄ seni. cui⁹ virgulta sūt pua
rotūde figure. hn̄s puā grossitiē calami: cū q̄
scribit. nigra ad citrinitatē declinātia q̄ nō
hn̄t multū saporē: neq̄ odorē. ⁊ modicū quod
hn̄t de odore est odor citri. Est ⁊ eius virtus
nucis muscate. et est subtilior parumper.

Caput. ccccc xxvij.

Irumb siue zirūbet arabice. grece cir
3 cūquinem vel cauch. Sera. li. aggre.
cap. zirumb. Zirumb est ex speciebus
odoriferis. et propter hoc admiscetur in con
fectionibus aromaticis. Et idem aucto. Ga
lie. Est ca. et sic. prope tertium gradum. ⁊ est
in virtute sua simile cassie lignee et cubebe.
Et idem auto. Consodonij. Si non habes
cynamomū pone ꝑ eo zirumb. Et idē auto.
Isaac eben arā. zirumb est arbor magna que
nascitur in monte Lubue. i. in oriente. nullū
faciens fructum: habens folia longa. quorū
color est inter frigiditatem et citrinitatem si
milia foliis salicis.

Operationes

¶ Isaac. Resoluit et stringit ventrem. A
¶ Et idem auto Mesarugie. Virtus eius ē B
sicut virtus nucis muscate. verūtamē est sub
tilior ea. ¶ Et quando fit sternutatorium cū C
eo et oleo violaceo conuenit dolori capitis fri
gido et humido. ¶ Et conuenit stomacho et D
epati propter suam aromaticitatem.

Caput. ccccc xxviij.

Inirmon. Dyas. fm transla. grecam.
3 nascitur in monte Anamon. virgas
habet similes apio et ramos pluri-
mos. et folia similia ei lata super terram spā

sa. fortiora et pinguiora et odorata cum visci tudine color est mellinus. et sunt ei capitella aueto similia. et semen obrotundū simile cau liculo: nigrum viscidum ⁊ myrrhe habēs odo rem. Radix eius viscida est et odorata ⁊ mol lis succum plurimum habens et fauces mor dens. Eorium est illi a foris nigrum. ⁊ intus viride aut subalbiduz. nascitur in locis aspe ris et humectis virtus est radici eius et semi ni et herbe calida.

Operationes

A ¶ Dyas. Eius folia in sale componuntur vē
B trem stringūt. ¶ Radix eius venenis occur rit tussientibus et ortonoicis vrinam prouo
C cat. ¶ Folia eius cathaplasmatibus adhibi
D ta tumores et duricies spargunt. ¶ Radix eius similiter facere potest. semen eius vrinā
E prouocat. ¶ Nefreticis et spleneticis et do lori vesice maximum presidium est. mēstruis
F imperat. ¶ Secundinas expellit.

Caput. cccccxxix.

Ua siue musa Grece. Ex sinonomis.
3 Muza est fructus Paradisi: vt dicūt quidam in quo comedendo peccauit Adam. Sed alij verius dicunt q̄ peccauit in ficu. Fertur autem muza crescere in Babylonia. alio quoq; nomine muza est opiata. Isaac. Muza est calida in medio. j. gradus et humida in fine ipsius.

Operationes

¶ Isaac. Muza cerebrum humectat et ven A
trem: pectoris et pulmonis ledit asperitatē. Est autem nutrimenti multi et grossi. Que assueta generat stomachi grauitatē: ac splenis et epatis opilationem. Unde qui eā mā ducant post eius comestionem zinziber con ditum vel oximel accipiant: si tamen frigide nature sunt. ¶ Auicenna. Muza nota est. B
nutrit velociter ac lenificatiua est. ¶ Mul C
titudo eius generat opilationes. et addit in colera ac flegmate s̄m complexiones. ¶ Con D
fert adustioni ignis gutturis ac pectoris.
¶ Stomacho quidem conueniens: sed mul E
titudo eius valde grauis est. Augmentum in spermate facit. et vrinam prouocat.

Caput. cccccxxx.

Uccarum. Actor. Zuccara et candi
3 (vt fertur) vltra mare vel in Hispania ortum habent ex cannis que zuccarine cognominantur. Oritur enim zuccara intra cannam sicut medulla intra sambucum vel arundinem. ¶ Sera. li. aggre. capi. zuccarum: auto. Galie. Prima eius virtus ē que siccat. Secunda q̄ abstergit et resoluit.

Et dixit Galienus de ingenio sanitatis q̄ ingreditur in medicinis que operiunt opilationes: et abstergunt ⁊ mundificant vias: et est longinquum a nocumento stomachi. ⁊ ab eo q̄ facit sitim sicut mel. et efficitur p̄ expressionem cannarum. et succus earum coagulatus vocatur zuccarum. Et idem autoritate Dyascoridis. Est similiter zuccarus species que est et speciebus mellis. et vocatur mel canne. et est illud zuccarum quod est ita pingue quod non induratur. sed remanet liquidum ad modum mellis. et cum plus moratur durescit. cuius substantia coagulatur super cannas in India ⁊ Arabia. Et cum plus moratur durescit. cuius substantia indurata similat substantia salis. et frangitur sub dentibo sicut sal. et vocatur sal indum.

Operationes

A ¶ Serapion. zuccarum indum quando resoluitur et bibitur: soluit ventrem. et est bonum stomacho. Confert dolori vesice et renum. et abstergit obscuritatem visus.

B ¶ Idem autoritate Aben Deluay. Est calidum in principio secundi gradus. et humidum in medio primi. et tale zuccarum sic coagulatum super cannam est quod affertur ab egen fm frusta similia frustis salis.

C ¶ Et est etiam zuccarum taberzemid est de regione illa qua fit zuccarum album purum et bene coctum: quod non mollificatur sicut sal armeni.

D ¶ Est similiter zuccarum aluzar fm Auicē. libro. ij. capitulo de zuccaro. zuccarum aluzar et est ros cadens super abusam. et sunt sicut frusta salis. et in ipso est ponticitas et amaritudo cum abstersione et resolutione. acuit visum et confert renibus et vesice.

E ¶ Et est aliud zuccarum amarum quod colligitur in planta bauser.

F ¶ Paulus capitulo de zuccaro. zuccarum est calidum et humidum in primo gradu. virtutem habet nutriendi et infrigidandi et relaxandi. contra dolorem oculorum distempere tur zuccarum cum lacte mulieris: et distillatur in oculo. probatum est.

G ¶ Auicenna libro. ij. cap̄. de zuccaro. Zuccarum est vehementioris lenificationis: et sedat inflationem. et cum oleo amigdalino cōuenit colice.

H ¶ Sera. Penidie sunt call. ⁊ humi. in primo gradu. Molliunt ventrem. et sunt grossioes zuccaro.

I ¶ Dyascorides. Et zuccaro conficiuntur penidie. quarum virtus frigida est et humida. Arteriarum asperitatem comeste leniunt. Oris et gutturis amaritudinem et fellis tēperant. Sicce tussientis humectant.

K ¶ Constantinus in pantegni. zuccarum temperatum: sed tamē aliqualiter calidum. Huius actio melli vicinatur. Cum farina cocti indigestiuum est. Cum oleo amigdalino nutritiuum. Sed eparis constipationem facit et in renibus lapides.

L ¶ Ex libro de naturis rerum. Zuccarū cali. et humi. Sūt autem canne in partibus Hispanie. que cum mature fuerint radicibus euelluntur. earumq̄ summitates ad mensuram. duarum palmarum abscise ad speciem germinis terre infiguntur. Reliquum vero cannarum per frusta scissum terunt ⁊ liquorem in vasis recipiunt ac bulliunt: cum totus in spumam transire videtur. exhauritur et in vasis reponitur. palcaq̄ cooperitur et superaspergitur. Citrinum autem remanet et multo calidius est. et ob hoc in acutis poni non debet. Album vero frigidius ē et laudabilius et contra dolorem pectoris valet.

¶ Hec de herbis ⁊ arboribus ⁊ que ex his advsum medicine concurrunt sufficiant.



Prologus in tractatum De animalibus

Quoniam in prioribus diuino nobis assistẽte auxilio, primũ presentis operis tractatuz de herbis videlicet, et qualiter ad medicinã administrant breuiter expediuim⁹. Restat nunc eiusdem interuenienti auxilio vt ad secundũ tractatũ: qui de animalibus erit actẽ nostre mentis vertamus, in quo quidẽ (dum summa dei bonitas vt speramus haud deerit) naturas complexionesq; et si quid medicine subseruiũt animaliũ: vitã in terris agẽtium explicare curabimus. Quia autem inter oĩa animalia dignissimũ / nobilissimũ / perfectissimũ / nec non a deo dilectissimũ est homo, Primo loco de hominis natura: eius complexione atq; virtute dicamus.

Caput. j.

HOmo. Jsi. Formauit ergo (sicut scriptũ est) dñs hominẽ in agro damascẽno de limo terre ẽntũ ad corpus. Aũ et Adã interpretatur terra rubea siue terrenus. Erat corpus illud immortale nõ ó cõditione nature / sed de beneficio gratie. Hã ei⁹ immortalitas erat sustentanda per ẽum ligni vite. Erat itaq; potẽs nõ mori si nõ peccaret, quia ó ligno vite sustentaret, et potẽs mori si peccaret, quia ligno vite priuaret: sicut et factum est. Jsiõ. in li. etymolo. tỹ. Corpus dictum est eo q; corruptũ perit, solubile eñ atq; mortale ẽret aliquãdo soluendũ. Caro aũt a creando est appellata. Caro aũt ex quatuor elementis cõpacta est. Hã terra in carne est. Aer in anhelitu. Humor in sanguine. Ignis in calore vitali. Habẽt in nobis elemẽta suã quoq; partem, cui quid debetur compage resolutã. Vi trubius in li. iỹ. de archytectura. Corpus hominis ita natura composuit: vt os capitis a mento ad summam frõtem et radices ymas capilli esset decime partis. Itez manus palma ab articulo ad extremũ medium digitu tantundem. Jpsius autem oris altitudinis tertia pars ẽ ab ymo mente ad ymas naris. Nasum ab ymis naribus ad finem medium superciliorum tantundem: ab eorum autem fine ad ymas radices capilloz frons efficit. Reliqua quoq; membra suas hãt esse mensurationes et ꝓportiones quibꝫ etiã antiqui pictores et statuarij nobiles vsi magnas laudes sunt assecuti. Corporis aũt centrũ naturaliter est vmbilicus. Nam si homo collocatus fuerit supinus manibꝫ et pedibꝫ pansis circiniq; centrũ in eius vmbilico collocatã circũagẽdo rotũdationẽ vtroz̃q; manuũ et pedũ digiti tangent. Jtẽ quadrata designatio in eo inuenitur. Nam si a pedibus ymis ad summũ caput mẽsuraueris: inuenit ure dem latitudovri et altitudo. Et ysagogis hypocratis. Corpus quidem hominis in tres partes generales diuidit, scilicet caput / pectus et pedes. Jn particulas aũtẽ multas. Specialiter aũtẽ cõstat de venis et arterijs et neruis et ossibus cartilaginibꝫ adipibus et ceteris spiritibus. ¶ Notandũ q; omnia corporis ossa sunt. ccxlj. Septẽ capitis. iiỹ. paria. xxiiỹ. maxillaria dentiũ ciua. xvj. vnũ pali. duo menti dentiũ suoz. xvj. Spondiles. xxiiỹ. Coraz. iỹ. Ani. iỹ. Coste. xxiiỹ. Tenuitudinũ. viỹ. Spatulaz. ỹ. Inferioz. ỹ. Pectinis in manibꝫ. viỹ. digitoruz. xxx. Anchorum. ỹ. Calcaneoz. ỹ. Auicularũ. ỹ. Rasce pedum. x. digitoz. xxx. ¶ Et ysagogis hypocratis. Sunt aũtẽ in humano corporis ossa. ccxiiỹ. Jn capite. vj. Jn facie. viỹ. Dentes pleriq; xxxỹ. Spodilia. i. ossa spine. xxiiỹ. Jugulũ. ỹ. Vertebraz. ỹ. Femoz. ỹ. Pale. ỹ. Pectoris. j. Laterum. xxiiỹ. Cubitoz et radioz. iiỹ. Carpon. vỹ. Metacapon. viỹ. Digitorum manuũ. xxx. Coxaruz. ỹ. Femoz. ỹ. Vertebraz. ỹ. Geniculorũ. ỹ. Cruriũ radij. iiỹ. Plantaz. ixv. Calcanei. ỹ. Astragali. ỹ. Digitoz pedũ. xxx. tẽ. ¶ Cõstantinus. Mẽbra diuidunt prout singula fecit natura propꝫ actionibꝫ conuenientia. Actiones enim sunt tres. scz. Animalis. Spiritualis. Naturalis. quibꝫ similia sunt instrumẽta corporis. Vnde mẽbra virtutem animalem sequẽtia vocantur animata. Spiritualem spiritualia. Naturalem naturalia. Animata mẽbra fecit deus in oĩbus animalibus ꝓter sensus et volũtarios motus. Jn homine vero et ꝓter hoc et propter intellectum et rationem ea fecit vt cerebrum / oculos / nares / articulos / linguam / neruos atq; lacertos.

¶ Membra spiritualia facta sunt propter spiracula flatus et caloris naturalis conseruantiam. vt sunt pectus et eius panniculi: cor et pulmo cum cannalibus suis. fauces et dyatragma et arteric. ¶ Membra naturalia bipartita sunt quedam enim sunt nutritiua: quedam generatiua. Nutritiua sunt que mittunt ciburn in substantiam membrorum totius corporis. Omnia enim humana et bestialia corpora consumuntur ab aere et naturali calore. Jdeo necesse est vt ad conseruantiam et integritatem consumptio cibis reparetur. Itaq; nutritiua sunt / os / dẽtes / stomachus / intestina / epar / splen / fel / renes / ve-

sica/vene. Generatiua vero facta sunt vt specificarentur generalia et indiuiduarentur specificata. Nam quoniã omnia indiuidua naturaliter cõsumunt: necesse est vt per genitalia reparentur que sunt matrix vel vulua. Virga testiculi ⁊ vasa spermatis. Horũ aũt triũ generum. s. animatorũ spiritualiũ et naturaliũ membrorũ singula habent vnũ principale membrũ: cuius causa facta sunt alia. Mẽbra vero cõsilia (sicut dictũ est sup̃) sunt partes toti: totũq; parti assimulantia. Sũt aurẽ septẽ. Primũ. s. ossa. Secundũ cartilago/cor/nerui/ligamẽ. Tertium vene. Quartum arterie. Quintũ caro/glandes/pinguedo. Sextũ cutes ⁊ pellicule. Septimum pili et vngule. Ossa itaq; sunt purior et siccior corporis pars. Ex li. de na. rer. Sicut in pariete luteo pali ipam parietẽ tenent ne penitus obruatur: sic ossa carnẽ fragilẽ stipãt ne sua mollicie corpus in vnũ improbe cõuoluatur. Etiã multa hic essent dicẽda de vnoquoq; membro: que causa breuitatis dimitto.

Operationes

A ¶ Auicen. in. ij. canone. Saliua hominis ieiuni scorpiões interficit. Cũ eadẽ ⁊ camphora fricat impetigo. Eadẽ quoq; cum distillatur in aurẽ vermibꝫ lesam eos interficit ⁊ statim educit. ¶ Sordicies auris hoĩs confert emigranee ⁊ pannaricio. Et linitur super fissuras labij. ¶ Capilli quoq; ⁊ dentes ⁊ ossa hominis ꝯbusta. ⁊ alia plura de homine medicinalia sunt. ¶ Itẽ vrina homis abstergit scabiẽ vlcerosam ⁊ pruritũ. prohibetq; serpiginẽ ⁊ impetiginẽ. Eadem in vase eneo cum melle cocta abstergit albuginẽ oculi: et confert palpitationi. Cõfert etiã ictericie: ⁊ proprie cũ aqua mellis ⁊ aqua ciceris. Fex eiusdem vrine sanat herisipilam ꝑm qd̃ dicitur.

E ¶ Et vrina infantis abstergit morpheam ⁊ pannũ. Eadẽ quoq; bibita cõfert difficultati anhelitus ⁊ dilatationi. Itẽ vrina hoĩs p̃ ceterꝫ vrinis est magis abstersiua. ponitur enim cum cinere vitis super locũ fluxus sanguinis ⁊ sistit. ¶ Confert etiã morsui vipere bibita: omniq; morsui ⁊ puncture valet. ⁊ q̃ ex ea antiqua est. confert venenis omnibus et lepori marino. ¶ Alia quoq; plura medicinalia operatur. Sperma hominis ꝓprie cõpetit empetigini: et sedat dolorem podagre. Dicitur etiam q̃ abstergit morpheam.

H ¶ Stercus homis calidũ sedat herisipilam vt d̃r ⁊ forsitã sordiciei confert. Idem siccum cũ melle aut vino bibitũ in febribꝫ periodicis. prohibet em̃ earũ periodos. Confert etiã ictericie. ¶ Dyas. Fimus humanus vulneribus impositus tumorẽ non admittit. Succus aũt cum melle squinanticos curat. Itẽ fimus human⁹ paracolesim facit adhibit⁹. Gratum vultum et niueum facit. ¶ Sera. lib. aggre. cap̃. zebel. auto. Gal. inquit. Omne stercus est calidum et resolutiuum attractiuum. sed ꝑm plus ⁊ minus. ⁊ maxime stercus animalis comedentis ossa. et signum est q̃ curat squinantias ⁊ ap̃ata gutturis: ⁊ miscetur cum melle ad dissinteriam et ad vlcera antiqua. Et miscetur cum lacte in q̃ sunt extincti lapides aut ferrum candens. ⁊ dat in potu: aut fit cristere cum eo: ⁊ miscetur cũ medicinis resolutiuis appositũ. ⁊ confert iuuamento magno. ¶ Stercus infantium comedentium panem ⁊ carnes gallinarũ: curat squinantiã. Cõuenit et ei iuuamento mirabili qñ miscetur cum melle et linitur cum eo guttur et palatum: aut datur in potu.

Caput. ij

Agnus. Isidorus. Agnus a greco vocabulo dicitur quasi pius. nam inter omnia terre animantia maxime inuenitur innocens et mansuetus. nullum em̃ ledit dente: nec cornu nec vngue. ⁊ quicquid in eo reperitur totum vtile est: quia caro ad cibum: pellis ad varium vsum: pilus ad indumentum. fimus ad terre impinguationẽ. vngula et cornu ad medicationem ⁊c̃. ¶ Itẽ Isidorus libro. xij. Latini agnum ab agnoscendo putant dictum: eo q̃ pre ceteris animalibus matrẽ suam noscat adeo q̃ si in magno grege errauerit statim balatu vocem noscat parentis. ¶ Scd̃m Arest. ⁊ Auicen. Agni quidam nascuntur in tempore vernali. quidã in tẽpore autumnali. Vernales sũt

corpore maiores robustiores viribus ⁊ pinguiores q̄s sunt aurūnales vel byemales. Plinius. li. viij. In aliquibus rē regionibus multi hybernos agnos preferunt vernis. qm̄ magis interest ante solsticiū q̄s ante bruma firmos eē solūq̄s hoc animal vtiliter bruma nasci. Idem li. xviij. Porro decrescenti luna castrandi sunt agni vel arietes sicut iuuenci ⁊ edi ac verres. Amb. Agnus simplicissimus cum a matre quandoq̄s aberrat frequenter eam balatu absentem excitat: multisq̄ licet versetur in milibus ouium. recognoscit vocem parentis ⁊ festinat ad eam. Nam q̄uis cibi et potus desiderio teneatur. transcurrit tamen aliena vbera licet humore lactis grauida et undēr: spliusq̄ materni lactis fontes requirit. ¶ Aresto. Agnus si renes eius sepo circumquaq̄ cooperiantur monetur. ¶ Palladius li. xv. Agnorum prima generatio est in mēse Nouembri. sed agnus natus maternis vberibus statim admouendus est manu: prius tamen exiguum lactis in quo spissior est natura mulgendum: quod pastores collustram vocant. hoc enim agnis (nisi auferatur) nocebit. ac per biduum natus cum matre claudatur. et tunc septis obscuris caliditq̄ seruetur. Item secluso paruulorum grege matres in pascua mittātur. Sufficit autem prius q̄s in mane procedant. et cum saturi reuertuntur ad vesperā agnis vbera bau trienda permittere. Qui donec firmentur: intra stabulum furfuribus vel medica herba vel (si est copia) farina ordei pascantur ingestum donec cōceptis pabulum per etatis robur matribus habere possint commune.

¶ Actor. Agnus est animal omnium simplicissimum et mansuetissimum. quia nec vlla fraude vel asturia callet: nec vlli dētibus vel cum vnguibus nocet. ¶ Item patientissimum. Quia et immolandus non clamat. et tondendus silet. Item ad plures vsus vtilissimum. Nam et lac prebet ad nutrimentum: et lanam ad vestimētum: et carnes ad esum: corium quoq̄ ad calciandum vel ad scribendum. et fimum ad agrum impinguandum ⁊ fecundandum. Est ⁊ animal mundum ſm legem. quia et ruminat et findit vngulam. Lupum vero naturaliter timet et horret et fugit. Merito ergo et propter predictas tot bonas proprietates voluit christus pre omnibus bonus in agno precipue figurari: sicut spiritus scilicet in columba.

Operationes

A ¶ Isaac in dictis particularibus. Agnus q̄dem lactans inuiscositate vicinus est porcis siluestribus propter vicinitatem vulue ⁊ humiditatē lactis quo nutritur, vnde caro eius non est laudabilis: q̄ indigestibilis: ⁊ lubricitate sua de stomacho descendit. Indigestibilis aūt precipue si comedentes stomachus humidū et defectu habeant. Ideoq̄ Galie. vituperat lactantes agnos. ¶ Annales vero mediocrē habent cōplexionē inter lactātium humiditatē ⁊ iuuenum siccatatē. Ideo ceteris sunt meliores ad digerendū faciliores. sanguinē meliorem generant maximeq̄ iuuenes iuuāt calidam ⁊ siccam cōplexionē habētes: et calidam ⁊ siccā regionē inhabitantes. ¶ Et li. de na. re. Caro agnina robustis ⁊ sanis est valde bona: sed infirmis infirma. q̄ licet a stomacho facile descēdat: difficile tamen a mēbris soluit. Ideoq̄ viscosum humorem generat. ¶ Plinius. li. xxix. Coagulus agni contra omnia mala medicamenta pollet: ⁊ contra marinos morsus vel ictus valet. ¶ Auicen. Sanguis agni sanat epilentiam cum vino. Coagulum enim eius a venenia morsuris omnibus sanat. ¶ Albertus. Medulla agni ad ignem liquefacta cum oleo nucum admixto zuccaro albo distillata super sambucū: et postea bibita dissoluit lapidem in vesica: et confert patientibus dolores in virga et in vesica et in renibus: et confert etiam mingenti sanguinem. ¶ Si cum felle agni inungantur loca corporis in quibus incidit cancer cōfert manifeste. Si vis remouere morbum ouium interficientes eas accipe ventrem arietis et coque cum vino, ⁊ admisce cum aqua et da ouibus in potu ⁊ remouebitur morbus.

B

C

D

E

F

G

Caput. iij.

Aries. Isidorus libro.xii.capitulo.i. Est autem aries dux et princeps ouium, et ideo dedit ei natura fortitudinem ceteris ouibus prestantiorem. Decuit enim arietem ducem ceterarum ouium et tutorem aliis esse viribus fortiorem. Et ideo vt dicit Isidorus. Aries autem veruex a viribus est dictus eo q tanq̃ vir ouium. Vel vt idem dicit Veruex a verme est dictus: eo q habeat vermez in capite cuius pruritu excitatus caput concutit fortissime. et quicquid sibi obuiat dure ferit. et ideo aries grece quod dicitur virtus latine est vocatus. quia in gregibus masculi dicuntur arietes. quia ad fecundandas oues virtuosi sunt atq̃ fortes. Nam corporis magnitudine ⁊ virium fortitudine et animi virtute oues alias precellunt ¶ Dicitur etiam aries ab aris quia vt dicit Isidorus. Hoc pecus primum fuit in aris a gentibus immolatum. Unde dicitur ideo aries quia mactatur ad aram. Unde s̃m legem Mosaicam. Aries fuit animal potissime mundum: et ad sacrificium et ad esum. Nam pro peccato illo a populo cõuenienter offerebatur. Et quia findebat vngulam pariter et ruminabat indifferenter a populo comedebatur. ¶ Item Plinius libro.viij.capitulo.xlvij. Arietis inquit naturale est agnos fastidire: et oues senectas sibi obuias consectari. Nam ipse melior est ⁊ vtilior in senecta. tamen respectu ouium ferox fit animo. Tempore amoris pugnat pro vxoribus suis. ⁊ aduersarios cornibus impetit. et vt melius pugnet: ⁊ fortius contra resistẽtem retrocedit: ac resiliendo cum impetu hostem ferit. De arietibus etiam dicit Auicenna. Arietes inquit et capri vadunt multum in vnum. et in hyeme non se abscondunt propter frigus et aliquando exeunt de loco calido ad locum frigidum. ⁊ quãdo pluit quousq̃ moriãtur. et arietes naturaliter sequuntur capras et quiescunt omnes quousq̃ pastor accipit vnum ex eis et facit ipsum antecedere et sequuntur alij. et timent naturaliter tonitrua sicut oues que si impregnate fuerint et audierint tonitrua obortiunt pre timore. et ante mediam noctem stant simul cũ ouibus ⁊ dormiunt: et post sparsim. et in dormiendo semper latus alternant per vices. nam a vere vsq̃ ad autumnum dormiunt in vno latere. deinde vsq̃ adver dormiunt in latere altero. ¶ Isaac in dietis particularibus inquit: q arietes et capri sicut et cetera animalia propriam habent vocem per quaz se clamant et vocant feminas tempore coitus et amoris: et potantes aquam salsam anticipant coitum ⁊ citius mouentur ad amorem. Et quãdo arietes senes mouent citius ad amorem et coitũ q̃uis iuuenes in tempore determinato signum est bonitatis temporis in anno illo. Et si in illo tẽpore excitent iuuenes ad amorem signum est pestis future super oues in anno illo. hoc idez dicit Arest. ⁊ Auicen. Aresto. In libia cito apparẽt cornua in capitibus arietum. et (vt ait Homerus) cornua sunt etiam in capitibus feminarum arietum. Apud septemtrionem vero nõ habent arietes cornua in quodam loco. Animalia que habent cornua fissuras habent in vngulis naturaliter: vt taurus/ceruus ⁊ aries. Et vt in pluribus aries dux gregis est. Pastores enim in grege ponunt arietẽ: vnuz rectorem sicq̃ docent eum a puericia: q cum acclamauerit euz pastor proprio nomine anteriorat se. Eusculapi⁹ in libro suo. Elephas cum arietem viderit: timet eum et fugit.

Operationes

¶ Isaac. Arietes habent carnes calidiores ac minus humidas q̃ sunt carnes ouium ac duriores ad digerendum. Arietes in iuuentute manentes minoris sunt humiditatis et viscositatis propter etatis siccitatem eorum complexioni dominantem. Idcirco eorum caro melior est agnis et ouibus. quia si bene digerunt bonum et multum sanguinem generant. maxime si castrati sunt. quia caliditas et humiditas eorum temporate sunt. vnde boni saporis sunt: nisi quando sunt decrepiti qui proculdubio pessimi sunt et non castrati sunt eis meliores. Omnes enim decrepiti in calore naturaliter defectuosi sunt qui defectus prouenit ex etate ⁊ testiculorum indigentia. Annuales mediocrem habẽt complexionem inter lactantium humiditatem ⁊ iuuenum siccitatem. Idcirco ceteris arietibus meliores sunt. et ad digerendum faciliores. Sanguinem enim meliorem generant. et maxime iuuant iuuenes calidam ⁊ siccam complexionem habentes: et calidam et siccam regionem inhabitantes. Decrepiti vero (vt dictum est) ceteris deteriores sunt. B

¶ Auicenna. Caro arietis adusta linitur vtiliter super morpheam ⁊ super empetiginem Confert etiam morsibus serpentum ac scorpionum. Etiam cum vino canis rabiosi. C

¶ Cinis eiusdẽ confert albugini oculi. Arietis pulmo calidus superpositus sanat excoriationem calcanei ex calciamento. D

¶ Eusculapius. Arietis liquor qui a pulmone decocto distillat tertianas et renum morbum in eis natum sanat. E

¶ Plinius libro.xxix. Jus ex carne arietum valet contra cancrum. Haly. Arietis fel aurium dolori: qui est ex frigiditate medetur.

Caput.iiij.

Aper. Isidorus. Aper a ferocitate vocatus est: ablata f litera et p subrogata. Unde et apud grecos fragros id est ferus dicitur. Omne enim quod ferum est ⁊ immitte abusiue agreste vocamus. Porci agrestes valde belliciosi sunt tempore coitus ⁊ ingemantur vt coria sua sint eo tempore dura: quia se cum arboribus confricant: ⁊ postea lutum intrant. Illudq; desiccāt. Hinde preliantur intātum vt vnus aut ambo moriātur. Ursus quoq; pugnat cum porcis agrestibus. Est autem aper iracundus et insipiens: nec bonorum doctrinam morum recipiens. nullaq; mutatio accidit in eo etiam si castretur. Apri quoq; femina castratur. ita q̄ non indigeat coitu: vt cito impinguetur: sed prius biduo cibus prohibetur. ¶ Plini⁹ libro. viij. Apris maribus in coitu est asperitas plurima. Tunc inter se dimicant arborum attritu costas indurantes seq; luto tergorātes. Femine quoq; in partu asperiores sunt: et fere similiter in omni genere bestiarum. ¶ Ex libro de naturis rerum. Aper bestia fortis: nigri coloris. que nullam bonorum morum doctrinam recipit vnq̄ sed semper fera ac ferox est. dentes habet magnos et recuruos incisionibus aptos in quibus hoc mirabile est: q̄ viua quidem bestia possunt idem q̄ ferrum. Mortuo vero detracti vim incisionis amisisse probantur. Hoc animal si mane anteq̄ mingat a venatoribus impetatur: de facile lassatur. Si vero ante vel interim dum venatur vrinam fecerit difficulter capture cedit. Ueruntamen etiam lassatum non cedit: sed in posterioribus subsistit et attrocitate rigida lassitudinem dissimilat. duellum offerens venatori. ferire tamen in hominem vel inuadere non presumit nisi prius ab illo ictuz acceperit. Caueat autem homo sibi: quia nisi primo ictu pugnentis cuspidis letale vultus inter aruum et laterales costas dederit. periclitari de vita poterit nisi forte iuxta ad refugium arborem inueniat quam ascendat: aut in humiliori loco reliqua terre planicie totis membris se p̄mat. auersi enim acre curui dentes eius quibus quasi quibusdam atrocissimis armis valent ad inferendā mortē: non possunt quē q̄ nisi elatū et erectum attingere. Sustinebit tñ pedum illius conculcationez quousq; sic iacenti a proximo succurratur. Aper cunctas bestias precedit auditu a dextris. Habet os ad modū scuti. quod venabulis et machere opponit.

Operationes

¶ Plinius lib. xxviij. Apri cerebrum contra serpentes laudatur cuz sanguine. Iecur etiam inueteratū cum ruta potū ⁊ vino: adeps quoq; cum melle resinaq;. Simili modo ⁊ iecur verrinū exemptis dumtaxat fibris quatuor obulorum pondere et cerebrum ex vino potum. ¶ Item cerebrum apri vel sanguis verēdorum medetur carbunculis. Iecur ei⁹ litargicos excitat. ¶ In iecure femine apri inueniuntur lapilli qui contriti ⁊ in vino poti calculos pellunt. ¶ Apri pulmo ebrietatē arcet. Fel aprinuz strumas discutit. Lyenuz quoq; sedat potum. ¶ Idem. Cum adipe pulmo impositus parmones sanat. ¶ Ulcera quoq; serpentia sanat fel aprinuz cum resina et cerusa. ¶ Cinis maxillarum apri sanat vlcera que serpunt. ¶ Idem quoq; confert fractis. Lardum eius elixum atq; circumligatum mira quoq; celeritate solidat ea ¶ Apri vrina ⁊ ip̄a vesica pro cibo sumpta vesice calcorumq; cruciatibus medetur. si prius vtrūq; fumo macerat. id in apri vesica si assa mandetur vrine cohibet incontinentiam ¶ Hydropicis auxiliatur apri vrina vel etiam vesica paulatim in potu data. ¶ Urina quoq; apri in vitro seruata auriuz dolori vitijsq; medetur. deniq; tam grauis est apro vrina: vt effugere non sufficiat nisi egesta. ac ea velut deuict⁹ opprimatur. vnde illa exuri eos traditur. ¶ Aprini fimi cinis inspersus potioni tepidi vini dissintericis medetur. Luxatis quoq; valet idez fimus. Uerrisq; spuma recēs ex aceto. In fimo quidem suis est vsus efficatior que non peperit. In apris quoq; multum prestantior. ¶ Usus axungie valet

A B C D E F G H I K L M

ad emolliendas excalefaciendas discutiendas purgandasq; cōfricatis membris itinerum lassitudines. ¶ Ex li. de na. rer. Fimus apri recens et calidus precipuum est remedium contra fluxum sanguinis e naribus.

Caput. v.

Asinus. Ex li. de na. re. Asinus ē animal deforme vile ac despectum. grandi capite. longis et latis auribus. corpore macilēto: nesciunt impinguari. In humeris stigmata christi portat crucis. Est ergo asinus animal mansuetum ⁊ discordie nescium oneriferum: et non rebellans sarcinis etiam vltra q̄ ferre possit sibi impositis. brutum et irrationale super om̄ia animalia. In cessu quoq; pigrum et tardum: patiens et inter verba durissimum: per viam incedens obuiantibus cedere nescit. Post menses. xxx. coit. nisi post annos tres gignit. Spinas libenter comedit. frigidius est naturaliter: et frigoris impatiens: maxime tempore conceptus. Ideoq; non generatur in locis frigidis ⁊ in Scotia et in regionibus propinq̄s: nec in equinoctio sicut coeūt equi sed in estate. In terra quoq; septētrionis que est frigidissima non inuenitur: qm̄ illic viuere nō potest. Gestat autem in vtero per annum integrum. Asini pullus aliquātulum decoris habet in iuuentute: sed quanto plus senescit tāto turpior fit. Aresto. Asinus habet soleas sicut et equus. non habet fel omnino: sed habet sanguinem spissum ac nigrum valde sicut taurus. Asin⁹ et animalia cetera magni cordis timida sunt plus omnibus animalibus. Timet frigus. felle caret: spinas comedit qn̄ molles sunt. multum coit: min⁹ tn̄ q̄ equus. Ei si non inceperit generare post eiectionē posterior ē dentiū nō generabit omnino. Comedit fructus. Herbis pascitur et aqua impinguatur. Quāto plus ex aqua bibito: tanplus eius cibo proficit. Unicū habz ventrē: sicut ⁊ cetera soleas habentia. Infirmatur sepe infirmitate que dicitur milide. et est prius in capite. Curritq; flegma multuz e naribus. ⁊ si descenderit ad pulmonē morit. Actor. Asinus est animal stolidū tardū et luxuriosum. Crucē habet in anteriori dorsi parte super humeros. ⁊ ibi debilior est. In posteriori aūt super renes ibi fortior est: horribiliter clamat. lappas comedit. sonuz citare (vt fertur) ¶ Amb. Asinus piger ⁊ ad predaz exposit⁹: sensuq; tardior. docet nos viuatiores esse debere: nec desidia corporis animiq; pigrescere: sz ad fidem cōfugere que onera grauia solet alleuiare. Phisiologus. Asinus est animal onoriferū mācipiū seruituti addictū respectu multitudis laboꝝ quos sustinet parum gratie cōsequitur. vocē homis cōsuetaz intelligit. Et nouit iter qd̄ sepe ambulauit. Cū aūt vidit lupum venientē respicit in lumbum: ⁊ sic improuisus a lupo cōprehenditur

Operationes.

¶ Auicen. Asinus sanat leprā. Cōtracti ex siccitate sedēt in iure carnis eius. ⁊ caro etiā eius iuuat. Epar ei⁹ assatū ⁊ a ieiuno comestum confert epilētie. similiter ⁊ eius vngula adusta. ¶ Cinis carnis ⁊ epatis eius cum oleo valet suppositis fissuris frigoris. ¶ Itē cinis epatis eius cū oleo valet sup scrofulas ¶ Dicit aūt q̄ eius vrina cōfert dolori renū. Urina vero siluestris asini (sicut Gal. ait) lapidē in vesica frangit ¶ Sanguis asini ꝓhibet fluxum sanguinis narium ex velamine. ¶ Adeps eius valet ad vestigia cutis. Urina asini cōfert vlceribꝫ ambulatiuis ⁊ humidis. ⁊ dolori renū. Stercus eius in om̄i cursu sanguinis administrat. ¶ Odorat quidē ad fluxum sanguinis nariū fortē: ⁊ exprimit humiditas eius in narē ac retinet ¶ Itē stercus asini pascentis siccū cū vino valde bonū est puncture scorpionis. ¶ Lac etiā asinarū minus butirosum existens: subtile ē ⁊ aq̄sum Valet tussi extenuationi ac sputo sanguinis ⁊ hydropisi ac duriciei splenis. Vētrē lenit ⁊ ethice bonum est. ¶ Ferr etiā q̄ cum os ex eo colluit. confirmat dētes ⁊ gingiuā. Non est aūt cōueniens habētibus sodā ⁊ vertiginē ⁊ tinnitū proprieq; dormire supra ip̄m. et vniuersaliter nocet habētibꝫ capita debilia. ¶ Esculapius. Sanguis asini cum vino potatus febres quotidianas sanat: tribus vel quatuor guttis illius datus. Adeps ei⁹ coi-

A B C D E F G H I K L

tum commouet. Splen eius cum aqua tritus: et mammille appositus attrahit lac.

M ¶ Dyas. Adeps asininus dicit cicatrices cõ colorare. Lac eius ventrem mollit: et ore receptum dentes gingiuasq; confirmat. Vulnerationes quoq; ventris ac reumatismus optime curat. Locium eius bibitum nefreticos sanat. ¶ Haly. Asini pulmo et pulli eius si desiccatus teratur ac bibitur attractioni spiritus ac tussi prodest. Epar asini domestici si comederit cum epilenticus prodest ei.

N

O ¶ Asini fimus si opprimatur eo sanguinis fluxus de venarum vel arteriarum incisione amputat eum vel stringit. Parimodo si de aqua eius instilletur naribus sanguinis fluxum patientibus stringit. Omnino lac asine medicaminibus letalibus obest: et intestinorum vlceribus prodest ac tenasmo. sic quoq; prodest lac ouium sed minus. ¶ Plinius. libro. xxviij. Anulum ex vngula et cruribus asini nigredinem non habentis. si induat epilenticus prohibet ipsum ne cadat. ¶ Preterea si domum suffumiges asini pulmone mũdas eam ab omni reptili ac serpente.

P

Q

Caput. vj.

Ahane et alches. Ex libro de naturis rerum. Ahane ſm Arestotelem ē animal magnitudine cerui contra consuetudinem omnium animalium habens fel in auribus simile felli hominis in colore. Et est amarum valde causatiuum vehementis ire ferocitatisq;.

Operationes

A ¶ Helynandus. Alches est animal in silua hercinia. harum consimilis est capris figura et varietas pellium: sed magnitudine paulo antecedũt. Mutilia sunt cornibus: et crura sine nodis articulosq; habent. Nec quietis causa procũbunt: neq; quo afflicte casu ceciderint: erigere sese aut subleuare possunt

¶ His sunt arbores pcubilibus ad eas se applicant atq; ita paululum reclinantes quietem capiunt. Quarum ex vestigijs cum animaduersum a venatoribus fuerit quo se recipere loco consueuerunt eo loco a radicibus subruunt. aut abscindunt arbores tantum vt summa species vel stipes earum stantium relinquatur. huc cum se consuetudine declinauerint: infirmas arbores pondere affligunt atq; vna ipsa concidunt.

B

¶ Est alche mulis comparanda: adeo propenso labio superiore: vt nisi recedens in posteriora vestigia pasci non queat.

C

¶ Gangama insula e regione germanie mittit animal quale alches. ⁊ cuius sicut nec elephantis flecti nequeunt suffragines.

D

¶ Ideoq; non cubat cum dormiendum est. sed somnolentiam arbor tantummodo sustinet que prope casum minatur vt fera ruinaz faciat: dum assuetis fulcimentis innititur ita capitur.

E

¶ Alioquin eam mãcipare difficile est. quoniam nullo rigore poplicum incomprehensibili fuga pollet.

F

Caput. vij.

Anabula. Antaplõ. Aptalo Aucacinor. ¶ Isi. Annabulla bestia est ethiopie. collum hominis: vt equus pedes

Capreolus. Auicen. Capreolus ē animal in India: similis bimulo siue cerui filio: q̄ apud nos etiā non mutāt dentes. Et q̄n eius dētes sunt magni signāt vite diuturnitatē in eis: ꝛ habet oculos acutos. Aresto. li. xiij. Capreoli siluestres habēt sapientiam. quando vulnerantur querunt pulegium ceruinū ꝛ comedunt ipm vt extrahant sagittas a corpore si que in ipis sunt infixe: et velocitate motus ꝛ assiduitate discursus. Caro capreoli a superfluo humido exonerat: et eius caro tenerior et vigestibilior efficit: et saporis ac odoris eius grauitas amputatur. Aresto. Pastus gratia de locis altis ad altiora rēdit: et inter herbas salubres et noxias odore diudicat ꝛ discernit. Rumināt cibos et vngulam findit. Non vngue nō cornu nō dente: sed sola velocitate fuge a canibus venatorū insultus se defendit. Vñ q̄n in campestribus persequitur ad mōtana fugiens alta petit. In montibus Indie sunt quidam capreoli qui ab herbis aromaticis et odoriferis pascuntur: in quorum vngulis sunt quedam cōcauitates: in quibus humores quidā ad apostemata colliguntur: q̄ primo ad maturitatem ꝛ motum cōfricationē rūpunt. ꝛ a corpore cū pilosis folliculis abstrahunt / ꝛ substātia que infra pelliculā continet simme ē odorifera: et inter aromatica maxīe p̄ciosa in medicinis plurimū vtilis et virtuosa. vt vult Dyas. et Platea. Et aliqui dicūt illud muscū vulgariter appellauere.

Caput.xxxj.

Castor est animal admodum canis pōtici. longum scilicet et gracile. dentes habet acutissimos / pellem delicatam ac nobilem. que quanto nigrior est tanto p̄ciosior. colores in pilis habet velut daxus: sed pili subtiles sunt / et pulchri. non potest diu sustineri vel subsistere nisi caudam in aq̄ teneat: quam habet vtiq̄ piscium caude similem: saporemq̄ eius ꝛ speciē. Vnde et a christianis in ieiunio comeditur. pars enim caude ipsius edibilis est: residuum autem eius est caro. Ipsaq̄ cauda longitudinis cubitalis est pinguedinem multam habēs. Pedes autem posteriores habet vt anser. Anteriores autem vt canis. Hec enim illi natura parauit: vt et posterioribus velut auis in aqua nataret. et anterioribus in terra sicut quadrupes ambularet.

¶ Et libro de naturis rerum. Castores vt dicit experimentator in grege viuunt: et simul ad siluas pergunt. Lignaq̄ dentibus abscindentes ad cauernas suas eo miro modo referunt. Vnum ex castoribus pro vehiculo resupinatum pedibus elevatis in terram proiciunt et inter crura eius abscisa artificio se componunt. et sic cum trahentes cauda ad propria recta deducunt. verum iniuriaz talem non faciunt bis. qui inter illos educati sunt. sed illis qui de alienis partibus ad seve nerunt. Hos enim in seruitutem sub certa custodia redigunt. ¶ Alioz tamen opinio est: q̄ hoc illis faciant ꝙ senectute labozibusq̄ cōfecti dētes obtusos habent. et ꝙ

ligna secare non valent. Tales enim in seruitutem redactos per absumptionem pilorum in dorso venatores agnoscunt. eosque pietate commoti illesos abire permittunt. In duplices autem vsus ligna secta habent. Nam et corticem comedunt et ex lignis habitacula valde artificiosa faciũt. Amaris quidem arborum foliis. et corticibus castor ꝑ summis deliciis vescitur. vnde et tota eius caro: ⁊ si bono tamen amaro odore perfundit. ¶ Phisiologus. Castor cum eum venator prosequitur abscisos testiculos ante faciem eius proijcit et venator habens quod ab eo cupiebat vltra non sequitur. Si autem alius venator eum sequatur erigit se ⁊ ostendit virilia se nõ habere: et sic euadit. Est autem animal mansuetum nimis. ¶ Ex li. de na. re. Huius animalis venatio fit hoc modo. Canis ad hoc instructus in aquam proijcitur. qui ad foramẽ mansionis illius perueniẽs ingreditur. nec cedit castor morsibus donec a venatoribus artificiosa illa mansio refringatur ⁊c.

Operationes

A ¶ Pla. Castoris testiculi abscisi in vmbroso loco suspensi desiccantur: vt in vsum medicine reseruentur. et dicuntur castoreum. ¶ Bonum autem castoreum. i. non sophisticatum: habet saporem mediocriter acutum. Glutinosum est et saporem habet multum horribilem neruos intricatos et pelliculis adherẽtes per annos sex in magna efficatia seruari pot est. Melius tamen est quanto recẽtius. In medicinis ponitur abiecta pellicula exteriori. Virtutem habet dissoluendi/attrahendi/et maxime neruosa loca cõfortandi.

B

C ¶ Contra epilentiam et alias frigidas passiones capitis datur castoreum cum succo rute in potu vel decoctionis eius vinum.

D ¶ Contra paralisim lingue puluis eius sub lingua ponitur donec per se resoluatur et cõsumatur. ¶ Contra paralisim totius corporis datur vinum decoctionis eius et rute ⁊ saluie. ¶ Contra litargiam prouocatur sternutatio ex castoreo: cerebrum cõmouet et cõfortat. ¶ Dyas. Castoreum testiculi sunt animalis; quod castor dicitur. et sepe aquaticã. sepe vero terrenam sustinet vitam. ¶ Optimum est ponticum q̃ si interius cereum ⁊ obstrusum membranulis naturalibus. quidam autem testiculos adulterantes immittũt vesicis cum armoniaci gutta sanguie castoris conspersa. ¶ Eligendi sunt ergo qui iuncti sunt ex vna radice sibi coherentes. pleni incidi fragiles. ipsis folliculis se tractius separantes. ¶ Calefacit autem castoreum et desiccat et attenuat. Illis ergo qui ex plenitudine spasmum patiuntur aut tremorem neruorum vtilissimum est. Quibus autem hoc contingit ex inanitate vel siccitate cõtrariũ ¶ Vitia quoque pulmonis emendat. Et humidum frigidi cerebri humorem cum pulegio. Cum vino bibitum inflationes tollit. ¶ Tortionibus medetur. potiones venenatas nocere non sinit. litargicis singulare presidium est. ¶ Tremori et contractionibus ⁊ omnibus neruorum causis delitum et vnctũ medetur. ¶ Virtus enim ei termantica est ⁊ recorporatiua mixtuz malacinatibus ⁊ acopis paraliticis seu sciaticis et his similibus subuenit. ¶ Auicen. Castoreum confert obliuioni et litargie cum aceto et oleo rosaceo surdidatique frigide ac ventositati in aure dissolutum in oleo nardino. ¶ Attractio per nares ex fumigatione ipsius confert apostematibus pulmonis ⁊ infirmitatibus eius. Bibitur cum aceto propter singultum et facit sitim. ¶ Delet dolorem vẽtris pungitiuum cũ aceto bibitum. ventositatem resoluit. Menstrua prouocat. Secũdinam et fetum extrahit. ¶ Cõfert morsui paruorum venenatorum. et quod ex eo declinat ad nigredinem est venenum. Ita quod interficit quãdoque in vna die. ¶ Fel castoris ad multa vtile est. Eius quoque coagulum sedat morbum caducum.

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

Caput. xxxij.

Chama. Alb. in li. de na. anima. Chama est bestia alio noĩe rufiuus dicta in Ethiopia. Est aũt ad modum lupi in figura macul' albis vt pardus per totũ respersa / ludis apta / eo q̃ discipline multum est perceptibilis. Et in hoc conuenit cum natura canis.

Caput.xxxiij.

Calop⁹. Alb. in li. de na. aīa. Calopus dicit esse aīal iuxta Eufratē habitās et de eufrate propter aque frigiditatem bibens. Astutum et velox esse dicitur. Ita vt venator sibi appropinquare non possit. Cornua gestat longa serre modum pretēdentia. quibus et arbores deijcere dicitur. sed virgulta ante repulsum cornuum suorum tendentia frangere non potest. Licet ad h sepe nitatur. et ideo in eius frequenter inuolutis cornibꝰ cū captum tenetur dentibꝰ stridet. ⁊ audito stridore a venatore capitur.

Caput.xxxiiij.

Ceruus. Ex libro de naturis rer. Ceruus ē animal velocitate mirabili/ frōtem habens ramosis cornibus asperatam. Quorum creatio fit si biennis fuerit: tunc vsq; ad sex annos pro etate ramos augent. deinde numerosiora fieri non possunt sed maiora. Solum hoc animal cornua mutat: et supra modum gloriatur. habet vnum vermē in capite qui eam vere vexat assidue. Sed ⁊ omne animal et ipse homo vermē habet sub lingua. ¶ Aresto. Ceruus est animal sapiens. d quo etiam opinantur q inter animalia quadrupedia discretius sit. Idez. Ceruus est animal timidum: cornua quidem habens et fissuram in vngulis. dentes eius declinant ad inferius. habet quatuor dentes in vna parte oris: et in alia quatuor ꝑ quos mollit. habet etiam duos magnos alios: qui sunt in masculo maiores: et in femina minores. Vox masculi grossior est ⁊ altior quā femine. Masculus vociferatur multum tempore coitus: et femina quandoq; timet. Ceruus itaq; (sicut et cetera magni cordis aīalia) timidus est: vocem vulpiū timet. In sibilo aūt et cantu delectatur. Itaq; sibilantem et cantantē sequitur: et alius eū occidit. Vñ cum aures erectas habet insidias subsequētis aduertit. Postq̄ vero dimiserit: nō aduertit. ¶ Item cerui pugnant: et victus obedit victori obedientia forti. Cum autem impregnat ceruus latet propter venatores. Intestina cerui valde fetida sunt. vnde non comeduntur a canibus: nisi sint valde famelici.

¶ Phisiologus. Ceruus vbi serpentē agnouerit esse impletos suum aqua effunditq; in foramē deinde cū quodaz oris sui spiramine serpentes foras attrahit: et pedibus suis cōculcans ipsum interficit. Ceruoruz aūt duo sunt genera. Vnū qd vt inuenerit serpentez in cauerna vbi latitat: flatū immittit vt exeat. ⁊ egrediētis collū percutiēs hinc et inde occidit eū ⁊ deuorat. Postea vero ꝓpter timorem ad aq̄s purissimas currit ac venenū euomit. Sz inter hūc tumorē pilos mutat ⁊ cornua abijcit. Aliud est genus qd si serpentem inuenerit occidit ⁊ post victoriā ad montem vbi pabulū inueniat tendit. Amb. Ceruus cū nondū hz cornua: tñ frōte preludit: et ea q̄ nondū expertus ē tela minat. ceru⁹ qñ egrotat: ramusculos olere comedit: et sanus fit. Aresto. Ceruus (vt dictū est) masculus vociferatur multū tēpore coitus. cerua non pōt coitum pati ꝓpter duriciem virge maris: recipit autez fugiendo. Cerua paritura prius dragonteam comedit. cuz vero parit subito comedit secundinam fetum anteq̄ cadit ad terram. et eius est secundina venenum.

Operationes

A ¶ Phisiologus. Ceruorum lachryme collecte ⁊ ossa inuenta in corde ipsorum apta sunt potui cordis pulsu laborantibus.

B ¶ Platea. In corde cerui reperitur quoddā os in sinistra parte: in qua est quedam cōcauitas. ad quem splen habet respiraculum et emittit superfluitatem. que ibi propria siccitate in substantiam mutatur ossuosam. Illō est de sanguine cordis subrufum. habet virtutem depurandi fumum melancolicum.

C ¶ Datur et contra cardias et sincopim ⁊ cōtra emorroidas.

D ¶ Esculapius. Si quis in corio cerui voluitur: serpentes non timet. Medulla quoq; cerui dolores sedat.

E ¶ Haly. Coagulum cerui contra potum cicute et fungorum esum prodest. Urina cerui splenis dolorem adiuuat. Uētositati stomachi et intestinorum prodest. Auribus instillata medetur earum vlceribus.

F ¶ Auicen. in. iiij. canone. Extremitates caude cerui venenum est. et ipsam bibenti accidit angustia vehemens et sincopis et mors. Sed cura eius est vt euomat cum butiro et aneto. deinde in potu dentur auellane et fistici confecta simul.

G ¶ Pli. li. xxviij. Pulmo ceruinus cū gula subarefactus in fumo, deinde tusus ex melle tussim sanat. Coagulū cerui ex aceto sāguinē sistit. Hinnuli vero coagulū matris vtero exeti: summis prefertur remedijs.

H ¶ Plinius dicit. Cornu cerui vsti nidor comicialem morbum siue caducum deprehendit. Eiusdem cornu cinis illitus ex aceto vel rosaceo dolorem capitis sedat.

I ¶ Idē cinis dentes mobiles fricādo vel colluendo confirmat: eorūq; dolores mitigat.

K ¶ Idem quoq; valet crudi cornu farina. Itē cinis predictus reumatismos sanat: ⁊ sanguis excreationes curat.

L ¶ Tinearum quoq; genera id est fermes pellit potatus. Regio morbo prodest potatus ex vino.

M ¶ Solinus. Ex cornibus autem cerui dextrū efficatius est ad medelam. Actor. Quia vero cornu dextrum (vt dictum est) ad medelā efficatius est. Ideo dicit Plinius: q̄ ceruus hoc bono suo inuidens: homini cornu dextrū abscondit nequeat inueniri: Idem quoq; dicit liber de naturis rerum.

N ¶ Aresto. vero dicit eum abscondere cornu sinistrum tanq̄ in eo sit aliquod iuuamentum

Caput. xxxv.

Ceruleus. Actor (vt aiunt Solinus ⁊ Stacius sebosus) Vermis est mirabilis in gange fluuio abundans. habet in brachia bina longitudinis sex cubitorum: quibus etiam elephantē corripit vndisq; submergit. Sed qm̄ hic vermis ingens ac monstruosus est ⁊ aquaticus. Ideoq; inferius eum inter monstra aquatica: videlicet in tractatu de piscibus de illo plenius dicem⁹.

Caput. xxxvj.

Cecula. Celidros ⁊ Cenchrus. Isido. Cecula dicta ē eo q̄ parua sit ⁊ nō h3 oculos. Celidros serpēs ē q̄ ⁊ chersidros q̄ et in terris ⁊ in aquis moratur. Naz

cersi greci dicunt terram ydros aquaz. Hic terram per quaz graditur fumare facit quã Nacer sic describit: seu terga exspirant spumantia virus seu terra fumat: qua tbeter labitur anguis. Et Lucanus. Tractiq; via fumare chelidri: semper autem directus ambulat: nam si toserit se duz currit/statim crepat. Solinus. Calabria chelidris frequentissima boum quoq; gignit. Jsi. Chenchris serpens inflexuosus est; qui semper rectum efficit iter. De quo Lucanus. Et semper recto lapsurus limite chenchris.

Caput. xxxvij.

Cerastes. Ex li. de natu. rer. Cerastes est serpens octo cornua in capite babẽs: ex quibus fieri solent manubria cultellorum ad mensas imperatorum: quia sudore produnt venenum appositum. Solinus. Ceraste dictus ẽ: eo q; habeat cornua arietum similia. Ceraste cñ greci cornua vocant: sunt autem binc quadrigemina cornicula: quorum ostentatione velut esca illicibus solicita animalia perimit. Totum enim corpus arenis regit: nec vllum indicium sibi pbet: nisi ex illa parte qua inuitatae aues vel animalia capit. Est autem flexuosus plus q̃ alij serpentes: ita vt spinam non habere videatur. ¶ Auicen. Cornuta est genus serpentum surdorum: cuius longitudo ẽ ab vno tubito vsq; ad duos: et super caput eius sunt due eminentie: quasi duo cornua. Color corporis eius est cinericius: et venter eius sicut squame sicce dure que strident super terram cum strepitu. Dentes eius sunt equales non recurui: plurimuz autem mansio eius ẽ in locis arenosis. Jn locis quidem morsus eius sentiuntur quasi acus aut claui infixi in eis Et differit q; continuatur eius corpori gravitas maxima: et eius labia inflantur et accidunt ei vertigo et tenebrositas oculorum et destruitur ratio.

Operationes

¶ Lure autem eius appropriatur: vt semen rapbani cum vino in potu detur. A

Caput. xxxviij.

Cephos z centrocota. Plinius li. viij. Cephos ethiopia mittit: quorum pedes posteriores humanis pedibus z cruribus sunt similes. Hoc animal roma postea non vidit: nisi ludis Pompey Solinus Tempore dictatoris cesaris monstra rome visa sunt que cephos dicuntur. Horum posteriores pedes crure ac vestigio humanos mentiuntur arcus: priores hominum manꝰ ¶ Phisiolo. Centrocota est que bestias vniuersas precedit bubus corpus azini: pectus et crura leonis similitudinem habent: oris biatum vsq; ad aures vastum: imitat aũt hominis vocẽ. Pli. li. viij. Crocutas ethiopia inter alia monstra generat: velut ex cane lupoq; conceptos omnia dentibꝰ frangentes protinusq; deuorata vẽtre cõficientes. Idẽ in codẽ. Hyene coitu leena ethiopica parit

D

Crocutā hoīm pecorūq; voces imitantem. Acies ei perpetua in vtraq; oris parte nullis gingiuis continuo denteq; ne occursu cōtrario haberetur capsarum modo includit. Solinus Crocuta nunq; aciem orbium cōmouet: sed in obtutum sine intactione intendit: in ore gingiua nulla: dens vnus atq; perpetuus.

Caput. xxxix.

Cirogrillus. Rudolphus super Leuiticum. Cirogrillus est animal spinosum hericio simile. ¶ Autor. Alibi legitur q; maius sit hericio: spinosum tamen. Unde patet q; quidam falso dixerunt hunc esse cuniculum. Alibi quoq; legitur q; cirogrillus ipse sit hericius vel herinacius: animal videlicet procelli formam habens / sed spinosum: de quo plenius dicitur inferius. Unde in Psalmo. ciij. vbi legitur in nostra translatione: Petra refugium herinacijs: Alia translatio habet cirogrillis. Glosa super prouerbia Salomonis. In prouerbijs quoq; vbi iuxta translationez nostram legit Lepusculus plebis inualida: qui collocat ī petra cubile suum. Alij pro lepusculo habēt cirogrillum. Et est animal non minus hericio simile muri et vrso / cuius in palestina magna est copia. In foueis et in petrarum cauernis: Hinc et in Psalterio vbi dicimus: Petra refugium herinacijs. Alij ponunt leporibus: alij cirogrillis. Sed quidam hic ꝑ lepusculo hericium habent. Hieronymus enim verbum hebreum sapham interpretatur: et cirogrillum et hericium et leporem. Item super Leuiticum Cirogrillum animal debile quidem: sed rapax et mortiferum esse dicunt.

Caput. xl.

Cicade. Uincentius in speculo naturali vicesimo primo. Cicade vermes sunt quorum genera sunt duo. Quedam ꝑuis locustis similes sunt. et he domos inhabitant: eaq; loca que magis calida sunt vbi scilicet ignium feruor est. Aliud vero genus acruz colore papilionibus simile: fertur etiam q; earum genus est quod nos ceruos volantes dicimus: et hoīs experimentator supra carbones vocat. Cicade habent in pectore quoddam aculeatum / linguis simile: quo rorē lambunt. Ipsum vero pectus fistulosum habent: ex hoc dulciter canunt. Mares quidem canunt: femine silent supine coeunt. Oua candida / sed corrupta. In terra feture locum excauant / ibiq; prolem faciunt Ambrosius. In exiguo cicadarum gutture dulcis est cantilena: quarum cantibus estu medio rumpuntur arbusta: eo q; magis canore medianis caloribus quo puriorez aerē spiritu attrahunt: eo cantus clariores reddunt. ¶ Isidorus. Cicade ex cuculorum sputo nascuntur. Hec in Italia apud regmos mure sunt / nec vsq; alibi. Nam alibi dulciter canunt: quarum cantibus medio estu arbusta rumpuntur. ¶ Plinius libro vndecimo: Cicade non nascuntur in raritate arborum nec in frigidis aut vmbrosis nemoribus: pennarum illis natura que apibus: sed ꝑ corpore amplior ꝛc.

Caput.xlj.

Crotrochea. Albertus in libro de naturis animaliuz inquit. Crotrochea bestia est que rechiona voces hominum imitatur: o. ulos nunq̃ claudit. In ore nullam habens gingiuam / sed dentem habet: Os vnum continuum / verecundatur ca psulis. Tante est virturis vt omnia mox cõtinuat: et de lupo et cane generari dicitur.

Caput.xlij.

Critetus. Albertus in lib. de naturis animalium. Critetus animal est parulum in terra habitãs capite vario: dorso rubeo / ventre candente: pilum adeo tenaciter pelli habens infixum: q̃ citius pars pellis de carne recedat q̃ pilus possit euelli de antro: etiam non extrahitur de facili: nisi aqua feruente: vel alia in antrũ infusa. Et in hoc conuenit cum cuniculo quia habet pilũ fere sicut cuniculus: et non hz aures: hz vias auditus sicut ille. Solinus. Critetus ẽ animal qđ nos bameister vulgo vocamus: et est animal mordax valde et iracundum.

Caput. lxiij.

Colubr. Isidorus. Coluber a beo dictus est q̃ colat vmbras: vel q̃ in lubricos tractus: flexibus sinuosis labatur. Nam lubricum dicitur quicquid labitur dum tenetur vt pisces serpens. Ambrosius. Coluber autẽ cervum fugit / iconem interficit. Physiologus. Colubri pellis que exuitur in oleo decocta / mire aurium dolorem mitigat. Auctor. Patet de colubro verum esse in speciali: quod supra dictũ est de genere serpentum: videlicet q̃ exuuys suis depositis per foramen petere transiens senecturez suam deponit: sed prius ieiunando carnes suas subtiliat: vt eidem transitus abilior fiat. Est autem longus vt anguilla rotuole incedens et sibilans. Transeuntibus inuidiatur et mordens / lingua venenum infudit. Unde scriptum est. Fiat dan coluber in via. Et alibi: Qui dissipat sepem / mordebit eum coluber.

Operationes

A ¶ Plinius lib. xxxiij. dicit: q contra rubeta venena auxiliatur coluber viuens in aqua.

B ¶ Huius adipem aut fel secum habet: qui cocodrillos venantur: cosq; mire his adiuuari testantur: ydris a grecis vocatur coluber/viuens in aquis.

C ¶ Dyascorides. Tunica colubri in vino cocta/dolori medetur dentium. Est etiam oculorum adiutorium.

Caput. xliiij.

Cocodrillus. Isidorus lib. xij. Cocodrillus animal est quadrupes in terra et in aquis valens: longitudine vere. xx. cubitorum: dentium ⁊ vnguium in inanitate armatum: tanta est ei duricia cutis/ vt q̃uis fortium lapidum ictus in tergo recipiat. nihil omnino curat: nocte in aquis/die in terra q̃escit. Oua in terra fouet que ouis anseris sunt maiora: masculus ⁊ femina vices seruant: hic quidam pisces serratam cristam habẽtes: tamen ventris desiccantes interimunt. Et dicitur q̃ solus inter animalia superiorem mandibulam mouet. Plinius li. viij. cap. xxvj. Cocodrillus est animal Nilũ inhabitans: lingue vsu inter animalia terrestria caret sola: superiori mandibula existenti immobili morsum imp̃mit venenosum Dentes habet horribiles admodum pectinis sine serre: et cubitos admodũ apri. Nullum autem animal ex tam parua origine crescit in tam magnum animal sicut Cocodrillus: animal est valde gulosum/et multum comedit. Unde quando est satur/iacet iuxta littus/ructãs pre repletione: superuenit autem auis modica que dicitur apud eos Cusphillos: apud Italos autem dicitur auium rex: et volat ante os eius quã aliquotiens a se repellens: tandem fauces aperit aui et eã intrare permittit: ⁊ hec auicula eum leuiter vnguibus scalpit et ei facit quendam pruritum: in cuius dulcedine delectatus/statim obdormit. Auicula autem cũ sentit eum dormire/statim illabitur in eius ventrem/⁊ quasi telum statim eum perforat ⁊ corrodit. In ventre enim valde mollis est: ⁊ ideo a piscibus spinas ⁊ cristas pinnulas ĩ dorso habẽtibus de facili superatur. Subdit Plinius. Hec belua insequitur fugientes ⁊ eis est terribilis: sed fugax est contra serpentes: hebetes autem habet oculos q̃diu est in aqua: s3 extra aquam nimis acute videt. In hieme per quatuor menses se abscondit: sed in vere exit: et q̃diu viuit/semper crescit. Item Plinius lib. viij. capitulo. xxvj. Cocodrillus si quendam inuenit hominem circa littus/interficit eu3/si potest: et preterea plorat super eum et postea deuorat ipsum. Itez herbas libenter comedit inter quas enidros serpens paruulos qui ei inimicatur caute se ĩuoluit: Et dum Cocodrillus herbas carpit/serpentem transglutit: qui intrans ventrem eius/omnia interiora carpit: et sic interimit eum et occidit: et sic illesus exit. Item plinius li. xij. dicit: q idem vermis insidiatur cocodrillo quando dormit: et tunc inuoluit se in luto et intrat per dentes eius. Solinus. Insidiatur quibusdam paruis auibus que generãtur inter herbas nili que euolant propter calorem solis/⁊ intrant ventrem Cocodrilli: et comedunt vermes ventris eius: et sic purificatur belua a vermibus. Habet autem corium valde durum quod vix gladio perforatur. Habitat in aqua de die q̃ de nocte: quia aqua calidior est de nocte q̃ de die: retinet em̃ radios solis/⁊ ibi agitãtur: et sic fit calida ipsa aqua: et non habet linguam prominentem ad vociferandum: sed habet paruam linguam in parte inferiori: sicut habent pisces ad gustum: vt dicit idem Solinus: et etiam Aristotiles ⁊ Auicenna hoc idem volunt.

Operationes

A ¶ Plinius lib. viij. dicit: q de fimo Cocodrilli fit vnguentum/vnde facies mulierum sophisticantur: vt senes et rugose iuuencule p tempus videantur q̃diu viuit.

Caput. xlv.

Cuniculus. Isidorus. Cuniculi sunt genus agrestium animaliuz: sic dicti quasi caniculi: eo q canum indagatione capiantur: vel a speluncis excludantur Plinius libro octauo: Leporuz genera sunt quos Hispani cuniculos appellant. Varro ⁊ autor. Est a cuniculis suffosum in Hispania opidum cuniculi fecundita eis innumere sunt: famemq balearum insulis populatis messibus afferunt: certumq est ballearicos aduersus eorum prouentum auxilium militare aduio augusto perisse. Ex lib. de naturis rer. Cuniculus est bestia lepore minor colore et forma prope tamen similis. Hec in antrosa habitacula terram fodiens: Nocte vineta frugesq depascit: mane vero antrum ingrediens os eius equat terre puluere per intrinsecus: ne superuenientes homines per diem/eius habitaculuz deprehendant vbicũq habitant cuniculi/multiplicantur nimis: quia sepius in anno pariunt. Cunq aliqui ex eis aliquid illic aduersi senserint animal/fugiunt: nec more ceteri sociorum iniuria dedignari/locum cuz illis dimittunt. Hi auersis posterioribus coeunt: quoniam illis aduersum est membrum genitale.

Operationes

A ¶ Isaac. Cuniculus vim habet dissoluentẽ proprie etiam stomachũ confortat/ventrem dissoluit.

B ¶ Urinam prouocat. Utilius quoq eis qui elephantico morbo apparati sunt.

Caput. xlvj.

Damma. Albertus in libro de naturis animalium. Damma bestia est magnitudinis capre: figure ⁊ pili sicut canis: cornua habens non squamosa: sed plana longa ⁊ acuta. Est autem cursu velox vite prouida. Hec bestia in Arabica vocacatur adgazel: cuius caro frigida est et sicca.

Operationes

¶ Idem Albertus. Stercus huius animalis crescere facit capillos et meliorat eos p̃paratum in oleo. A

¶ Dicit etiam q si cum eo vngatur virga virilis: et si coeat cum vxore sua/semper diligit eum. Si cum lingua desiccata suffumigetur guttur in quo est sanguisuga cadet. B

¶ Calcaneus combustus impletus in concauum fistule curat eam. C

¶ Dicit etiam: q fel huius animalis et semẽ testiculorum vulpis et piper et semen erucede quolibet equale acceptum ad pondus aurei ⁊ mellis vncias duas: et fiat ex eo electuarium et ipsuz teneat in lana quando mulier cum viro concubit/concipit masculum. D

¶ Et nota: si fel sit ex femina/concipit feminam: si ex masculo concipit masculum. E

Caput. xlvij.

Caput. xlvij.

D Amula. Bartholomeus in libro de proprietatibꝫ rerum. Damula siue dama: sicut ait Papias: caprea est agrestis. ¶ Isidorus libro duodecimo. Damula est vocata: eo ꝙ de manu effugiat: timidum enim est animal ⁊ imbelle ac imbecille. Vñ nescit se defendere nisi fugiendo. Habet eñ pro armis abilitatem membrorum: et ad fugam leuitatem. ¶ Unde dicit Marcianus. Dente tuetur aper. defendunt cornua ceruum. Imbelles tamen quidem nisi ꝑ da sumus: montuosa loca et venenosa: diligit gramina medicinalia ⁊ aromatica: comedit ramusculorum tirsos: et extremitates carpit: quando est vulnerata tragõteam comedit: et sic de corpore telum trahit.

Operationes

A ¶ Isidorus libro quinto. Sanguis eius est medicinalis ꝑm Plinium libro vicesimo sexto. Neruos enim contractos remollit: et articulorum dolorem soluit, venenum discutit et expellit.

B ¶ Damulam odiunt serpentes et fugiunt: ⁊ eius anhelitum sustinere non possunt.

Caput. xlviij.

D Raco. Phisio. Draco super omnes serpentes maximus: et super omnia terre animãtia. Qui quãdoq; super aerẽ ferꝛ ipsuꝫ concitãdo ac vehemenꝛ impellendo. ¶ Isido. Draco maior est cunctoꝝ animantiũ super terrã. Hunc greci dracontam vocant. Est aũt cristatus ore paruo et artis fistulis per quas spiritũ trahit et lingã exerit. Gignit autem in Ethiopia et in India. ¶ Ex lib. de natu. reꝝ. Draconis mansio frequenter est in speluncis ꝓpter estũ naturalẽ sui corporis et propter accidentalẽ solis: qui maximus est in partibꝫ Orientis. Raro eñ inuenit hoc animal/ nisi in calidioribꝫ partibus orbis. Itaq; libenꝛ etiã in rupe lapidea speluncã sortit. Circa turrim Babel et in desertis illius antique Babilõis ac ruinis eiꝰ maximi dracones habitare dicunt: quorum vox ac rugitus homines terret. Ad viginti quinq; cubitos ⁊ amplius crescens: sepius eualescit. Ad seniũ aũt et debitã magnitudinẽ veniẽs sine cibo tempori multo viuit. At vbi comederit/ nõ de facili satiat. In abissis terre (sicut dicit Augu.) aliquãdo draco morat: et cũ in aere sentit humiditatẽ egredit ⁊ sup aera ferꝛ magnis alarũ remigijs aerẽ concitans ⁊ impellẽs. Alis q̃dẽ pellicea volubilitate extantibꝫ: et ꝑm corporis sui magnitudinẽ late diffusis: vbicũq; morat aerẽ inficit. ¶ Pli. li. xxvj. India dracones hꝫ et Elephantes perpetua discordia bellantes tante magnitudinis vt facili circumplexu Elephantes ambiant: noxioq; nodo perstringant. ¶ Ambrosi. Draco elephantem li

gat: cuius ruina mors victoris ē: ⁊ inde sum me in vtrūq; certat. Ille vt pedē alliget: in q̄ casus victi sibi nocere nō possit. ¶ Pli. lib. x. Aq̄le quoq; satis ē pugna cū dracone: multoq; magis anceps etiā si in aere. Are. Vultur etiā ⁊ draco preliant: q̄r comedūt animalia. Isido. Draco vim in cauda/nō in dētib; hz: et verbere potius q̄ ictu nocet. Aresto. in li. de na. anima. Est in terra Ethiopie draco ex quo Tyrus generat: et ex illo Enthichon accipit. Contra qd nō est remediū. Omniūq; animaliū venenū habentiū morsus est valde malus: maximeq; vi se comedant adinuicem: sic comedit draco scorpionē. ¶ Itē de ꝓprietatib; elementoꝝ. In diebꝫ Philippi regis via in monte Armenie fuit: de qua rex interrogauit. Cur sup illā nullus trāsiret quin mortuus caderet Socrates ergo speculū de calibe cōtra illū posuit/in quo duos dracones magnos vidit: qui aperuerūt os suū et egrediebat corrūpens aerē fumus ex orificijs eoꝝ. Rex vero precepit ad montē illū exiri ⁊ ipsos interfici: sicq; saluatus est loc⁹ ille ¶ Narrat Petrus damianus de quodā agricola: q̄ quadā die valde mane surrexit/⁊ vidit draconē enormis magnitudinis/lignū putauit. Fessusq; super eū vt requiesceret: seditq; mox indignata bestia deglutiuit.

Operationes

A ¶ Solinus. Draconū ex cerebris excidit: dracontias lapis: sed lapis nō est nisi detrahat viuētib; Nā si obeat prius cū anima simul euanescit duricies soluta.

B ¶ Phisiologus. Graminib; quidē medicat; dracones dormire cogunt sicq; lapis acquirit: cui⁹ vsu reges oriētales p̄cipue gloriant.

C ¶ Draconem adipum fugiunt venenata: ne ipse draco habet venena.

D ¶ Draconis capita prosperam et fortunatā domum promittunt facere.

E ¶ Ex lib. de natu. reꝝ. Lingua eius et fel in vino decocta remedio sunt his qui vexātur ab incubis eoꝝ corporibus ex hoc inunctis.

F ¶ Draconis caro vitrei coloris est: ac vescētes illa refrigerat: Hinc est q̄ Ethiopes in feruida plaga manentes draconis carne libenter vescuntur adeo quoq; auaricie sitis in immensum creuit: vt institores quibusdam carminibus draconem ad tempus mansuetum reddant: eiusq; tergo insidientes: freno ipsum regant vsq; dum in Ethiopiam perueniat.

G ¶ Autor. Sanguinem draconis quo phisici vtuntur in medicinis aiunt gummi cuiusdam arboris sic dictum/propter sanguinis similitudinem veri draconis.

Caput .xlix.

Draconcopedes. Ex li. de natu. reꝝ. Dracōcopedes serpētes sūt magni ⁊ potētes. Facies virgineas habentes humanis similes: in draconū corpus desinentes. Credibile est huius generis illū fuisse per quē diabolus Euā decepit: q̄r (sicut dicit Beda) virgineuz vultum habuit. Huic etiam diabolus se coniungēs vel applicans vt consimili forma mulierem alliceret: faciē ei tm̄ ostendit et reliquā partē corporis arborū frondibus occultauit. ¶ Augustinus super Gen̄. Dicitur autem serpens ille calidissimus fuisse. Vel s̄m alios/sapientissim⁹ Non ꝓprie sicut in bono solet accipi sapientia dei vel angeli: vel anime rationalis: sed translatiue: sicut apes vel formicas dicim⁹ sapientes: propter opera sapientiam imitantia: q̄uis serpens non anima rationali: sed spiritu dyabolico quo plenus erat possit sapientissimus dici. Mali em̄ angeli q̄uis superbi deiecti: natura tamen excellentiores sunt omnibus bestijs propter eminentiam rationis. Serpens em̄ non intelligebat verba: nec rationalis est facta. Qd em verbis magorum vel incantatorum serpentes trahuntur de latebris dyabolica est vis. Quod permittitur ad memoriam illius primi facti: vt sciatur: quia cum hoc genere familiariter sit ei locutus. Est autem ille serpens sicut asina Balaam: sed hoc fuit dyabolicum: illud angelicum. Boni enim et mali angeli similiter operantur.

Caput. l.

Daxus. Alb. in. li. de na. ani. Daxus est aīal pingue valde ⁊ latū in dorso breuibꝫ cruribꝫ/multū mordax: pilo plus albo q̄ꝫ nigro: sꝫ in dorso plures hꝫ nigros: et in lateribꝫ plures albos: ⁊ caput in medio nigrū ⁊ in lateribꝫ hꝫ albū. Et qñ ē domesticū mltū ē lusiuū. Dicūt crura sinistri laterꝫ bruiora cē q̄ꝫ dextri. ⁊ duꝝ hꝫ pilū: ⁊ ē spisse pell' ⁊ ē ad q̄ntitatē vulpis. Et ē duoꝝ gñꝝ. Dicit aūt dax⁹ canin⁹: q̄a in multa findit pedē sicut canis. Et dr dax⁹ porcin⁹ qui in duo findit vngulā sicut porc⁹: dr q̄ scrabrōibꝫ ⁊ alijs ꝑmibꝫ viuit: qꝛ nō ē velox ad venandū.

Operationes

A ¶ Axungia eius valet ad renum dolores: et ad multa alia que causa breuitatis dimitto:

B ¶ Dicunt etiam aliqui q̄ morsus aliquādo habet venenosos.

Caput. lj.

Dypsa Isid. Dypsa est genus aspidis qui latine situla dicit: quia quē momorderit/siti perit. Tante aūt exiguitatis esse fertur: vt dum calcat/non videat: de quo poeta. Signiferū iuuenem tyrrenis sanguinis aulū. Torta caput retro dypsas calcata momordit. Uix color aut sensus dentisq̄ fuit. Andromachus. Dypsa cū aliquez pungit inflāmat in eo caliditas valde supflua. Indeq̄ accidit ei vehemēs sitis et adustio inflammata: nec bibere cessat aquam donec corpus eius scinditur/⁊ sic moritur. Auicenna. Serpentis facientis sitim s̄m quosdam longitudo est palmi vnius: et super corpus eius sunt vestigia nigra plurima. Caput eius est paruum/ et collum grossum/a q̄ incipit creatura eius vsq̄ ad caudam subtilem.

Operationes

¶ Auicenna. Ut euacuatur aqua propter sitim ex morsu istius serpentis. Huius regimen post communia regiminū est indesinenter eum facere bibere oleū plurimum ⁊ euomere: deinde clisterisare cum his que educūt feces et humiditates. A

Caput. lij.

D Romeda ⁊ Dammula. Isido. Dromeda genus ē camelorum minoris quidem stature: sꝫ velocioris: vnde et nomē hꝫ. Nam dromos grece cursus ⁊ velocitas appellatur. Centum cm̄ et amplius

miliaria vno die pergere solet: quod scz animal sicut bos ⁊ ouis ⁊ camelus ruminat. Dāmula. Isidorus. Dāmula vocata est: eo q̄ de manu effugiat. Timidum animal ⁊ imbelle. Unde Marcialis: Dente timetur aper: defendunt cornua ceruum: Et imbelles dāme qui nisi preda sumus. Glosa super Paralip: Dammula est animal mundum/velox/perspicax. Unde scriptum est: Eruere/quasi dāmula de manu ⁊c. Plinius: Dāme raro man suescunt/cum fere dici iure non possunt. Cū plura nanq̄ sunt nec placida/nec fera: sz medie inter vtrumq̄ nature: vt in volucribus yrundines: apes in campo: in mari delphini Idē in lib. xi. Natura dedit corona dāmis.

Operationes

A ¶ Auicen. Dāmule caro more emplastri ponitur super dolores iuncturaꝝ.

B ¶ Eadem cum vino miscetur et bibitur propter epilentiam vel soda.

C ¶ Item exsiccata cuz vino in potu accepta/confert venenis.

D ¶ Haly. Virga Dammuli siccata trita ⁊ bibita/morsui serpentum prodest. Idem facit et virga cerui.

Caput. liij.

Duran. Ex lib. de na. reꝝ. Duran (vt dicit Arestotiles) est animal velox atq̄ fortissimum qd̄ a venatoribus insecutum cum euadendi desperatione frāgi ceperit astutia naturali stercus intorq̄t contra canes insequentes se: eosq̄ retardat putride digestionis odore. ¶ Autor fortassis etiam hoc nomine videlicet duran vocatur bestia: que superi⁹ iuxta eundem Aristotelē bonnacon est appellata. Et ipsa est (vt videtur) siluestris vacca: de qua dicit Arestotiles q̄ habet cornua contra se inuicē inclinantia Et ideo natura dedit ei aliud iuuamentum/videlicet eiectionem stercoris in remotuz: vt ab ipso venatorem detineat: ne ad eam prope accedat. Hoc idem vult Alber. in lib. de naturis animalium.

Caput. liiij.

Equus. In lib. de naturis reꝝ. Equi vniuersis fere partibus orbis generantur: sed ille precipui qui in Scithia ⁊ Capadocia. Hij ad sonitum buccine gaudent: et congressionibus gloriantur. In equis precipue et omni genere iumentorum aures indicia animi proferunt. In coloribꝰ equoruz niger est optimus/rufusq̄ vel glaucus: albus etiam plerūq̄ bonus. Ceteri vero deteriores iudicantur. Aristotiles: Equ⁹ et equa plus diligunt coitum q̄ animalia cetera: preter hominem Equa quoq̄ furit cōcupiscentia coitus olfaciendo se inuicem ore ad os concupiscentiam prouocant. Masculus supra matrem suam non salit. Vn̄ equ⁹ aliquando matrem suppositam agnoscens subito fugit seq̄ precipitauit. Coit autem equus duum vel trium annorum sed debile generat. Fortis autem est a quattuor annis vsq̄ ad. xx. et fortis est quousq̄ generat. Tota vita sua coit: ⁊ vsq̄ ad annos. xxx. vel vsque ad. xxxv. viuit. Equa vero vsq̄ ad. xl. Equus cum equa coit: coit etiā impregnata

Nullaq; femina post impregnationem recipit coitum/nisi mulier ⁊ equa. Et est equoꝝ coitus iuuenum ante tempus determinatū si bonum habuerint cibum. Non est ledens coitus equorum sicut coitus tauroꝝ. Partꝰ equarum melior est ꝙ omnium aliorum quadrupedum. Apparetq; precipue in equabus ⁊ vaccis menstruum. Idem aresto⁊i. Equus oculos habet diuersi coloris vnius ab altero. Nec est oculoꝝ varietas sicut in hominibus et equis. Contra naturam etiam omnium animaliū est: ꝙ cum senescit equus/dentes eius albescunt. Item equus felle caret. In coꝛde equi et vacce sunt ossa. Ibis auis est que odit equum: et vocem eius imitando stupefacit ipsum/ac fugere cogit: et forte interficit.

Operationes

A ¶ Diasco. Equoꝝ sanguis medicaminibus causticis admiscet.

B ¶ Lac equinum ventrem mollit et hominez turbat.

C ¶ Fimus caballinus crudus ⁊ combustus sanguinē abstinet prefluentē.

D ¶ Haly. Coagulū equi solutioni cronice prodest: et intestinoꝝ vlceribꝫ. Fimus equorum si vaporetur mulieri/secundinam ferūq; mortuum educit.

E ¶ Esculapius. Equa lac bibitū matricis laborē sedat: et caducus eiicit.

F ¶ Caseus eius ventrē reprimit: et torsiones tollit. coagulū eius cū vino propinatum omnes dolores sedat.

G ¶ Stercus equi siccū aspersum sanguinem sistit auribus instillatum. doloꝛē tollit.

H ¶ Auicen. in .ij. canone. Sanguis eq̄ adustiuꝰ est putrefactiuus: tortuq; debilis digestionis: precipue qui grossus est.

I ¶ Lac equaꝝ sicut et lac camelarum partui vicinaꝝ subtile est/aquosum: et ventrē lenit. Coagulū equi cōcutiēs fluxui antiquo ⁊ vlceribꝫ viscerum ac fluxui.

K ¶ Corium pulli equi si aduratur et liniat ex eo cū aqua super borbꝫ infrigidat eas.

L ¶ Dicit quoq; ꝙ additiones ille que sunt in gena equi trite ⁊ bibite cum acero sanant sodam et epilentiam. Stercus etiā equi facit operationes stercoris azini.

M ¶ Plinius. xxviij. Sanguis equoꝝ ⁊ equaruꝫ preterq; virginū vim habet stipticitatē/crodit vlcera: carne ac fimo equi in agro pasti vruntur ad plagas.

N ¶ Item faulla fimi equini inueterati partū mortuum eiiciat.

Caput.lv.

Elephas. Aresto⁊e. Elephas est animal mansuetum quod cito domesticatur: et obedientior: arcq; disciplinatior est omnibus animalibus: vnde instruitur etiam adorare regem: ⁊ in hoc omnibus melior est animalibus. Ex lib. de natu. rer. Elephāti (teste Lassiodoro) omnium quadrupedum superant intellectū. Vnde non dubitat elephas primo aspectu adorare: quem cunctorum intelligit rectorem esse. Cui si tyrannus apparet/inflectus permanet farinam similez minutissimo pulueri permixtā: separat optime: ita ꝙ farinam in passum colligens nihil admittit de pulucre. Lesi vero dicuntur offensam seruare: lōgoq; tempore post iniurie vindictam reddere. Auicēna. Iuuantur homines in pugna et elephantum femina sicut masculus: sed corpora feminarum minora sunt q̄ marium: et cum hoc etiam audacie sunt minoris. Elephas autem tante fortitudinis est: vt cum suis culmis prosternat magnos parietes: et cum sua frōte magnas arboꝛes. Ex lib. de natu. rer. Elephanti concupiscentiam fetus in se non habent. Sed tempore quo volunt filios procreare: vadūt ad orientem vsq; ad proximum paradisū vbi inueniant Mandragoram: de cuius fructu prior gustat femina: deinde ingestis eius suasione: et tunc cōueniunt et concipit femina. Tempore vero partus ingreditur aquā vsq; ad vbera: et ibi parit super aquam: propter draconem qui insidiatur ei. Et si extra aquam pareret/ fetus et dolor⁊ret. Masculus quoq; non recedit ab ea tunc pa rit: propter serpentem, qui inimicus est eius

ſicut draco. Nã huius animal' oſſa ꝛ pellis i quocũq; loco incenſa fuerint/ſtatim odore eo rũ ſerpentes fugat:ꝛ quolibet venenoſuz nõ accedit. ¶ Iſido. Biennio aũt fetus portãt nec amplius q̃ ſemel gignunt:nec plures/ſz vnum tñ. Viuunt aũt annis tricent'. Are. Elephas coit in agreſti loco maxime prope fluuiũ:femina ſedet/mas equitat ſuper illã Femina poſt annum decimũ vſq; ad quindecim coit. Mas aũt poſt quinquenniũ:ꝛ hoc in vere. Vnicũ filiũ gignit/ſicut equus et camelus:femina per duos annos impregnat. Impregnata quoq; a maſculo nõ tangitur omnino:et poſt partũ ceſſat triẽnio. ¶ Ex li. de na. rer. Elephanti cadentes/ſurgere nõ poſſunt:qm̃ oſſa ſolida ſine iuncturis habẽt Unde ꝛ crura tibiaſq; flectere non valent: niſi in iuuentute. Crura vero equalia habet in groſſitudine inſtar ſtipitũ ab ymo pedis vſq; ad ventrẽ. Pedes vero rotũdi ad inſtar pomi. ¶ Plꝰ. Elephanto duriſſimũ tergus ẽ dorſi:ventres molli. Interius ſimile eſt interiori porci:ꝛ per conſequens interiori hominis. Elephanti naſus longus. ¶ Autor. Elephas in tibijs iuncturas nõ habet:et dormientes elephanti nunq̃ recumbunt:ſed cũ labore defatigati ſunt arboribꝰ magnis appliciti ſe recreant:et in ipſis ſuffulti dormiunt Quod eorum venatores attendentes:locuz ꝛ arbores notant:eaſq; pene ſuccidunt:ſicq; capiuntur.

Caput .lvj.

Echires. Ex lib. de natu. rer. Enchires eſt animal in oriente tauro ſimile ſed habens longos crines ad ſcapulas deſcẽdẽtes ſicut equus. Cornua ꝛo multuz recuruata:ꝛ ad pugnãdũ abilia. Caudã q; breuem reſpectu corporis. Corium valde durum. Huius etiam caro vulgariſſima eſt Cum venatores fugiẽs debilitarum fuerit pugnat:et in pugna ſtercus ẽiicit per quatuor paſſus:cauſa timoris. Eſt em̃ animal multi ſtercoris. Deinde cum appropinquat ei tẽpus partus/multa eiuſdem generis animalia circa ipſam adunantur: et egerentes aggregant ſtercora ad inſtar muri in circuitu eius. Autor. Videtur autem enchires eadẽ eſſe beſtia que ſuperius durã vel bonnacon ſm Ariſtotilem eſt appellata.

Operationes

A ¶ Iſidorus. Elephanti ſanguis ꝛ maxime maſculi fluxus reumatis ſiſtit. Fumo quoq; qui fit ex vngula et pilis elephantis animalium quemlibet venenata fugantur.

B ¶ Plate. Elephas habet oſſa quedam ſolida vt dentes:et hec non comburunt/ſed ad diuerſa officia reſeruantur. Quedã vero ſunt medullam habentia:et hec combuſta dicuntur ſpodium. Eſt autem ſpodium frigidum in.ij.gradu/ſiccum in.ij.

C ¶ Sophiſticatur aũt quandoq; ex oſſibus canis combuſtis: quandoq; ex marmore cõbuſto:ſed id eſt minus ponderoſum:vnde illud eligendum eſt qó eſt ſubalbidum:ꝛ valde leue ꝛ continuum.

D ¶ In ſyrupis ponit ad infrigidandum. Pulvis eius cũ ſucco plantaginis datus valet ad diſſinteriã et emoproicam paſſionem.

E ¶ Auicen. Adeps elephantis cum ex eo fit linimentum/fugat venenoſa. Fumus eius ſuppoſitus prohibet impregnationem.

F ¶ Fimus Elephantis ſi vaporetur eo venter febrem patientis prodeſt. Sed ſi cum lana ſubmittatur mulieri/non concipit.

Caput. lvij.

HIdros ⁊ Enitra. Jsido. Enidros est bestiola ex eo nuncupata: q̄ in aq̄ versatur et maxime in Nilo. Que si cocodrillum dormientem inuenerit volutat se primo in lutum ⁊ intrat etiam per os eius in ventrem et carpens omnia intranea eius sic vt moritur. Hec ychneomon grece vocat. ¶ Ex lib. de natu. rer. Enitra est animal modicum in Hermania. Hec ⁊ femina cumulos in terra facientes: congregunt cibos in estate quibus viuant in hyeme. Femina naturaliter ciborum est auidissima econtra: super modum parcus ⁊ auarus. Unde ⁊ aditum obstruit ne femina cibos attingere possit. At illa naturaliter calida foramen occultum ex alia parte facit per quos fruetur q̄ auiditati sue sufficiat. Sicq̄ fit vt masculus parcus macie tabescat: femina vero pingue dine rutilescat.

Caput. lviij.

HErinacius ⁊ Ermineus. ¶ Jsidorus. Erinacius qui et Lirogrillus est animal/porcelli formam habens sed spinosus vbiq̄: p̄terq̄ in vētre: vndiq̄ p̄o spinis suis clauditur/propter insidias: et difficulter se videndum p̄bet atq̄ palpandum: sed quando in aquam calidam mittitur/statim ea delectatus in planam membrorum dilectionem ostēsionemq̄ resoluitur: ⁊ sic ioffense videt atq̄ palpatur. ¶ Dicit vt dicit Aristoteles) obtusius audit omni animali habēs testam in capite. Erinacius pinguis est et medicinalis. Solus habet duos annos per quos feces emittit. Huius speciei mas et femina stando coeunt applicati ⁊ ad inuicem coniungunt: et hoc propter spinarum aculeos qui in eius dorso sunt. ¶ Ex lib. de natu. rer. Ermineus est bestiola de genere mustelarum: sed forma minor: et colore dissimilis. In hieme candet instar nivis propter extremitatem caude. Estate vero tm̄ in ventre candet et dorso fuscus apparet. Hures persequitur/carnibus vescitur.

Caput. lix.

EDus. Jsidorus. Edus ab edendo dictus ē. Parui enim pinguissimi sunt ⁊ saporis iocundi inde ⁊ edulū vocat. Palladius vbi supra. Edis autem nutriendis supra lacris abundantiam edera vel lentisci cacumina sepe p̄benda sunt. Plinius lib. viij. Edi luna decrescente castrandi sunt sicut et vituli.

Operationes

¶ Plini. lib. xxviij. Sanguis edi recens cū aceto acri feruens potus sanguinis excreationes iuuat. A

¶ Eius pulmo ebrietatem arcet. Utuntur et ipsorum pelle ad plagas. B

¶ Feminum edi cinis intestina rupta mire sanare videtur. C

¶ Auicenna. Caro quippe caprarum parvarum melior est: magisq̄ susceptibilis digestionis. D

¶ Idem. Caro edina minor est superfluitatum q̄ arietina. E

¶ Haly. Coagulum eduli contra potum cicute prodest: eiq̄ qui fungos comedit. F

Caput.lx.

Emorrois enidros ⁊ excedra. Isidorus. Emorrois est aspis ex eo nuncupatus q̄ sanguinem sudet qui ab eo morsus fuerit: itaut dissolutis venis quicquid vite est per sanguinem euocet. Alexander. Emorrois ergo recte dictus est a sanguine eo q̄ ab eo punctus nimium emittit sanguinem. Unde mulier menstruata dicitur emorroissa.

¶ Enidros. Isidorus. Enidros est coluber in aqua viuens. greci enim aquam ydor vocant supra capitulo.lvij.de ea tractauimus.

¶ Excedra. Isidorus. Ydra grece dicat draco multorum capitum: qualis fuit in lernia palude p̄vincie archadie. Latine vero dicitur ydra: grece dicitur excedra: eo q̄ vno cesso tria excrescebant capita Actor. De hac ergo plenius dicetur in loco congruo fin ordinem capitalium literarum vbi ō ydra tractabitur. De hac enim Hieronymus in prohemio Esdre cōtra detractores suos loquēs versum poeticum tractat dicens. Licet excedra sibilet victorq̄ si non incendia iacet: nunq̄ meum iuuante christo silebit eloquiū ⁊ precisa lingua balbuciet.

Caput.lxj.

Angula et eruca. Ex libro de nāturis rerum Angula est vermis a re nomen habet enim semper in sanguine caput cōtinueq̄ sugens ita intumescit vt medius crepet. Non enim exitum superfluitatis habet hic a quibusdam pediculus silvestris dicitur. In tumentis nunq̄ sed in lapis ⁊ canibus frequenter gignitur.

¶ Eruca in libro vt supra. Eruca est vermis longus multis distans pedibus: colore varius. Olera ⁊ arborum folia depascitur. Isidorus. Eruca est frondium vermis in olere vel pampino inuolutus: ab erodendo dicta. De qua meminit Plautus. Imitatus nequam bestiam maleficam inuolutam in pāpino frondem ⁊ florem erodunt. hoc malum oritur tempore humido ⁊ lento.

Operationes

¶ Palla. libro secundo. Contra erucas semina que spargenda sunt semper vinc succo vel crucarum madefaciunt sanguine. Aliqui vero cinerem de fico super erucas spargunt. Nonnulli squillam in horto serunt. Uel alii qui etiam mulierem menstruatam nudis pedibus contra erucas circumire faciunt.

Caput.lxij.

Falena ⁊ fiber. Jsidorus Falena est animal quod naturali quodam indignatione superbiam in homine detestatur. Ita q̄s si cōgrediendi occasiones acceperit, pugne cōstanter insistit: victorq̄s superbie inclemēter nititur hominem decerpere. ¶ Solinus. Fiber per vniuersum pontum plurimus: quem castorem aliqui dicunt lutbere similis: est animal morsu potentissimum: adeo vt cum hominem inuaserit: conuentum dētium non prius laxat: q̄s ossa fracta concrepuisse persenserit. Plinius libro. xxvj. Fibris victus est in terris. Castores testes eorum dicuntur: quos ab ipsis amputare fertur cum capiuntur. Sextius medicine diligētissimus illos esse paruos: subtstrictos et adherentes spine dicit: nec adimi sine animalis vita posse asserit.

¶ Item Operationes etiā superius sub nomine castoris sunt dicta.

Caput.lxiij.

Formica. Actor. Formica ē animal p̄uum, solicitū, prouidum ⁊ sagax. Terram ō cauernis egerit: arto calle incedit: grano pascitur. Jsidorus. Formica dicta est ab eo q̄ forat micas farris. ex libro ō naturis rerum. Formica ē animal mire prouidentie sibi. Hec sola inter animalia senio fortificatur et crescit. Formice labores communicant vt apes: sed apes cibos faciunt: hec vero condunt. Efferunt etiam mortuos suos atq̄ sepelīūt: ⁊ hec sole iter oīa aīalia p̄ter hoiem faciūt. Jtē formica frumenti granum eligit. ⁊ si completa in fossa sua fuerit: illud exponit vt siccetur. sicq̄ iterum reponit ipsum vsq̄ ad tempus. vt autem granum cōseruet absq̄ germine: fertur ipsum in tres partes dividere. Aresto. Formica est animal anulosum sine alis ⁊ sine sanguine. Et est ex animalibus que cū socijs suis manent: et ex his q̄ habitacula habēt: sicut mures ⁊ talpe. Formica sicut ⁊ musca coit in hyeme si conueniens aer fuerit. et ventus meridionalis flauerit.

Operationes

¶ Aresto. Si quis acceperit sulphur ⁊ origanum agreste. et pulueriz̄auerit super mansiones formicar̄: dimittūt illas ⁊ fugient. A

¶ Similr̄ etiā fugiūt a fumo storacis sicci. B

¶ Rasi in almansore. Formice ex alchitran et ex sulphure et ex asafetida fugantur. C

¶ Et si ex istis mictatur aliquid in earum foraminibus: morientur porro si ex eo circa foramen epithima fiat nō exibūt ¶ Ex li. ō naturarū. Domus formicar̄ ex sulphure ⁊ onga D E

no agresti fumigata: formicas effugere cogit ab illa.

Caput.lxiiij.

¶ Tunica eius quem proijcit cum innouatur in vino cocta dentibus et oculis medetur. Adeps eius caliginem oculorum tollit. C

Caput.clv.

Vnicornus et Varius. Isidor⁹. Vnicornus est animal paruum: sed corporis fortitudinem habens: crura breuia ad suam magnitudinem. ferrum non timet. in excelsis montibus vastissimisq̄ solitudinibus cōmoratur: vt supra latius habet.

¶ Isidorus. Varius est bestiola de genere piroli. paulo amplior q̄ mustela. In arboribus habitat ⁊ ferus facit a re nomen habet. In ventre nanq̄ candidus est. in dorso colorem habet cinereum eligantem atq̄ spectabilem. Harum pellibus in ornatu vestium gloriantur homines vtriusq̄ sexus. i psa tamen bestiola minime gloriatur in pelle propria: nec dum in aliena.

Caput.clvj.

URo. Isido. Uri sunt boues agrestes adeo fortes vt arbores et armatos milites in cornibus eleuent. Idem vri dicti sunt a poton orion id est a montibus. Sunt boues autem agrestes in germania habentes cornua intātum protensa: vt regijs mensis insigni capacitate ex eis gerule fiant. ¶ Helynandus libro. xxvj. In hyrcinia silua germanie sunt vri. Hi sunt magnitudine paulo elephantos: specie ⁊ colore et figura thauri. Magna vis eorum est et maghe velocitatis neq; homini neq; fere quam aspexerint parcunt. Hos studiose foueis captos interficiunt.

URsus. Ex libro d̄ naturis rerum. Ursus dicitur quasi orsus scilicet in vētre: sed extra completus. Et hocideo: quia per mature parturit: vnde lingendo informatur. Est autem vrsus animal seuum nimis deforme membris. Arest. Ursus est animal habens dentes superius: et vnum ventrem inferius. ac post ventrem intestinum sicut ⁊ lupus. Est autem in aliquibus animalibus venter maior: vt in porco et vrso. Manifestum est autem q̄ vrsus agrestis hyeme latet. sed vtrum hoc faciat propter frigiditatem an propter aliud. questio est. Mares autem et femine in tempore illo pingues sunt valde. ita q̄ de facili mouere non possunt. ¶ Isidorus. Ursus caput est inualidum: sed vis maxima est in brachijs et lumbis. Unde et interdum erecti insistunt. ¶ Ambrosi⁹. Ursis angustiora colla data sunt. quia non pascuntur herbis in terra sed carnes animalium comedunt. ¶ Alexander. Ursus quodam murmure vtens: pedes sugit tanq̄ alimenta quedā sumat ex eis. ¶ Solinus. Ursi coeūt nō sicut quadrupes alij: sed apti amplexibus mutuis velut humanis coniugationibus copulantur. Desiderium veneris hyems suscitat. Secreto honore mares grādes reuertentur. Et in eisdem licet foueis: partitis tñ per scrobes secubationibus diuiduntur. Uterum dies tricesimus liberat.

Operationes

¶ Isaac. Ursina caro viscosissima digestiōiq; inobediens. pessimum dat nutrimentum. Unde plus pertinet medicine q̄ cibo. A

¶ Phisiologus. Fel vrsi calidū est et siccum. Valet cōtra epilentiam ⁊ paralisim. Debet aūt fel cuz folliculo suo ab epate separari: et ita suspendi et siccari: ꝑ duos annos seruat. B

¶ Esculapius. Si oculus vrsi eradicaueris et supra sinistrum hominis adiutorium ligaueris eius quartanam mitigabunt. C

¶ Auicenna. Adeps vrsi confert alopicie. D

¶ Dyascorides. Dicitur adeps vrsi capillorū incrementis prestare et alopicias emendare. vel vrsinum vel electuarium datum epilēticis medet. ¶ Itē lanis adhibitum. et in vmbilico positum: infantium ventrem soluit. ¶ Actor. Ut autem dictū est superius iuxta Plinium. Ursi primis diebꝫ quatuordecim graui somno premunt. Tuncq; mirum immodum vterno pinguescunt. Et illi sunt apti medicaminibus. E F G

¶ Adipi contraq; capilli defluunt tenaces. H

Uncia. Isidorus. Uncia est animal seuissimum non altius cane sed longi⁹ corpore. canibus inimicum valde. predam non comedit: nisi cum in altum portet: sed quando ad arborem venit ad supremum cum ramum defert: eamq; pendendo comedit. Cum autem in calore coitus existens aliquem vulnerauerit: mures super ipsum conueniunt ac super eum mingunt et moritur. Unde quidam ab ea vulneratus se per barcham in mari portare fecit: et mures ad mare venerunt vt ad eum accederent: sed propter mare non poterant. Huius animalis fel mortiferum est.

Caput. clix.

Vulpis. Isidorus. Vulpis est animal dolosum villos habz vberes et altos: caudamq; magnam. fertur autem q̄ Vulpis nunq̄ facit sibi foueam: sed foueam taxi dolose occupat. Cunq; enim scit taxum exisse de fouea accedit ad introitum: et ibi stercorat. sicq; propter immundiciam fugit taxus: et vulpis occupat locum eius. Hanc insequuntur venatores propter pellem: non propter carnes que sunt inutiles. ¶ Aresto. Vulpis est animal ingeniosum et malarum operationum. habet virgam ex osse: coit ad terram proiecta. Ursus et Kyrokos auis: scilicet vncoꝝ vnguium cum vulpe pugnāt: quia carnem manducant. Tirus autem et vulpes amicantur: amboq; in cauernis terre manent. Vultur quoq; vulpē deprehendit ¶ Ambrosius in hexameron. Vulpis est animal odio dignum propter rapinam: despectum propter infirmitatem incautum sue salutis dum insidiatur alienis. ¶ Ex libro de naturis rerum. Vulpis est animal fetidum: maximeq; in ore ⁊ etiā a posteriori parte imminente mortis periculo. Succum qui d̄ pino fluit in cibum sumit. sicq; salutem recuperat: et eum vite in longum protēdit. ¶ Constantinus. Vulpis in fame pre angustia latratus canum imitari dicitur. hoc est cum esurit: nec inuenit quod manducet. fingit se mortuam. et resupina statuz attrahit lingua protracta: tunc aues incaute descendentes quasi ad cadauer. aperto suo ore rapit: deuoratq; et consumit.

Operationes

¶ Haly. Vulpis si cum oleo decoquatur oliue oleum hoc nodis ⁊ duricie que fiunt ex artetica prodest. ¶ Adeps vulpis cū oleo sisami: id est yreos liquefactus aurium dētium q̄ medetur doloribus. A B

¶ Auicenna. Vulpes in aqua cocta et embrocata iuncture dolorose confert vehementer. Adeps eius in aurem distillatus sedat dolorem eius. C

¶ Ad hoc enim euacuatiua est valde. D

¶ Item eius pulmo siccus confert asmaticis valde. Pellis eius calidior est ceteris: et hac iuuantur humectati propter eius resolutionem. E

¶ Testiculus vulpis calidus est in primo ⁊ humidus in ipso. et est in eo humiditas superflua. F

¶ Confert spasmo ⁊ thetano q̄ sunt in posteriorib⁹ ex paralisi: facit appetitū coitus. G

Caput. clx.

Ber. Plinius libro. viij. ybices siue capree sunt animalia de caprarum genere pernicitatis mirande. quáq; onerato capite cornibus vastis gladiorumq; vaginis. in hoc ira se librant vt tormento aliquo rotati in petris portissimum: et monte aliquo in alium transilire cupientes: atq; recursu per inci quo libuerit exultant. ¶ Et libro de naturis rerum. ybex est animal paruum velocissimum. in capite vastis cornibus onerarum: in petris commorantur: ibiq; fetus faciunt.

Caput. clxj.

Chneumon: yppotamus. Isidorus ¶ y chneumon grece vocatur: eo q; odore suo salubria ciborum et venenosa prodantur. De quo Dracontius ait. Precidit sullis vim cuiuscunq; veneni. Dictus est autem sullus a setis. Hic etiã serpẽtes insequitur: qui cum aduersus aspidem pugnat: caudam erigit. quam aspis maxime incipit obseruare quasi minantem. ad quam cũ vim suam transfert corripitur. Aresta. y chneumon cum videt serpẽtem qui dicitur. basceos non pugnat cum eo quousq; clamat adiutorem. Et quia timent a morsu serpẽtis: intrãt aquam: et post arenam. deinde cum serpente pugnant. ¶ Et libro de naturis rerum. yppotamus in terra nascitur: licet in aquis sicut in terra potens sit et habitet. Caudam habet tortuosam dentes paurigineos: dorso et hinnitu similis equo. de quo supra plenius dictum est.

Caput. clxij.

Dra. Isido. y dra dicitur draco multorum capitum: qualis fuit in lerna ¶ palude prouincie Archadie. Hec latine excedra dicitur: eo q; vno cesso tria capita excrescebant: sed hoc fabulosum est. Nam constat ydram fuisse locum cuomentem in q; vno meatu clauso multi erumpebant. Quod Hercules videns loca ipsa exussit. et sic aque meatus clausit. Nam ydra ab aqua dicta ẽ. y dros autem est aquatilis serpens: a quo ictu obturgescunt. Cui' quidam morbũ bonum dicunt. eo q; fumo bouis remedietur ¶ Et li.

de naturis rerum. Est autem ydros vt dicit Plinius pulcherrimus anguium in orbe terrarum. Fabulose vero dicta est ydra serpens: cuius cum vellet caput Hercules amputare statim duo subcreuerunt. et sic semper amputatis quibusdam alia statim subcreuerũt

Caput. clxiij.

Ubro. Et libro de naturis rerum. Zubro est bestia de genere taurorum siluestrium fortissima maximaq; vtpote quindecim cubitorum longitudinis. Tante velocitatis est vt stercus quod cum impetu egerit: retroacta in cornibus recipiat ac lõgius post terga proiciat. hoc ita q; stercore egesto largissime persequentes canes excecat atq; debilitat: et penitus inutiles reddit. pilos habz subnigros. cornua maxima trium cubitorum ampla super modum. ita vt ad mensas diuitum gerula fiant potuum. Cum ergo hominem aut canem obuium habuerit in cornibus subtollit eum. et tamdiu in altum proicit: iterumq; in cornibus recipit donec penitus interimat conquassatum. Hanc quidam propter eius velocitatem dicunt esse tygridem sed falso. Hã tygris est bestia satis modica: et habitat in oriente. Hec autem reperitur in Bohemia

Caput. clxiiij.

Ilio. Albertus in libro de naturis animalium. Zilio animal est quantitatis lupine: nimium crudele. in mortem hominum t aliarum bestiarum. hoc animal imitatur voces bestiarum et hominum in condensis. Zilio vocans vt homines sequẽtes deuorent: et simili ingenio deuorat canes. canum latratus est imitans. Est autem hoc animal compositum ex hyena et symia que maricommorion vocatur et intrat in sepulchra: et cadauera comedit mortuorum.

¶ Hec igitur de natura animalium quadrupedum et aliis in terris morantium sufficiant. quia si qua alia sunt facile ex antedictis agnosci possunt.

Prologus in de Auibus

Expeditoq; tractatu secūdo de ꝓprietatibꝰ videlicet aīaliū in terris vitā ducentiū. Restat nūc in tractatu tertio dicere aliqua de naturis auiū: vti in ipsis sicut in ceteris creaturis dei magnalia extollant. Ideoq; adiuuante christi clementia. de auibꝰ dicturi et volatibꝰ iuxta ordinē alphabeti. primo de aquila initium sumamus.

Caput. j.

Aquila. Isido. Aquila ab acumine oculorū vocata. Est enim tanti acuitus vt cum super maria immobili penna ferat: nec humanis pateat obtutibꝰ de tāta sublimitate pisciculos natare videat. ⁊ instar tormenti descendens raptam predam pennis ad littus pertrahat. Nā ⁊ cōtra radiū solis fertur obtutū nō flectere. Vñ ⁊ pullos suos vngue suspensos radijs solis obijcit: ⁊ quos viderit immobilē tenere aciem vt dignos genere cōseruat. si quos vero flectere obtutum quasi degeneres abijcit. Jorath. Aquila est auis magna ⁊ regalis. De qua dicit: q̄ vbicunq; viderit ex alta serpētē magno stridore oppressum vnguibꝰ laniat. ⁊ postq̄ extracta de visceribus venena mortifera decerpserit. adhuc faucium deuorat. ⁊ virꝰ quod inerat extinguit: veneno calore decocto. hoc quoq; experimēto aut cōtristat aut gloriat. Aquile vnam sedē ⁊ vnū nidum semper habēt. Ex li. de na. re. Aquila altissimis arboribus nidificat: vbi mala bestia nō accedat. pullosq; caute custodiēs non relinquit donec seipsos protegere sciant ac valeāt. Itaq; ꝯtra draconem vel hoīem vel aliud aīal si eos turbare vel rapere voluerit: miro aīositate pugnat: seq; mortis periculo ꝑ eis exponit quos etiā in humeris subtollit: vt eos ꝓuocet ad volatum. docet etiā eos lambere sanguinē. lapidem ethicē habet in nido: qui velut pregnās fetū habet intus lapidē minutū sanantē. et hūc cōtra calorē nimiū (quē habet aquila naturaliter) in nido habet ne depereāt oua decocta calore nimio. Huic enim lapidi calor ignis nocere nequit. Dicūt ⁊ alij philosophi q̄ duos lapides ꝑciosos noīe Indes in suo nido collocat. sine quibꝰ parere nō pōt. Aquila multis diebꝰ ieiunat. adultos pullos persequit. longe fugās emulos scꝫ rapine. Ex li. vt sup̄ Est em̄ aquile pessimū genus qd̄ pullos suos añ tp̄s expellit tedio nutriēdi. Ratio aūt hec est ſm Aresto. q: post incubationem adeo debilitat: vt venari nō possit. Etiā vngues eius incuruātur vt predā tenere nō valeat. Albescūt ale ⁊ aggrauant vt vix possit volare. Aquile pulli sine clāgore sunt ⁊ sine murmuratiōe. Est aquila grādis in septētrione habitās duo faciēs oua semper. vt dt Pli. in cacumin. bꝰ ramoꝝ suspēsa. captoq; lepore vel vulpe minuatim ei coriū detrahit. ⁊ oua sua ī illo inuoluit. ac sub calore solis ponit. itaq; relinquens ea nō cubat. Sed quousq; naturali maturitate frāgant: expectat In egressu vero pulloꝝ redit. ⁊ tūc eos vsq; ad robur perfectū nutrit. Actor. Aquila est auis magna ⁊ nobilissima. vtpote auiū regina. que cū senecta grauat super om̄es nubes in sublime volat. ⁊ calore solis oculoꝝ eius caligo cōsumitur: ⁊ mox impetu cū ipso caloris estu descēdēs aquis frigidissimis tertio immergit. indeq; resurgēs statiꝫ nidū petit: ⁊ inter pullos iā robustos ad predā in qualitate frigoris ⁊ caloris quasi quedā febre correpta. quodā sudore plumas exuit fouiturq; a pullis suis ⁊ pascit. donec pēnas plumasq; recuperans innouetur.

Operationes

¶ Aquile fel cū melle suffusos sanat oculos. A
¶ Plinius. li. xxix. Oculis inuncte aquile cerebro aut felle cū attico melle: claritatē visus dicunt restitui. B
¶ Itē in eodē li. Aquile felle (q̄ diximus pullos ad cōtuendū solē experiri) mixto cū melle inunguntur nobecule ⁊ caligationes atq; suffusiones oculorum. C
¶ Idem in li. xxx. Lumboꝝ quoq; dolori pedes aquile in auersum a suffragine euulsi alligant: dexter quidē doloribꝰ partis dextre. similiter quoq; leue. preterea morbo regio resistit cerebrum aquile in cyathis vini tribus. D

Caput.ij.

Achacus et auibus paradisi uel Auri frigius. Isidorus. Achacus de quo legitur in Leuitico: est auis ignota etiam peritis iudeorum. ¶ Ex libro de naturis rerum. Aues paradisi vulgariter sic appellantur. non quia de paradiso sint: sed ob insignem pulchritudinem. tanti nanq; sunt decoris et glorie vt nullus eius color credatur deesse. Magnitudo earum est vt anserū. Vox ita dulcis et pia vt excitare possit in homine deuotionem et gaudium. Si quando vero capta fuerit et illaqueata gemit: nec cessat plangere donec reddita fuerit libertati. Super flumina nyli libenter habitat: et raro alias reperitur. Sunt et alie aues in eisdem partibus eodem modo appellate fusci coloris et subtutili minores & monedule. Aues autem paradisi vocantur. quia nescitur vnde veniant: aut quo vadant. Non etiā coitus earum videtur sed certis temporibo aggregate terras quas inhabitabant transitire relinquant: et sic recedunt. ¶ Actor. Aurifrigius est auis sic dicta: quasi auram frigiam sequens. Habet vnum pedem cum vncis vnguibus ad predandum. alterum vero latum ad natandum. Giro multiplici vitatur in aere. nunc more ludentis. nunc more insidiantis vsq; dum p:edam in aquis cernens: impetuose descendit. altero pede p:edam rapiēs. altero natāte rapiēte adiuuās.

Caput.iij.

Achantis. Ex libro de naturis rerum Achantis est auis parua: sed fecunda. Nam duodenos simul facit pullos. herbarum pabulo reficit. et ob hoc odiosos habet equos quos vbi pascenti sibi superuenire viderit et herbas diripere fugit: et vindicat se vltione qua potest. Eorum binnitus proprijs vocibus imitans ac deridens. ¶ Plinius libro. x. Achantis intantum odit auem egritudinem: vt non coire credant sanguinem eorum. Actor. Achantis iuxta Isidorum. ipsa est qui apud nos vocatur carduelus. De quo etiam dicetur inferius

Accipiter. Ex libro de naturis rerum Accipitrū quatuor sunt genera. Primum est corpore magnum/domabile multum/oculis varijs perlucidis/bilari vultu/grosso pede/longis vnguibꝫ/deliciose comedēs/omnes aues inuadit/nullam timet. Secundum genus est priore minus: quod aliorum dicere possumus. alas habens grossas ꝓm quantitatem sui corporis breues et vngues grossos et oculos magnos et obscuros, nō cito māsuescit: et ideo pluribus odio sum. Anno primo domationis parum valet. secundo plus. tertio imitatione aucupat satis bene. Tertiuꝫ genus est nisus paruus quidem aliorum respectus: sed tamen velox cito mansuescit: et delicate nutriri vult: et leuiter aucupat. Quartum genus est frogellus: quem muscetuꝫ dicimus: multo quidem minor: sed colore consimilis. sicut nisus accipitri consimilis est in dispositione habitus et colore. Hec auis cito mansuescit et delicate enutriri vult: ac leuiter aucupat: velox ad volatum. Physiologus. Accipiter auem quam ei fors contra nocrem offert: et tota nocte sub pedibus tenet. Sed illam veniente sole et famelicus auolare permittit. Et etiam si eandem alias obuiam venientem habuerit non persequitur. Accipiter colorem oculorum mutat et rostrum. Panis eum necat ꝓm Augustinum. Arest. Accipiter in altissimis montanis nidificat et comedit auium corda quas capit. Congrediens cum aue que dicitur Kolye cōuincitur. Ipsa tamen pugnam non incipit. Fel habꝫ in epate et in testino tantum sicut et milnus Uterꝫ cubat. xx. diebus. Pulli accipitris pingues sunt: et bone carnis valde. Vultur admiscetur in coitu cum accipitre masculo. Splen paruus est in auibus calidi ventris sicut in accipitre et columbat milno.

Aeriophilō. Ex li. 6 na. re. Aeriophilon ꝙsi amatrix aeris dicta vulgariter aelyon appellata: est auis nobilissima paulo maior aq̄la. volatu potēs et alis velocissima. pēnas habꝫ subrufas: caudāmꝫ lōgam. vngues ac rostrū et crura maria. aeris serena inhabitat in tm̄ vt vix vnꝫ vl̄ paruꝫ in terra resideat aut quiescat. sup nubes quoꝫ frequētius eleuat ita ꝙ videri nō pōt ab homine: cibūmꝫ capit in aere. et hoc quoꝫ prędātiū auiū more. Cui si se auis obuiā in aere tulerit mox ab eo corripitur: et de summo aere in terram deūcit: nec ab hoīe videri potest quis eā ab aere occisaꝫ dieecerit. Hec auis dū adhuc in pullo ē. ⁊ necdū cognoscit se ab hoīb⁹ capi ⁊ domestica ad capturā instruit. Hec auis capriolos ⁊ binnulos capit vnguibus laniatiōi. Socialiter autem duo ⁊ duo volāt. captāmꝫ prędam diuidunt.

Operationes

A ¶ Plinius libro. xxix. Accipiter in rosaceo decoctus ad omnium vitiorum in oculis accidentium inunctiones putatur efficacissimus. similiter et fumi eius cinis cum attico melle.

B ¶ Idem in eodem. Fimus cenchridis accipitrum generis ex melle oculorum albugines extenuat: et oculis claritatem facit.

L ¶ Ex libro empiricen Esculapij magistri. Hypocratis. Adeps accipitris si teratur in oleo. Unctio quoꝫ inde facta caliginem oculorum tollit.

Caput.v.

Caput.vj.

Agochiles et alauda. Isidorus. Agochiles arabice dicitur. latine caprimulgus. Est enim auis orientis magna: que duo vel tria facit oua. Capras late irriguas petit earum mãmillis se supponens rostro lato. lac ex eius velut capreolus sugit: sed extunc in eis lac annihilatur: earũq; mammille desiccantur. Dicit etiam Plinius q̃ eadem succione capre visum perdũt. Lector eadez inueniat inferius in cap̃.xxij.

¶ Actor. Alauda est auis parua omnibus nota suo modulamine cãtus. In estate incipit in aurora quasi nunciãs ortum diei. In hyeme vero capitur precipueq; tempore niuis. Ex libro de naturis rerum. Alauda est auis a laude dicta: quia mira iocunditate pennis exertis in aere vocis modulamine letioris temporis aure congaudet. Nam obnubilato vel pluuiose celo vix aut nunquam canit. Sedẽs in terra vix aut nunq̃ cantet. sed in ascendendo canit: paulatim quidem ascendit. sed instar lapidis subito descendit cantando.

Operationes

A ¶ Rasi in almansore. Caro alaude que pileata dicitur ventrem constringit.

B ¶ Eiusq; ius ventrem fluere facit.

Caput.vij.

Alietus. Actor ex generibus aquilarũ alietus tantum in plumos etiam percutiens pullos suos. subinde cogit auersos intueri solis radios. Et si quanq̃ ex eis conuiuentẽ humectãtẽq;.i. lachrymantem aniaduerterit ipsum e nido velut adulterinũ atq; degenerem p̃cipitat. Illuz vero cuius acies firma cõtra steterit educat. Est autem alietus volueris oculorum acie clarissima sese ex alto liberans. visoq; in mari pisce: preceps in eum ruens. ac discussis pectore aquis rapiens. Alieti situm nõ habẽt gẽus: sed ex diuerso aquilaꝝ coitu nascunt. Rodolphus super Leuiticum. Alietus rapina pascitur: sed q̃ viribus destituit: minoribus tm̃ auibus quibus preualet infestus est

Caput.viij.

Altion. Ambrosius. Altion est auis maritana: que in littoribus fetus suos edere solet. Nam in harenis oua sua deponit. medio vere hyemis quando maxime mare insurgit: et littoribus vehementior fluctus illiditur qua excubante mare subito mitescit. et omnes ventorum procelle cadunt. Fouet autem oua septem diebus: tunc pullos educit: quos alijs septem diebus enutrit. Unde hos.xiiij.dies naute presumpte serenitatis obseruant quos altionides vocãt eo q̃ altione fouente vel enutriente fetus nullos procelle motus horrescant. Ex libro de naturis rerum. Altion est auis minutissima in mari habitãs ⁊ fetus faciẽs Aues quedã domestice (vt gallina et columba) indiscretis temporibus fetus faciunt. quoniam ab hyemis intemperie tute sunt. Hec autem sola inter aues siluestres hyemali tempore fetificat. Huius nidus ferro nequit incidi: sed ictu valido frangi. Dicitur q̃ altion quasi ales oceani: eo q̃ in hyeme in stagnis oceãi nidos facit ⁊ pullos educit

Caput.ix.

Anas ex li. de na. re. Anas est auis aliquãtulum maior gallo. Has caput ⁊ collum viridis coloris habet. rostrũ vero latũ et alas albo viridi nigroq; distinctas. Torquem habet album circa collum: pedes ruffos et latos quibus in aquis subremigat. Nam aquis fluminum gaudet. difficileq; sine his viuere valet. maxime cum eã cibi sicci citius ingurgitant. Mares aliquãdo cum plures fuerint simul tanta libidinis insania feruntur vt feminam solam cocũdo vicissim ac certatim occidant. Horum pulli mox vt ouum exeunt tanta agilitate vigent vt etiam si matrem mori vel alienari contigerit: sine nutrice viuant.

Operationes

A ¶ Isidorus. Anas cocta pectore melior est q̃ ceruice. De qua Martialis ita dicit: tota quidem ponatur anas: sed pectore tm̃ ac ceruice placet. cetera redde coquo. ¶ Rasi. Caro anatis plures habet supfluitates et plus fastidire facit: et maioris est caliditatis: non tamen plus nutrit q̃ caro gallinacea.

B

C ¶ Plinius li. xxx. Anatum quoq; masculorũ sanguis aluum sistit. Mirum vero traditur in torminibus anate apposita morbum trãsire ventris ipsamq; anatam emori. ¶ Auicẽna. Ana calidior est om̃ibus domesticis auibus. Et dicunt quidam q̃ in frigiditatum calefacit. Calefactum vero febricitare facit.

D

E ¶ Clarificat aũt vocem: augmẽtum facit in coitu ⁊ sperma multiplicat. ¶ Eius pinguedo maxima est in sedando dolorem ⁊c.

F

Caput.x.

Anser. Ex li. de na. re. Anser vel auca est auis aquile magnitudinis huius generis ille qui indomite sunt et proprie libertatis. glauci coloris sunt ⁊ acris. alta petunt: volant vt grues ordine literato. ⁊ fm flatus ventorum volatus suos dirigunt. aquilone flante petunt austrum satis conscie frigidiora tempora imminere. Vix q volatu cessant. nisi cum manducantes interim depascant. adeo nanq; delectabilis est ei volatus vt raro dormiant ac contra domesticis aucis volatus est grauis pascere officiosissimum quiescere ac dormire precipuum. horas noctes et fures clangore prodũt. Est in alpium montibus anserum genus: inter aues maximum preter strucionem: sed adeo ponderosum vt manu capiatur immobile super terraz. Anates ⁊ Anseres cetereq; aues herba se purgant syderice. Isidorus. Nullũ animal est quod ita odorem hominis sentit sicut Anser.

Operationes

A ¶ Auicẽ. Anserũ caro grossa est. Adeps eoꝝ alopicie ꝯfert. ⁊ ad fissuras faciei atq; labiorum valet. Sedat quoq; dolorem auris et confert matrici. ¶ Esculapius. Adeps anseris omnes duricies soluit. ¶ Idem cũ succo cepe instillatus auri aquam illapsam eijcit. ¶ Diascorides. Anserinus adeps summe mitificus est ob dulcedinem pinguedinis.

B

C

D

E ¶ Rimas labiorum curat. totiusq; vultus factas ex frigore rimas optime sanat: et aurium dolorem.

Caput.xj.

ARdeola. Ardea. Azalon ⁊ azida. Isi. Ardeola dicitur quasi ardua ꝓpter arduos volatus. Vñ Lucanus quoq; causa volare ardea. Cum altius volauerit tempestatem significat. hanc multi tantalũ vocant. Plini. li. x. Ardeolarum tria sunt genera. scilicet leucon/asterias/pellos. Hi agẽtur in coitu. Mares siquidem coeundo cuꝫ vociferatu sanguinem etiam ex oculis profundunt nec minus egre grauide pariunt. Sorices ⁊ ardeole dissident inuicem fetibꝰ insidiãtes. Idem in li. xvj. Ardeolarum aũt genera quas leucos vocant altero oculo tradunt carere. ¶ De naturis rerum. Ardea licet in aquis cibum suum querat: in siluis tñ et altis arboribus nidum suuꝫ collocat. Fertur autem ꝙ pullos suos miro rigore nitiꝭ defendere. Accipiter eis infestus est. Sed ardea huic anum opponit et stercus eijcit. ad cuius tactum accipitris penne computrescunt. plurimumq; earum colorem habẽt cinereum. quedam vero album. Est quoddã earum genus quarum mares agũtur in coitu cum magna voc. feratione: funduntq; sanguinem ex oculis pre dolore ¶ Azalon. Ex li. de natu. rerum. Azalon est auis parua que corui frangit oua. Huius pulli a vulpibus infestantur. Ipsa vero vulpis catulos vellit ipsamq; vulpem. quod vbi coruus viderit auxiliatur vulpi quasi contra communem hostem. Hec auis in spinis viuit: ⁊ ob hoc azinos odit. Flores ac folia spinarum deuorantes. Actor. Azida iuxta Phisiologum ipsa est strutio. de qua dicetur infra.

Caput.xij.

APis. Aresto. Apis est animal annulosi corporis: habẽs membrũ vl' additamentũ ab ore exiens per quod gustat/⁊ cibum contrahit ac recipit: sanguine caret. dentes aliorum animalium dentibus similes habet. in comitatu volat: ⁊ est leuis corporis. Habetq; quatuor alas: duosq; pedes habet in dextera ⁊ duos in sinistra. nec plus q̃ quatuor habet ne volatum suum prohibeant. Hoc aĩal non recipit aerem/nõ anhelat. Comedũt mel maxime in necessitatis tẽpore. Unde qñ incipiunt infirmari: apparet mellis diminutio. qꝛ videlicet comedunt ex eo nec repa rant ipsum. Bonos odores diligunt: ⁊ aquis currentibꝰ delectant. Actor. Apes mundiciã diligũt. frigus ⁊ fetorem ac fumũ odiunt. Gregatim volant. circa opus suũ solicite sunt: et ociosas abijciunt. ¶ Ex li. de na. re. Apes ceteris animalibꝰ preeminent dignitate et vtilitate preclaris dotibꝰ et nobilitate vigent: agilitate/strenuitate/animositate/ingenij subtilitate. Ambrosius Apes regẽ sibi ordinãt non sorte sed iudicio et q̃uis sub rege posite tñ libere sunt. qꝛ prerogatiuã tenent iudicij ⁊ fide deuotionis affectũ. et regẽ ipm tanq̃ a se cõstitutum diligunt. Hic aũt rex nature claris formaꝭ insignibus: vt et magnitudĩe corporis prestet ac specie (et quod in rege precipuũ est) morũ mansuetudine. Nã ⁊ si habet aculeum: eo tñ non vtitur ad vindictã. Sũt enim leges nature: nõ litteris scripte: sed moribus impresse vt leuiores sint ad puniendũ: quia maxĩa potestate potiunꝭ. Sed apes que legibus

non obtemperant: penitentie condemnatione seipsas mulctant vt aculei sui vulnere moriantur. ¶ Ambrosius. Nulle autem apes e domibus audent exire: nec in aliquos procedere pastus: nisi rex prius egressus sibi vendicauerit principatum volatus. Processus autem earum est per rura redolentia vbi orti sunt redundantes floribus. fluenscz etiam per gramina. herbisqz dulcibus prima ponunt castrorum fundamenta. Apes ordinãtur ad opera diuersa. Nam flores adducũt quedã alie mollificant ceram. ⁊ alie adducũt aquam. Earumqz operationes tempus determinatum non habent. sed cum habuerint res conuenientes subito preparant. et in sereno tempore operantur assidue.

¶ Virgilius in Georgicis.

Nunc age naturas apibꝰ: quas Jupiter ipe
Addidit: expediam.
Magnanimosqz duces: totiꝰ ex ordine gẽtis.
Mores et studia: et populum: et prelia.
Rem melioꝝ vacua iam regnat in aula.
Deformis auro squalentibus ardens.
Et rutilis clarus huc melior insignis et ore.
Tũc trepide inter se coeũt pẽnisqz comscãt.
Spiculaqz exacuũt rostrꝭ aptãtqz lacertos
Et circũ regem mitre glomerantur in orbẽ.
Ille opez custos illum admirãtur ⁊ omnes.
Circũstant fremitu denso.
Verum ipse e foliis natos ⁊ suauibꝰ herbis.
Ore legunt ipse regem paruosqz quirites.
Sufficiunt. aulaqz ⁊ cerea regna refigunt.
Tantus amoꝝ florꝫ ⁊ generãdi gloria mellis
Nam alie victu inuigilant et federe pacto.
Exercent agris pars intra septa domoꝝ.
Narcisci lachrimã ⁊ lentum de cortice gluten
Prima fauis ponũt fũdamẽta deide tenaces
Sulpẽdũt ceras alie spem gentis adultos.
Educunt fetus: alie purissima mella.
Feruet opꝰ redolẽtqz thimo fragrãtia mella

Operationes

A ¶ Aresto. Apes a floribus accipiunt ceram et cum pedibus anterioribus congregant eam. debinc ad pedes medios illam mittũt. deinde ad coxas pedum posteriorum. postea volant cum ipsa. et tunc manifestatur ponderositas ex ea.

B ¶ De virtute et operatione cere lector inueniat superius in tractatu de herbis. de. L. in cap. clj.

L ¶ De virtute autem et operatione mellis inueniat in eodem tractatu de M. in capitulo. ccxcij. A Mar Ch

Caput. xiij.

Basiliscus. Isid. Basiliscus grece latine regulus interpretatꝰ: eo qꝺ rex serpẽtũ sit: adeo vt videtes cũ fugiãt: quia olofactu suo eos necat. Nã ⁊ hominẽ vꝰsi aspiciat interimit. siquidẽ ⁊ eiꝰ aspectum nulla auis volãs illesa pertransit. Sed q̃uis procul sit: eius ore combusta devoratur. ¶ Auicen. in. iiij. can. Basiliscus est serpens qui solo visu interficit et auditu vocis sue. Hunc agit quidam vocari regulum. quia caput habet coronatum: cuius longitudo duarum palmarum est. et caput acutum valde. oculi rubei. Color eius ad nigredinẽ et citrinitatez declinãs. Hic aduritꝝ totũ lup quod incedit. nec in circuitu cauerne eiꝰ vritur aliquid. ¶ Ex li. de na. re. Basiliscus interdum ex gallo nascitur: qꝝ gallus in etate decrepita facit ouũ ex se vnde basiliscus procreatur. Sed in generatione hac oportet vt multa concurrant. In fimo namqz calido et multo ponit ouum: ibiqz fouetur v ce patris: et post multum temporis exit pullus ⁊ inualescit sicut solent anatum pulli. Habet autẽ caudaz vt coluber. residuum vero corpus vt gallus. Dicunt autem hi qui creationem eiꝰ se vidisse testantur. qꝺ nulli est ouo testa: sed validissima pellis intantum vt resistere possit ictibus validissimis. Opinio quoqz quorundam est: qꝺ ouum illud galli coluber aut bufo foueat. Sed hoc incertum est. hoc tamen in antiquorum scriptis habemus: qꝺ basiliscꝰ quoddã genus est ex ouo galli decrepiti generetur. ¶ Isidorus. A mustelis basiliscus vincitur: quas illic homines inferũt cauernis quibus delitescit. Itaqz eo visu fugit. quem illa persequitur et occidit. Inferius de regulo plenius dicetur de basilisco. quia fere idem sunt basiliscus et regulus.

Caput.xiiij.

Barliata ⁊ Berneca. Isido. Barliates sunt aues de ligno crescẽtes. Fertur enim ꝙ lignũ de abiete marinis aquis incidẽs quãdo successu temporis putrescere ceperit humorẽ exsecrassum emittit ex quo densato formant parue species auiũ ad magnitudinez alaudaꝝ. primũq; sunt nude: deide maturãtes plumescũt ac rostrũ ad lignũ pendentes. per mare fluitant vsq; ad maturitatẽ donec se cõmouẽtes obrũpant sic crescãt ⁊ roborẽtur vsq; ad debitã formã. De his aũt Jacobꝰ athonensis eps in orientali historia loquẽs. dicit ꝙ arbores sunt super ripas maris de quibus hee procreãtur. Rostris infixis arboribus dependentes. Tempore vero maturitatꝭ ex arboribus decidunt. ac per incrementa perficientes: sicut aues cetere volare incipiunt. De his itaq; certum est ꝙ in orbe nostro circa Germaniam. nec per coitum generant. nec generantur. ¶ Philosophus. Berneca que ex arbore nascitur in quibusdam quoq; Flãdrie partibus inuenit: Hec auis nõ habꝫ supfluitatẽ: sicut nec arbores. Infra ca. xx. plenius habes

Caput.xv.

Bistarda et Bonosa. Ex libro de naturis rerum. Bistarda est auis aquilina magnitudinis: que volatu tarda. bis aut ter saltum in terra facit anteq; ad ethera subleuet. vnde nomen habere dicitur vngues habꝫ vt aquila. et rostrum aduncũ. carnibus vescitur. non tamen in volãdo predam diripit: sed sicubi ouem aut aliud animal in offensum inuenerit: plures eaꝝ aggregate inuentum eijciunt et occidunt. sicq; carnibus eius satiant. cadaueribꝰ etiaꝫ libẽtissime vescitur. Sola vero pene inter aues que carne vescuntur herbã depascit. in alis et cauda albedinẽ habent. reliquo colore aq̃lam imitatur. Oua sua non in arboribus ponit. qm̃ alte volare non põt. sed in terra deponit: et illic ea fouet dum seges in fructu ẽ ¶ In li. vt sup̃. Bonosa est auis in Germanie partibus: habens carnem exterius nigram/interius albam. delicatam prope ad perdicis saporem habet aut fasiõi magnitudinem. Cũq; tempus venerẽ excitauerit. masculus hianti ore currit donec ore spuẽt. tũc femina veniens ore spumam recipit. indeq; concipit et oua parit.

Caput.xvj.

Bubo. Ex.li.d na.re. Bubo nomē hz a vocz sono. fugit ucē. in ecclesijs habitat ⁊ oleū de lampadibꝫ bibit. stercoribus tñ eas defedat. oua q̄z columbe bibit. mures venat. hac q̄z volucres cetere capiūtur. Qñ vero ab illis auibꝫ q̄ in luce habitāt impugnat: resupina pedū vnguibꝫ se defendit. Aresto. Bubo sicut ⁊ vespertilio victū sibi nocte acq̄rit. Monedula pugnat cuz bubone. q: bubo debilis ē visus apud meridiē. Jōq̄z coruus ille rapit oua bubonis ⁊ comedit. coruus q̄ppe fortior est de die: ⁊ bubo de nocte. Itaq̄z bubo ⁊ coruꝰ inuicē sibi aduersant in nidis. Coruꝰ meridie comedit oua bubonis. ⁊ bubo nocte comedit oua corui. Cetereq̄z aues circa bubonez volāt. ipsumq̄z deplumant. multa nāq̄z pars auium cum odit.

Operationes

A ¶ Auicē. Sanguis bubonis valde cōfert as
B mati similiter etiā ius ⁊ caro ipiꝰ. ¶ Phisio. Cor bubonis si appositū fuerit mulieri dormienti in parte sinistra omnia q̄ gessit nar-
C rabit. ¶ Plinius li.xxix. Bubonis pedes vsti cū herba plātaginis cōtra serpētes auxiliā
D tur ¶ Oculoꝝ cinis eiꝰ collirio mixtus claritatē oculis facere ꝓmittit. ¶ Idē in li.xxx. Freneticꝫ q̄z bubōis oculoꝝ cinerē iponūt.

Caput.xvij.

Buteus. Butoriꝰ ⁊ Botaurꝰ. Ex li.d na.re. Buteꝰ ē de gñe accipitꝝ: sz paulo nigrior ⁊ tarda nimiū: pigraq̄z ad volādū. ꝑda tñ viuit: quā cū dolo vel languore aliq̄ aut pigricia detētā asseq̄ possit. Hec auis sapore dulcissima est. In li. vt sup̄. Butorius ē auis sic dicta a signo vocz. hz crura lōga. collū extēsum rostrūq̄z longū ⁊ acutū sicut ardea. colore tñ distās ab illa. ē eñ terre similima. Habitat circa stagna pisciū cibo cupida. Ranas comedit ⁊ venenata. Hec sola veris tpe ꝓ cantu vocē horrificā edit. In littore sub ardore solis in loco vbi pisces frequenter nouit. adeo q̄eta stat vt q̄si mortua appareat. vñ fit vt cautz piscibꝫ minꝰ suspecta sit. sed cū collū longū habeat breue recuruitate facit vt cū pisces incautiꝰ ei q̄si nihil premeditāti ꝓximauerint illos ad se colli extēsiōe trahat. ¶ Phisio. Botaurus q̄si bootaurꝰ dr. eo q̄ thauri boatū. i. mugitū imitari videt. Rostrū eñ in terra paludinosa defigit. ⁊ ad modū thauri clamores edit. Exclusos pullos stati mr̄ sub ascell' collocat. Unuz se sub vna. alterz sub altera. Pulli ꝟo materno corpori adherētes. Inceditq̄z mr̄ pullos sub alis fouēs. natorūq̄z rostrz ꝓminētibꝫ cibos dulcit cōmēdās. ¶ Actor. Hec auis mihi eē videt onocroculꝰ. de q̄ inferiꝰ dicetur.

Caput.xviij.

Bibones ⁊ Blata. Isi. Bibones sunt qui in vino nascunt. q̄s vulgo musciones a musto appellāt. Vñ Affroniꝰ. Cū a me expectasset fabulare incipis ex ore bibones inuoluāt in oculis tuis. Blate a calore dicte sunt siquidē ⁊ cōprehēse manū tingūt. vñ ⁊ blateū colorē dicūt. hoc animal lucem nō patit videre ꝯriū musce. Musca est lucipeta. Blata vero lucifuga. Ex li d na.re. Blata ꝟmis est q̄ lucē videre nō patit. Vñ per noctē tñmō ambulare ꝯsueuit ¶ Palladius de agricultura. Blate sunt apibꝫ inimi

ce sicut ⁊ lacerte. Vñ hmõi animalia ⁊ his si
milia oportet apum castris vel aluearibꝫ lõ
ge fugare qui vult apes bene conseruare.



Caput.xix.

Cantarides latine ⁊ grece. arabice de
rarie vel irane. Pandecta cap̃.cxxxv.
Cantarides sunt animalicule quarũ
sunt efficacissime: que et in spicis frumẽti ad
huc florentis inueniuntur. Sunt hee va-
rie et quasi circa pennulas suas stricte et ob
longe. Hee enim vapore aceti suffocantur ⁊
in vase non picato reponuntur. Sunt cali-
de et acutissime. que licet scabiei vesice confe
rant: vesicam tamen si ex eis multa sumatur
quantitas. vulnerant atq̃ sanguinem min-
gere faciũt ⁊ interficiunt. ex quibus parua
accepta vrinam prouocant vehementer.

Operationes

A ¶ Sera.li.aggre.cap̃.derarie.auto.Galie.
Experti sumus experientia non modica in
vnguibus leprosis. ⁊ inuenimus ꝙ quando
ponitur super eas cũ ceroto confert multuꝫ
aut cum vnguento. auferunt enim vnguem
B et faciunt cadere totum. ¶ Et cantarides in
grediuntur in cõmixtione vnguentorum et
medicinarum que fiunt ad scabiem et egri-
tudinem cum qua eleuatur cutis. et in medi
cinis que euellunt erucas que dicuntur ca-
C pita clauorum. ¶ Et sunt quidam ex magi-
stris nostris qui dabãt ex eis in potu miscẽ-
tes parum ex eis ad prouocandum vrinam.
D ¶ Et quidam accipiebant alas ⁊ pedes ipa
rum solum dicentes ꝙ hec conferunt illis q̃
sumpserunt corpora ipsaꝝ. Et alij dicebant
contrariũ huius. videlicet corpa ipsarum so
la iuuabant eos qui sumpserunt alas et pe-
E des eaꝝ. ¶ Ego vero miscui omnia simul cor
pora cũ pedibus ⁊ alis: ⁊ dedi. Ille aũt que
sunt magꝫ iuuature ex eis sunt ille q̃ reperiũ
tur in tritico: in quaꝝ alis sunt linee citrine
in latitudine protẽse: ⁊ ꝓprie quãdo proijcis
eas in olla terrea noua: et claudis orificium
olle cũ panno lineo super vas in quo sit ace-
tum feruens: donec suffocẽtur ⁊ moriantur.
¶ Et similiter oportet ꝙ fiat ex animali qd̃ F
dicit̃ xofostis: qñ volum⁹ ip̃m reponere. Et
similiter est species aĩalis similis cantaribꝫ
in figura ⁊ virtute. Et similiter vermis viri
dis q̃ reperit̃ super arborẽ pini. Virtus ei⁹
est sicut virtus eaꝝ. Postq̃ vero sunt cãtari
des mortue inserant̃ in lino ⁊ reponantur.
¶ Dyas.cap̃. cãtarides. Meliores ex eis sũt G
que sunt diuersoꝝ coloꝝ. ⁊ in alis eaꝝ sunt li
nee transuerse citrine: ⁊ sunt grosse ⁊ oblon-
ge. ¶ Operatio aũt illaꝝ q̃ sunt vnius colo- H
ris est debilis: ⁊ virtus cãtaridaꝝ est putre-
factiua/calefactiua/vlceratiua. Et ꝓpter h̃
miscentur. cũ medicinis cõueniẽtibus apo-
stematibꝫ cãcrosis: ⁊ ad scabiẽ vlceratã ⁊ em
petiginẽ. ¶ Et quãdo ponunt̃ in nascalibus I
prouocãt mẽstrua. ¶ Et estimauerũt quidaꝫ K
ꝙ quãdo miscent̃ cũ aliquibꝫ cõfectionibꝫ ad
hidropisim ꝯferũt ꝓpter virtutẽ eaꝝ quã ha
bent in prouocando vrinã ¶ Auicẽ.li.ij.cap̃. L
Cãtarides Dixerũt quidã ꝙ sunt superflue
caliditatis. Et dixerunt alij ꝙ sunt calide et
sicce in tertio gradu. sed primum ẽ veri⁹. Et
cãtaris ẽ acrꝫ acuta/putrefactiua/adustiua
¶ Et eradicat verrucas linita: et fit ex ea ce M
rotum. et linitur ex eo albedo vnguis: et con
fert ei. ¶ Et eradicat vnguem mollificatum N
velociter: quando fit ex ea emplastrum. et re
mouet morfeam: ⁊ albaras linita cuꝫ aceto.
et quando ex ea trita cum synapi fit linimẽ
tum: facit nasci capillos. ¶ Et similiter quã O
do coquitur cum oleo donec inspissetur: ⁊ li-
nitur super apostemata cãcerosa: et resoluit
ea. Et linitur super scabiem et empetiginem
¶ Inquit filius Mesarugie. Ipsa incidit P
vngulam valde: ⁊ parum de ea prouocat vri
nam valde. Et parum de ea adiuuat medici
nas prouocatiuas ad prouocandum absq̃
nocumento. Et prouocat menstrua: et facit
aborsum. ¶ Dixerũt quidam: datur in potu Q
vna eaꝝ ei qui cõqueritur d̃ vesica sua: et cõ
fert. Et dantur in potu tres tanasgi de ea: ⁊
exulcerat vesicam. ¶ Inquit Galienus. Ip̃a R
exulcerat vesicam. et est propterea quia fa-
cit materias acutas declinare ad eam a qui
bus corpus non euacuatur cum proprietate
que est in ipsa.

Caput.xx.

Carbates. Alber. in li. d na. animaliũ inquit. Carbates quidã mentiẽdo dicũt aues quas vulg⁹ baumgẽr. hoc est arborum anseres vocant (vt etiam superius audiuisti in cap. xiiij.) eo q ex arboribꝰ nasci dicuntur. a quibus stipite et ramis dependent que inter corticem est nutrite. Dicunt etiam aliquãdo ex putridis lignis hec animalia in mari generari (vt superius dictum est) et precipue ex abietum putredine. Asserentes q nemo vnquam vidit has aues coire vel ouare. Et hoc omnino absurdũ est: qꝛ ego ⁊ multi mecum de socijs vidimus eas coire ⁊ pullos nutrire. sic etiam in antehabitis diximus. hec auis caput habet quasi pauonis: pedes nigros vt cignus. et sunt membrana cõiuncti digiti ad natandũ. ⁊ sunt in dorso cinere nigredinis. et in ventre sunt albide aliquantulum minoris anseribus.

Caput. xxj.

Caladrius et calandrus. Isidorus. Caladrius: vt dicitur: est immundus ſm legem:

Operationes

¶ Dicit eñ phisiologus: q auis est tota alba nullã partez habẽs nigrã. cuius interior fimus curat caliginem oculoꝝ. In atrijs regum inuenit. Per hanc cognoscitur de homine infirmo vtrum viuat an moriat. Si enim egrotat ad mortez: mox hec vt viderit eum: auertit ab eo faciẽ suã. si aũt nõ ad mortẽ: intẽdit illa faciẽ suã vertit. ⁊ assumit oẽs infirmitates ei⁹: ⁊ dispergit eas. ⁊ sanat infirm⁹. A

¶ Arest. Caladri⁹ infirmũ si mori debeat nõ respicit: sed si sq̃lescere possit ⁊ ip̃m videre velit. ab illo oẽm infirmitatẽ ad se trahit. Itaq ille sanus efficit. ⁊ auis egra: ita q sepi⁹ pro eo morit. Hec auis habz vnũ os grossuz in crure: cui⁹ medulla oculos caliginãtes si q̃s linierit: eos clarificatos boni vis⁹ efficit. B

¶ Ex li. de na. re. Caladri⁹ est auis alba. q̃si ad infirmũ sanandũ ducitur omnes infirmitas eius intra se colligit: et in aere volans ibi eas comburit atq dispergit. C

¶ Pars interior femoꝝ caliginẽ aufert ab ocul. Has aues Alexander inuenisse fertur in Perside D

¶ Ex li. de na. re. Calãdris ẽ auis parua ꝓpe cõsilis alaude. colore fusca: plumis d̃specta: sed mira modulatiõe vocis audientis letificat omnẽq voces auiũ exp̃ssissime imitatur itaq qñ capta ergastulo includit. ibi q̃z captiuitatꝫ ⁊ calamitatꝫ sue oblita vix vnã diei horã sine cãtu p̃terit adeoq spaciari diuersis auiũ cãtibꝰ gaudet vt nec cibi solicita sit. E

Caput.xxij.

Capo ⁊ Caprimulgus. Actor. Capo dicit gallus castrat⁹ siue gallinace⁹. Et hi ideo castrant vt facilius impinguent ac teniores comedantur.

Operationes

A ¶ Dyas. Capones viui apti ⁊ impositi morsibus venenat⁊ occurrunt si mutent assidue.
B ¶ Cerebrū melius est ceteris. acceptū in vi-
C no fluxum sanguinis abstinet. ¶ Pellis ventriculi ei⁹ sicca tunsa ⁊ bibita eustomacha ē cum vino. Juscellū maxime minor⁊ estuationis stomachi mitescit simpliciter cōpositu⁊. Juscellū vero maioris artificialiter cōpositum ventrē mollit: crudos humores .i. cole-
D ram nigrā deponit. ¶ Utile est tēporalibo febribus ⁊ typicis egritudinibo. tremoribo et inflationibo stomaticis. et arteticis singulare p̄sidiū est. Fel caponis albi magne virtutis est. facit ad effusionē oculoꝝ ⁊ ad caliginem ⁊ asprēdinē palpebraꝝ. De capone in-
E ferius. cap̄. liiij. lati⁹ patebit. ¶ Pli. li. x. Caprimulgi appellant merule grādioris aspectu nocturni fures sunt. interdū eīn visu carent. pastoꝝ stabula intrāt. capraꝝ vberibo propter succū lact⁊ aduolāt: q̄ videlicet iniuria vbere morit. caprisq̄ cecitas q̄s ita mul-
F sere obruitur ¶ Arest. Caprimulgus ē auis mōtana modicū maior merula. astuti moris: raro vide⁹ de die: s⁊ acuit visus ei⁹ de nocte. ⁊ manet i lapidibo d̄ die. lac ex mamill' capꝝ sugit: iōq̄ d̄r agochiles. s. capraꝝ lac sugēs.

Caput.xxiiij.

Carduelus. Isi. Carduelus dicit eo q̄ spinis ⁊ carduis pascitur. vnde apud grecos achantis dicit .i. spinis quibo alitur. Augures autem dicūt ⁊ in gestu ⁊ in motu et in volatu auium esse signa cōstituta ¶ Pli. li. x. Carducli minime auiū imperata faciūt nec voce tm̄: sed pedibo ⁊ ore pro manibus. Estq̄ que boum mugitus imitet. in ore latensi agro taurus appellata. Est q̄ equorūq̄ hinnit⁹ anthus noie herb: pabulo aduentu eoꝝ pulsa imitat ad hunc modū vlciscens. ¶ Ex li. de na. reꝝ. Carduelus est auis parua croceoq̄ in corpe: rubeo vero in capite colore venustata. Mirū autem videtur q̄ hec auicula carduoꝝ acutis aculeis pascit. In hac ergo natura miraculū apparet: que talē astuciā ei dedit quaꝫ nec boui nec asino magnis animalibo imptiri voluit. vt videlicet ergastulo clausa suppositā aquā ab ymo per filū vasculo suspenso ad secū rostro trahat. pediq̄ filo interdū supposito cū attigerit vasculum sitim potu sedat.

Caput.xxiiij.

Carabdrion ⁊ Carista. Rodol. super leuiticū. Carabdrion est auis garrula. de q̄ legitur in Leuitic. q̄ s̄m legē sit immunda. ¶ Actor. Hec auis ipsa est q̄ superius in cap̄. xxj. dicta calēdris est. Fallūtur aūt q̄ hanc esse caladrium putāt vt super Deutro. d̄t glo. interlin̄. Cariste vt d̄t Solinus. aues sunt que impune flammas inuolant. ita vt nec plume nec carnes earum flāmis igneum aliquatenus cedant.

Caput.xxv.

Ceruus volãs. Ex li.de na.re. Ceruꝰ volãs ferꝛ esse genus cicade. Hũc tm̃ experimentator crabronẽ vocat.sub alis(vt dicit) grossioribus alas habet subtiles ⁊ tenues sicut bruchus. Circa vesperã potissime volãt:et volando strepitũ faciũt. habẽt cornua medicinalia grãdia p̃longa biscula dẽtata ⁊ lucida:quasi forcipibꝰ in cacumine cum libuerit ad morsum coeũtibꝰ. crura ꝟo lõga ⁊ reflexa.lucẽt igneũ more noctu partes lateꝝ ac cluniũ colores pinnaꝝ refulgẽtes aliqñ compsse obumbrant. amputatũ caput eaꝝ viuit diutiꝰ sine corpe.sed ⁊ ipsiꝰ corpus sine capite: sed nõ tãdiu sicut caput.

Caput.xxvj.

Cicade. Pli.li.xj. Cicade tm̃ viuũt rore quaꝝ duo sunt genera. Minores que primo proueniũt que vt sunt mute.et nouissime pereunt. Sũt aũt multe que canunt vocant achete.⁊ que minores ex his sunt tetrigometre.sed ille magꝫ sonore. Mares canunt in vtroqꝫ genere: silent femine. Gentes his vescuntur ad orientẽ. Ante coitum mares preferũt. a coitu feminas circa solsticiũ est coitus eaꝝ. Quis earum corruptis que sunt candida coitus supinus. Est illis asperitas in dorso preacuta qua feture locum excauant in terra. Fitqꝫ primo vermiculus: deinde ex ea (que vocat tetrigometra) cuius cortice rupto circa solsticia euolant: ⁊ est sine ore.sed ꝑ eo quidã est aculeatum linguis simile.et hoc in pectore q̃ rorẽ lambũt. Pectus ipsum est fistulosum hoc.vt diximꝰ canunt achete de cetero nihil est in ventre. Quidam vero negant vocem in sectis esse in tanto cicadarum sono et apum murmure.

Caput.xxvij.

Ciconia. Isidorus. Ciconie quasi cicanie:a sono quo crepitant dicte sunt quem sonum oris potius esse constat q̃ vocis.quia cum rostro quatiente faciunt. hee veris nuncie societatis comites:serpentum hostes:maria transuolant in Asiam collecto agmine pergunt. Cornices eas duces precedunt et ipse quasi exercitus prosequuntur. Ex libro de naturis rerum. Ciconie serpentium exitio tantus est honor in Thessalia vt capitale fuerat occidisse ciconiam: sicut ⁊ hominem. Multipharie nanqꝫ serpentibus insidiatur.eosqꝫ comedit et alia venenata: nec tamen moritur. Bufonem autem non nisi in magna fame comedit. in quo naturale bufonis malum notatur. Videt autem ciconiam caput habere valde reumaticum:quia rostro eius aqua vere continuo distilat. Et hoc hieme magis. Hee nidos suos annuo repetunt. et vnũ se e fetibus suis domino loci sub quo fetificant:plumatum quasi tributum vt fertur deijciũt. Sed forte causa magis est tedium nutriendi. Quinimmo vt vulgo dicitur pro decimatione deijciunt. deo ius suum seruantes. In cuius signum. Thoringiam vbi decime nõ dantur neqꝫ intrant neqꝫ inhabitant: vt experiẽtia docet: abiture autem (vt dicit Solinus) in certo loco congregantur: ita vt nulla sui generis nisi captiua relinquatur. In Asia campus est vbi congregate cõmurmurant. et eãque nouissime venit dilacerant: sicqꝫ recedunt. Ex li.d naturis reꝝ vt sup̃. Ciconia d: auis

pia. Cũ em̃ antiq̃ores ciconie pẽnis amissis ꝓpriũ sibi victũ acq̃rere neq̃ant: iuniores frigida genitoꝝ mẽbra reuouẽtes eos in pastu procurãt: donec ala fortꝫ redierit. Nã vt Isidorꝰ ait. Quãtũ tp̃s impẽdũt in fetibꝰ educãdis tm̃ ꝛ ipe inuicẽ a pull' suis alunt. Nec dubiũ eas castitatꝫ sectatrices esse. fedusq̃ ꝯiugij ad inuicẽ seruare. Vñ fert q̃ in eminẽtiori loco domꝰ cuiusdã par vnũ ciconiaꝝ habitabat. Vñ mare ad pastũ recedẽte freq̃nter aliꝰ mas aduenies feminã adulterino coitu polluebat. At illa stati eminꝰ in fonte se mergebat. sic scelꝰ adulterij ꝑ aq̃ lauamẽtũ delẽs marẽ ꝓpriũ deludebat: hmõi factũ dñs habitatõis freq̃nt aduertit. ꝛ q̃dã die post adulteriũ eã a fonte ne lauaret ꝓhibuit. nec mora masculus a pastu rediẽs in femia sua scelꝰ adulterij dep̃hẽdit. ꝛ ad horã dissimulãs abiit. Reuersusq̃ secũda die maximã multitudinem secũ adduxit. que singulã adulterã aggresse: miseram crudeli laniauerũt morte.

Operationes.

A ¶ Plinꝰ li. vij. Ciconia origano sibi medet.
B ¶ Idẽ in li. xxix. Ciconie pullũ qui egerit negat annis cõtinuis lippire oculis. Ciconie quoq̃ ventriculus valet contra oĩa venena.
C ¶ Idẽ li. xxx. Furunculis etiã dicit mederi
D ciconie vẽtriculus ex vino decoctꝰ. ¶ Dyas. Fimus ciconie cũ aqua potui datus. epilen
E ticos curat. ¶ Alber. in li. de na. aĩaliũ. Hec auis alas habꝫ nigras. ꝛ caudã ꝛ alias par
F tes habet albas. ¶ Inuenit etiã genus ciconie: totũ in dorso nigrũ: ꝛ in ventre subalbũ. sed nõ nidificat in hominũ habitationibus sed in paludibus deserti.

Cignꝰ. Aresto. Cignus est d̃ gñe auiũ coriũ inter digitos habentiũ. Manetq̃ in ripis lacuũ ꝛ in locis multarum arborũ. Bone vite est atq̃ nature: et senectutis bone. Hmõi aues cõtra accipitrẽ pugnare nõ incipiunt. Sed si cũ eis ille pugnare ceperit. pugnãt cũ ipso eumq̃ vincũt. ¶ Isido. Cignus grece latine olor dicit. eo q̃ totus albus sit plumis. olon enim grece totum d̃r. Naute vero sibi hãc auem bonam prognosiam facere dicũt. sicut Emilius ait. Cignus in auspicijs semper letissimus ales. Hũc optãt naute. q̃ non se mergit in vndis Ex li. de na. re. Cignus habꝫ plumas albas: sed carnes nigras. fortitudinẽ suam in alis. colerice cõplexionis est. ꝛ ob hoc iracũdus. Dẽtes habꝫ in rostro minutissimos. Onerꝫ impatiens est. ne libẽter volat: sed in stagnis requiescere delectat. cum vno pede natat: et cũ alio se regit veli modo cũ piscibus nutritus eius est innoxius. Super aquis nidificat in pullis educãdis sollicitus. tẽpore coitus blandiunt sibi inuicem mas ꝛ femina. ꝛ alternatim capita cũ suis. s. collis inflectũt velut amplexãdi gratia. Nec mora vbi coierint. mas cõscius lesionis in femĩa fugit ab ea. At illa impatiens fugientẽ insequit. neq̃ quã tñ rãcor ille ꝑseuerat in lõgũ ymo lesiõe cessante: pacificant in aĩo ac a masculi persecutione cessans post coitũ frequenti caude motu ꝛ rostri se aquis mergens purificat.

Caput.xxix.

Cinomulgus. Cispedo. et Citramo. ¶ Isi. Cinomulgꝰ ẽ auis arabice. sic dicta: eo q̃ in excelsis nemoribꝰ texit

nidos ex fructibus cynmaomi. Et quia non possunt ibi homines condescendere propter ramorum latitudinem et fragilitatem eosdē nidos plumbatis iaculis appetunt ac cynnama illa deponūt: ⁊ precijs amplioribꝫ vendunt. eo ꝙ illud cynnamū magis q̄ꝫ alia mercatores probāt. ¶ Aresto. Cinomulgus passere modicū maior est eiusq̄ color celestis est cū citrinitate. ⁊ colores isti sunt in eo distincti. Rostrum eius est longū ad citrinitatē declinans: super arbores magnas ex cynamomis (vt dicitur) sperice componit niduꝫ suū. habēs introitū paruum. ¶ Pli. Cyspedij siue cispeli plurimū volant qui ⁊ apodes dicūtur: eo ꝙ vsu pedum careant hyrundinū specie. nidificant in scopulis. Hee sunt que toto mari cernuntur. Aresto. Auium genus ꝙ pedes non habꝫ omni tempore apparet. hec auis longa. gracilis et pauce latitudinis. hyrundini assimilatur. Nec inter illas leuiter distinguitur. Ista nidificat in estate. et hoc post lapides vt animalia fugiat et homines ¶ Plinius libro. x. Citramus: alias cenchramus habetur. aues remeātes comitata solicitat. ac perseueranter ad expectatas sibi terras peruenire festinat easq̄ noctu. etiam itineris admouens excitat. Aresto. Citramus auis ꝺ nocte ceteras aues clamat. eaq̄ audita sciunt venatores ꝙ in locis suis non remanebunt aues. Ex libro de naturis rer. Citramus auis Asie recedentibus hyrundinibus ac cytonijs instante hyeme comitans eas festinātior ꝑseuerat. et p̄cedēs sollicitat.

Caput. xxx.

Cinomia. Isido. Cinomia grece dicit musca canina. Nā canis grece cynos dicitur. Ex li. de na. rerū. Cynomia ē musca canina catulorum auribꝫ importuna. Quam licet catulus frequēter excutiat: semper tamen importune reuolat. Ubi autem cum pigrum ad excutiēdū inuenerit vsq̄ ad sanguinem ⁊ vulnera procedit. Actor. Cynomia est illa musca grauissima qua percussa est egyptiorū populus in quarta plaga. De hac em̄ in Exodo legitur. Uenit musca grauissima in domos pharaonis ac seruoꝝ eiꝰ: in omnē terrā egypti. corruptaq̄ ē terra ab hmōi muscis. Per hanc em̄ s̄m glosam canini mores significant in quibꝫ humane mētis voluptas. i. libido arguit. Sic enim cinifes quibus in tertia plaga percussi sunt egyptij. significant in quietudines mūdanoꝝ: qui ꝓuocatores rixarum: amatores calūniantiuꝫ non admittūt quietem spūalis sabbati. Uñ psalmista. Dixit et venit cinomia.

Caput. xxxj.

Cicendula cimice ⁊ costro. Isidorus. Cicendula genus scatabrorum est. sic dictum eo ꝙ gradiens vel volans lucet. Ex libro de naturis rerum. Cicendula ē vermis in Italia nocte volans. ⁊ inter noctis tenebras fulgidus radians. ita vt si euꝫ in tenebris videas exhalationem scintillaꝝ putes. ¶ Isi. Cimex aūt ex vermibꝫ carniū est. Dictus autem est cimex ex similitudine cuiusdā herbe cuius fetorē habet. Aui. in. ij. cañ. Ex fraxino capita īflata sicut granata egrediunt in quibꝫ est hūiditas de q̄ cimices oriunt. Cū ei capita hmōi aperiunt cimices

ex illis egrediunt. Cimices āt effugat ꝓprie sterc⁹ thauri q̄ndo cū eo fit fumigatio. Palladius. Ortꝫ quoq; cimices nocēt. extinguūtur aūt amurca ⁊ felle bubalo lectis aut locis earū peruncti s. vel foliis edere tritis ex oleo vel incēsis sanguisugis. Isid. Cosdros greci appellāt eos q̄ extremis fauoꝝ partibus maiores creant. Quos aliqui reges putant dictos eo ꝙ castra ducant.

Caput.xxxij.

COlūba. Ex li.d na.re. Colūba (vt dicit Beda) felle caret. Dicit tñ Aresto. ꝙ fel habꝫ nō eo loco q̄ cetera aīalia: sed in intestino. Morticino nō viuit. sꝫ puro granovisum recupat nouē vicibꝫ. In alta nidificat. vbi mala bestia attingere nō valeat sup aquas libēter req̄escit: vt sitim sedet. Et vmbrā accipitris veniētis in aq̄s ꝓspiciat. Aliqñ ꝟo sola sedet. colores suos varios circa collū admirās alarū plausu rostroq; plumeculas fulcit ⁊ in regimē volatus cult⁹ pēnas disponit. Tūc nisus speculator occult⁹ cōgaudentē in hmōi gloria rapit. Colūbe calidissime sunt ⁊ lapillos ꝓpter stomachi temperantiā comedūt. fimū etiā ardentē nimis habēt. quē ⁊ ipe nido eijciūt ⁊ pullos eijcere docent. pēnis eleuatis pugnāt et columbaꝫ errantē cū viderint sibi aggregāt. Dicit Jacobꝫ ꝙ trāsmare versus orientē colūbe sunt que nunciorꝫ fungētes officio lr̄as dñorꝫ suorū sub alis breui spacio per lōge deportant. Jōq; valde necesse sunt: maxie qñ per terras inimicorꝫ alij nūcij transire nō audēt. Colūbe ꝓpriū est inter aues nō eleuare caput quādo potāt donec ei sufficiat. ¶ Ex li.de na.re. Colūba valde grauat in ouoꝝ partu: ꝙ si parere tardauerit amare percutit. Aresto. Columbe toto anno ouāt ⁊ pullificāt: si fuerit locus mansiōis calid⁹: ⁊ cibo paratus. Alioquin nō nisi in estate. Earūq; pulli sūt meliores in vere ⁊ in autūno. peiores aūt in hieme ⁊ estate. Masculus cū femina coit post vnū annū. Oua colūbe sunt albi coloris sicut et perdicis. Colūba senex coire nō pōt. sed tm̄ osculat. Colūba quoq; femina saltat sup feminā: si nō fuerit mas. ⁊ inuicē osculant. ⁊ ex illo q̄dē coitu oua faciūt. sed nō pullificāt.

Operationes

¶ Ex li.d na.re. Pulli colūbaꝝ in autūno et ꝟe saniores sūt qm̄ his tēporibꝫ grano maxime viuūt. ¶ Esculapi⁹. Colūba occisa ⁊ calida superposita omni morsui subuenit. Sanguis eius valet oculis cōfertis infusus precipueq; desub ascellis tractus. ¶ Stercus eius oēs dolores soluit: ⁊ humores desiccat. ¶ Dyas. Colūbe sanguis abscindit fluxū sanguinis narium: qui est ex velamine cerebri. ¶ Plini. li.xxix. Caro recēs colūbe cōtra serpētes auxiliat. Mascule sāguis a vena sub ala incisa eximie ꝓdest oculis cruore suffus⁹ ¶ In li.xxx. Fimus columbaꝝ cū aceto delētur stigmata. Hoc fimo carbunculus abolet tur per se illito vel cum semine lini ex aceto mulso. ¶ Auicē. Sāguis columbe ꝯfert podagre. Stercus columbaꝝ cōueniēs est super dolores iuncturaꝝ. ⁊ valet empetigini. ¶ Confert etiam dolori colice cum administratur in clisteri.

A B C D E F G H

Caput.xxxiij.

Coredulus et Cornix. Ex li. de na. re. Coredulus dicitur quasi cor edens: carne namque et preda viuens. corde maxime inhiat saturari. Isido. Cornix auis annosa apud latinos: greco nomine cornix appellatur. Quam aiunt augures hominis curas secundum cantationibus agere insidiarum vias monstrare: futura predicere. magnum nefas habere credere: vt deus consilia sua cornicibus mandet. His inter multa auspicia tribuunt et pluuias vocibus pretendere. vnde est illud. Tunc cornix plena pluuiam vocat improba voce. Ex li. de na. re. Cornix in solstitio morbo corripitur: hec nucibus libenter vescitur: horribiles aues quasi suos hostes impugnant: sed ille frequenter cum impugnantibus multum detulerint: tandem in pacientia victe lacerant importunitas. cornix pluuiam multo clamore prenunciat: ouis columbe insidiatur vt ea dissipet et exugat.

Operationes

A ¶ Plini. li. xxix. Cerebrum cornicis coctum in cibo sumptum: capitis doloribus est remedium.

B ¶ Item in li. xxx. Cornicis carnes ac nidum illi te morbis longis putant vtilissimam.

Caput. xxxiiij.

Coruus. Ex li. de na. re. Coruus auis clamorosa nihil aliud sonare nouit quam cras cras: diuersas tamen voces format. s. lxiiij. vt dicit Fulgentius: volando coit aliquando. plures semper quam duos pullificat. grauidus fieri dicitur si eum ouum coruinum edere contigerit: ore parere dicuntur et concipere. Femine coruorum oua sole cubant et mares eis escas dant. Pulli coruorum septem diebus absque vlla cibi alimonia manere feruntur. Septima vero die nigrescunt: quorum nonnullos eiciunt tedio nutriendi. Fortior est coruus de die: bubo de nocte: et vicissim sua oua comedunt. Corui parum coeunt: sed multum osculantur ad inuicem. Et putant quidam quod alio modo non coeant. sed hoc falsum est. Cadauere coruus vescitur: et vt dicitur a potu se abstinet quamdiu ficus sui fructus dulcedine gloriatur. Unde Ouidius. Ac cibi dum lacteus pendebit in arbore ficus. A nullo gelido fonte bibentur aque. ¶ Gregorius in moral. Pulli coruorum (vt fertur) antequam nigrescant a parentibus / vtcunque neglecti / medici affecti / huc illucque vagantur in nido: aut ciborum expectunt aperto ore subsidium. Unde etiam scriptum est. Quis preparat coruo escam et c. Sed cum nigrescere illi ceperint: tanto eis alimenta prebenda coruus ardentius requirit: quanto illos alere diutius distulit. Ex li. de na. re. Est coruorum genus in oriente quod cum asino et thauro pugnat: eisque fugientibus super eos volat: ac sic cum impetu eorum oculis impugnit. et cum potuerit eos execans rostro dominis suis inutiles reddit. Itaque per consequens occisi decoriantur. et eorum cadauera volatilibus efferuntur: sicque ab aue improba animalia fortia superantur. Coruus turres inhabitat et ibidem nidificat: citissimus est mutationis aeris nuncius: et alia crocitationis voce prophetat auram tranquillam alia tempestatem. Coruus longeuus citissime fit domesticus. coruosque siluestres inuitos retinet ac seducit. Coruus ex natura est inclinatus ad furtum. vt experientia Erfordie docuit vbi coruus domesticus successiue de mensa quam pecunie iacere consueuerant in ortum de prope subtus lapidem circiter quinque vel sex florenos in grossis abscondit.

Caput.xxxv.

COcurnix. Ex li.de na.re. Cocurnix est auis quã vulgariter questulũ dicimus. Hec ducẽ habẽt ortigometrã. quã in maris trãsitu iam tei re.i. portui maris appropinquãtes accipitres speculati rapiunt.et idcirco cura est vniuersis. vt externi generis ducẽ solicitẽt.scz cornicẽ per quã prima discrimina caueant. rarissimas habent feminas in genere auium sicut et pectines in genere piscium. In hominuz vero genere pauciores nascuntur masculi q̃ femine ¶ Comestor. Cocurnix in synu arabice precipue nutritur. et est auis regia quam nos vulgo curelium dicimus a currendo. ¶ Isi. Cocurnices a sono vocis dicte sunt. quas greci ortigeas vocant.eo q̃ vise primum fuerunt in ortigia insula. Hec aduenientũ tempora hñt. Nã estate ꝺpulsa maria trãsmeãt.

Caput.xxxvj.

COcyx. Plinius libro.x. Cocyx videt ex accipitre fieri:tempore anni figuram mutans. Tunc enim non apparent reliqui accipitres nisi diebus paucis. ipso quoq̃ modico estatis tempore visus:postea non cernitur. Est autem neq̃ ad vncis vnguibus accipitrum nec capite similis. neq̃ alio quam colore ac rictu:sed columbe potius similis est capite et vnguibus. Quoniã absumitur ab accipitre: si quando simul apparuerint.sola omniuz auis a suo genere interempta. ¶ Aresto. Auis cocyx paucorum ouorum est: vnius scilicet aut duorum.quia natura eius valde frigida est.

Caput.xxxvij.

CRochilos. Ex li.de na.re. Crochilos in Italia rex auium appellatur oim quidem est minima. sed quãto minor tanto velocior.adeoq̃ animosa: vt etiam cõtra aquilam audeat conatus acceptare.homines quoq̃ deludit.quia cum se propinq̃t quasi manu capiendam obtulerit. casso hominis conatu et labore impigra ꝓfugit. araneis vescitur pullus fecunda est. nam plurimos vno fetu producit.vno specu vel antro in hyeme multi conduntur.vt ad calorẽ turba conferente calor q̃ paruus est in tã minimis corporibꝰ augmentetur. Estq̃ auis minima omniũ aliaꝝ. ¶ Alber.in li.ꝺ na. aĩaliũ ait. Crochilos ẽ auis minima omnium quã regulum vocant:que licet sit parua corpore ausu magna contra aquilam pugnare conatur.solitaria volat multi etiam est ꝓartus.ꝛ in hyeme vno contenta foramine antri vel muri.multos socios secum sui generis nocte habitare permittit vt calor parui corporis ex societate multorum calescat et foueatur. Hec etiam est auis musica:et precipue cantant tempore magni et sicci frigoris in hyeme. Infra cap̃.ciiij.de eadem tractetur.

Caput. xxxviij

Corinta. Plí. Corinta est auis maxima in partibꝫ orientis que vere ad quantitatē pulmonis vacce habet mollem: et multo infusum sanguine: et ideo multum bibit plus ꝯ alie aues.

¶ Alber. in lib. de na. ani. Corinta est auis q̄ paucas ꝛ paruas habet plumas et pennas.

Caput. xxxix.

Oculus. Ex lib. de na. rer. Cuculus est auis improba: q̄ vocē suā in cantādo nō mutat; ꝫ semꝫ eandē replicat. Auis pigerrima est: ꝛ loco nō stabilis. Turturis vere colorē hz. Hyeme plumis spoliari dicit: intratꝫ terre latibulū: vel cōcauitates arborꝫ: illic estate cōgerit/ quo hyeme viuit. Ouā sua in nido minoris anicule ponit: ꝛ de ouis illius totidē demit: nedū illa numero supflua inuenerit quasi aliena reputet. Itaꝫ cuculus ab aliena matre cū pullis eius fotus ꝛ educatus: dū adhuc in nido inualidus sedet: q̄dā tñ auiditate naturali ceteris pullis cibos rapit: ꝛ hac sagacitate pre ceterꝫ pinguescit atꝫ nitidior fit. In cuius elegātiā nutrix cōuersa gaudet eius forma: miraturꝫ seipsā q̄ talē peperit adeo decipiēs/ vt magnitudine ferū a pullis minoribus nō discernit: ꝫ oēs pullos suos in ei⁹ cōparatiōe damnat: ac vbi cū eduxerit ꝛ adrobur volādi nutritus: ipso viceuersa ꝛ in nutricē insurgit: ꝛ cōsequenter perimit. ¶ Isi. Cuculi a voce ꝓria nominati: tēpus hñt ꝛ ipsi venādi minorꝫ scapulis suscepti ꝓpter breues ꝛ paruos volatus: ne per lōga aeris spacia fatigati deficiāt. Vocꝫ saliue cicadas gignunt. Ouā passeris nido reperta comedūt ꝛ sua obiciūt: post hec illa suscepta ꝛ fouēt ꝛ nutriūt. ¶ Aristo. Cuculus ouis ꝓpꝛijs incubat: ꝫ vnū ouū in nido fulicē ponēs eiusdem ouā fugit. Illa vero futuri eventus ignara ouū sedula nutrix fouet. Sed a cuculo excluso ꝛ postmodū adulto nutrix a nōnullis quā docꝫ necari perhibet. In estate volat et lasciuit. In hyeme iacet languens et deplumatus/ ac buboni similis apparet.

Operationes

¶ Plí. li. xviij. Mirabile q̄dā est de cuculo quo ꝙs loco ꝓmū audiat alitē illā: si pes de terrā circūscribat: ac vestigiū id effodiat/ non gigni pulices vbicunꝫ aspergatur. A

¶ Idē lib. xxviij. Cuculi fimus in vino decoctus ꝛ potus: morsui canis rabiosi confert. B

Caput. xl.

Ouerb. Aristo. Luberb est auis luxuriosa cuius mas si inuenerit ouā femine sue frāgit ea/ ne femina sit solicita circa ea. Femina vero abscōdit ea. Que siue cocat/ siue non: olfaciendo vel audiendo subito ouat. Itē si ꝓsenserit masculū venientem occurrit et coeunt. Mas quidem pedetentim ad feminam accedit sine strepitu: ne alij masculi sentiant: et ꝓ[illegible]nēr cū eo nec coire permittāt. Itē masculi pugnāt inuicē ꝛ victor cū victo coit/ ac viceuersa victor si victus fuerit. Solitarie tū ꝛ occulte coeunt eligente victore locū adhoc et victo sequēte. Mas autem et femina in voluptate sua frequēter deprehēduntur ꝛ cadunt in manus

venatoꝝ. Cũq; luxuriosa sit auis ista: singli tñ mares singulas feminas accipiũt. Item aues põderosi corpis q̃ nõ sunt boni volat⁹ multã hñt supfluitatẽ: mlutũq; coeũt: ⁊ multorum ouoꝝ hmõi sunt: vt cubeth ⁊ strutio ⁊ gallina. ¶ Autor. Cubeth idẽ videt esse q̃d p dix: q̃ em̃ hic de illa dicunt: eadẽ pene de pdice dicent inferius: qd̃ forte latuit trãflatorẽ.

Caput. xlj.

Culex. Isi. culex ab aculeo dict⁹ ẽ: eo q̃ sanguinẽ sugit: hz em̃ in ore fistulã in modũ stimuli/q̃ carnez terebrat vt sanguinẽ bibat. ¶ Aresto. Culex aial corpis anulosi: mẽbrũ hz p qd̃ cibũ sentit: ⁊ q̃dã habẽt hoc mẽbꝝ extra sicut aculeũ: cui⁹ natura est mollis ⁊ v acua: p ipsuz gustãt ⁊ sentiũt et cibũ attrahũt. Culices aũt ⁊ musce minime bestiaꝝ p hoc mẽbꝝ pforãt hois coriũ ⁊ aliorũ aialiũ Ex li. de na. reꝝ. Culex acida petit: et dulcia fugit lucẽ diligit/ita q̃ ad lumen aliquando se vrit.

Operationes

A ¶ Auicẽ. in .iiij. cano. Ad effugãdũ culices et cimices: fit suffumigiũ cũ serraturis ligni pini/aut nigella: silr cuz mirto sicca ⁊ cũ sulphure ⁊ bdellio ⁊ spina fetida ⁊ stercore vac
B cino et cũ foliis cypressi. ¶ Ad idẽ aspgit domus ex decoctiõe radicis lupinoꝝ aut ex de
C coctiõe nigelle/aut absinthij/aut rute. ¶ Palladius. Cõtra culices ⁊ cimices in hortz vel satz amurca recẽs vel ex camerz fuligo spargit galbano q̃z infuso: aut sulphure fugant.
D ¶ Ambro. Culices nõ tangũt hominẽ: si absinthiũ cũ oleo coquat: et eo se perungat.

Caput. xlij.

Dyomedas. Isi. Dyomedie aues a socijs dyomedis appellate sunt: quos fabule ferũt in easdẽ volucres fuisse cõuersos forma fulice silẽs: magnitudine cignoꝝ: colore cãdido/duris ⁊ grãdibo rostris. Sunt aũt circa Apuliã in insula dyomedia int scopulos littoꝝ ⁊ saxa volitãtes Solinus Dyomedas aues insula qua oriz apulie videt: et tumulo ac delubro dyomedis insignis est: sola gignit cui est color cãdidus/ignei oculi: ora dentata: cõgregare volitãt/dueq; duces sunt: quaꝝ altera agmẽ pit: vt ductu certũ iter dirigat/altera insequit: vt instãtia tarditatẽ vrgeat. Cũ fetificũ tps adest: rostro scrobes cauãt: ⁊ surculis inuersum positis subter cauata cõtegũt: et ne operimenta desint: si forte lignoꝝ cassia venti auferãt: hãc struẽ premunt terra quã egesserant: sic nidos moliunt: bifori accessu aditus qui mittit ad pastus in hortũ destinat: qui excipit reuertentes versus occasum est: vt lux ⁊ morãtes excitet: et receptui nõ denegetur. Edem sacram huiusmodi studio omni die celebrant/aquas plumas imbuunt/⁊ alis impendio madefactis rorulente confluunt: et sic edem humore excussa purificant. Tunc pennis supplaudunt: ⁊ inde quasi per acta religione discedunt. Ob hoc aues factos/dyomedis socios ferunt.

Caput. xliij.

Draycha. Albertus in lib. de natu. animalium: Draycha auis est pedibus carens: ⁊ cum ad terram cecidit cubitis alarum et pectore repit sicut vespertilio. Debiles habet pedes caude sue coniunctos. Hoc non apparet/ nisi post pluuiaꝫ in principio estatꝫ/ et tūc pullificat: et cū pulli conualescunt: moritur / pullos relinquens sue miserie vice succiores.

Caput. xliiij.

Egithus/ Emeria ⁊ Ercinia. Pli. li. x. Egithus auis minima cum asino pugnat. Asinꝰ quippe spinetis se causa scalpendi atterens nidos eius dissipat: quē adeo pauet auicula: vt omnino voce rudentis audita/ oua eijciat: pulli ipsi metu cadāt. Itaq; aduolans/ vlcera eius rostro excauāt Porro achantis egithum odit intantum: vt eoꝝ sanguinē credant non coire. ¶ Jorath. Emerie sunt aues que de nocte volantes illumināt aerā propter pennaꝝ suarū naturā que magis in tenebris q̄ in lumine lucēt: sicq; produnt ⁊ capiunt. ¶ Isido. Ercinie aues dicte sunt ab hercinio saltu germanie vbi nascunt: quaꝝ penne adeo per obscurū emicāt/ vt q̄uis nox densis tenebris obtenta sit: ad presidiū itineris dirigēdi iacte interluceant cursusq; vie pateat iudicio plumaꝝ fulgētiū

Caput. xlv

Falco. Ex lib. de na. reꝝ. Falco est auis nobilissima volatu ipetuossilima ⁊ in custodia sui minus cauta. Ideo cū ad p̄daꝫ dirigendus ē: a dño suo retardat: nec auis ei capiēda oñdit: nisi priꝰ aliquā tulū elōget: vt predā cū impetu moderato subsequat. In ardee captura duo falcones pariter relaxant quoꝝ vnus summa petit: alius iuxta terrā inuolat vt videlicet ille volantē ardeā in pulsu p̄cipitet. Iste vero p̄cipitatam accipiat. ¶ Aristote. Falco renes hꝫ debiles/ pectusq; robustū / deliciosis vtit cibis: vnica versatiōe collū girat circulariter pectore existēte imoto adeo: vt colli eiꝰ duo centū argi luminibꝫ ratiōe. Huius visus cuiusdā naturalis discretiōis videant ex eq̄ respōdere: p̄de quoq; q̄ post tergū est, puidus inuigilat. ¶ Ex lib de natu. reꝝ. Falconū genera sunt duo. Unū nobile/ qd auē vsu paruo

naturaliter capit: aliud ignobile ac vile: qd nisi multo labore et maceratione assuefactū hoc facit. Hoc vltimum genus cum ardeam ad terram impulerit. Jamq; imprompta est vt eam capiat. Ardea anguillam vel aliū piscem quem recentius vorauerat euomit: ⁊ tunc falco libere eam volare permittens ac minus fetitum sibi oblatum preferēs ⁊ gaudens ocius apprehendit. Non sic autem falco nobilis/sed eiectum munus vilipendēs: auem dolosam seuerius punit. Habet autē falco os acutum/ac durum in pectore: quod ei natura prouidens indidit ad impulsionē prede. Scripserunt aquila symachus ⁊ theodocion epistolam Ptolomeo regi Egypti in qua tractauerunt de auibus nobilibus ⁊ earuz medicinis. De qua hic pauca de falco ne commemorare liceat.

Operationes

A ¶ Albertus in libro suo de animalibus. Si falco non potest fimare/fel galli da ei comedere/vel testudines albas decoctas.

B ¶ Si falco nimium laxatur/succum iusquiami modicum da ei bibere: et intinge in eodem cibum eius.

C ¶ Si os fractū habuerit in crure vel in ala: Aloe calidum superliga/⁊ dimitte vna die ⁊ vna nocte.

D ¶ Itē fimū galli in aceto coctum superliga.

E ¶ Ad idem: Juuolue alcon herbam cū puluere apij in cordibꝫ paruarum auiū: ⁊ da ei comedere. De hac materia reperies per Albertum tradita in libro suo de animalibus.

Caput. xlvj.

Fasianus. Ex lib. de na. rer. Fasianus ē gallus siluaticꝰ/auis pulchra valde pēnis coruscis: instar ignis: ceruleus interdū ac viridis/rubeisq; penis: interscribitur nitor: Aures geminas videtur habere in capite plumis extantibꝫ q̄s subrigit qū vult atq; submittit. Cristis aūt in capite caret: ⁊ spiculis in cruribꝫ: his tñ armis frustratus animosus ⁊ audax est. Aresto. Fasiani tātū coitus tēpore simul habitāt ceteris vero tēporibꝫ separatim: nec cito rubricatas habēt barbas vel in pedibꝫ calcaria sicut galli domestici: sed tractu tēporis. Fasianus sic capit: aliquādo auceps pāno in quo hec auis depingit coopertus: fasiano se ostēdit: q̄ sequēs coopertū/nec fugientē/nec retrocedentē: tandē a socio ancupis in insidijs latitante rethi inuoluit. Hec auis in aura pluuiosa tristat ⁊ tūc in rubetis ac syluis latet. Circa vesperā vel aurorā de sylua egredit: ⁊ tūc de facili venat. Rostrū in terra figens abscondit se: ⁊ sic absconditū se totū credit: pennas pre pinguedine mutat. Iterumq; sepe renouat. Carnes habet subtiliores ac leuiores ceteris auibꝫ syluaticis: exceptis perdicum pullis.

¶ Isydorus. Fasianus a faside insula dictus est: vnde primum asportatus est.

Caput. xlvij.

Fatator. Ex lib. de na. rer. Fatator est auis in oriente q̄ fetuū procreandorꝫ naturaliter cupida. Tēpꝰ veris anticipat: quo scz aues ceteras solent initiare conceptus. Unde fit vt oua que tunc facit frigore corrumpantur/ne fetuum habeāt ef

fectum: sed iterum sequenti tempore calido ponunt: ⁊ tunc pullos faciunt: quod est contra omnes fere agrestes aues: que semel in anno ouant atq; pullificant.

Caput. xlviij.

Fenix. Isido. Fenix est auis arabie sic dicta: eo q̄ colorē feniceū habeat vel q̄ sit ī toto orbe singularꝫ ⁊ vnica. Nā arabes singularē ⁊ vnicā fenicē vocāt. Hec quingētis et vltra viuēs annis dū senuisse se viderit: collectis aromatū virgulis roguꝫ sibi instruit: et cōuersa ad radiū solis alatuꝫ plausu voluntariū sibi incendiū nutrit: sicq; iterū de cineribꝫ resurgit. ¶ Ambrosi. lib. v. Fenix cū finē vite sibi adesse animaduertit: facit sibi thecā de thure et myrrha ⁊ ceterꝫ odoribꝫ in quā impleto vite sue tempore intrat ⁊ moritꝫ. De cuius humore carnis vermis exurgit: paulatimq; adolescit: ac processu statuti tēporis alaꝝ remigia induit: sicq; in superioris auis speciem et formam reparatur. Doceat ergo nos hec auis exemplo resurrectionem credere: que sine exemplo et sine rationis preceptione sibi insignia resurrectionis instaurat.

¶ Solinus. Apud arabes fenix nascitꝫ: auis aquile magnitudine: capite onerato in comam plumis extantibus/ cristatis faucibꝫ/ circa colla fulgore aureo/ postera parte purpureus: extra caudam in qua roseis pennis interscribitur nitor ceruleus. Hec etiam est mens omnium aliorum autorum. Etiā idem habetꝫ in lib. de na. reꝝ. licet per alia verba.

Caput. xlix.

Filomena ⁊ Ficedula. Ex li. de na. re Filomena dicitꝫ a filos quod est amor/ ⁊ mene qd̄ est dulcis. Hec em̄ auis mira modulatiōe letificat audientē: gaudet ad ortū solis. Preitq; leticia venientē: verno tamen tēpore cātat/ hiberno nunq̄. In initio quoq; veris adeo sue vocis amenitate delectatꝫ: vt rarissime comedat: ⁊ hoc cū summa festinatiōe Itaq; certāt inter se tam pertinaciter: vt victa sepe vitā finiat prius deficiēte spiritu q̄ cantu. Unde et dicitꝫ a filos quod est amor ⁊ mene qd̄ est defectus: quasi amore deficiēs. Miramur igitꝫ in tam paruo corpusculo tā pertinacē spiritum Miramur in illo perfectā musice sciētiā. Modulatus em̄ editꝫ sonus: ⁊ nunc cōtinuo spiritu trahitꝫ in longū: nūc variatꝫ inflexo: nūc distinguitꝫ et cōciso: copulatꝫ in torto grauis acutus creber extensus vibrās: ⁊ aliquādo quidē medius: summus ymus. Meditantꝫ interim alie minores versisq; quos mirentꝫ addiscūt: audit attēta discipula. Redditq; vicibꝫ cantū intelligitꝫ emēdatꝫ/ ⁊ a docēte quodāmodo reprehēditꝫ. Statim aūt vt coire inceperit/ vocis amenitatē perdit. Et vt dicit Pli. Alia vox fit/ mutatꝫ ⁊ color. Ab exitu nāq; verni tēporis aucto estu in totū alia vox fit: mutatur et color: linguis eaꝝ tenuitas illa nō est que ceteris auibꝫ. ¶ Autor. Filomena ē auis parua canora omnibꝫ nota: que ⁊ luscinia dicitꝫ. ¶ Isido. Ficedule dicte sunt: eo q̄ ficos magis edāt: panditꝫ illo versiculo veteri: Cū me ficus alit: cū pascat dulcibꝫ vuis. Cur potius nomen nō dedit vna miethi. ¶ Plini. li. x. Ficedule formā simulq; colorē mutat: hoc tamen nomē habent autumno: postea vero melancoriphi vocantur.

Caput. l.

FUlica. Autor. Fulica est auis magnitudine & colore cigno silis & grādi rostro in scopul' littoꝝ cōmorat: has latini vocāt. ¶ Isidorus. Fulica est auis pudēdissima: cadauerib nō vescit: nec oberrat de loco ad locū: sz in vno loco pmanet vsqꝫ in finē: ibiqꝫ escā suā circa se colligit et deuorat. ¶ Idē. Fulica ē auis boni moris nigra: anati silis: nisi q; minor est anate. In stagnis delectabiliter cōmorat: esca & pace contēta: vñ patet si locū inueniat vbi pacē et escā habeat: nō inde recedit. ¶ Plinius lib. xj. Fulicarum generi dedit natura placabilem cristam per medium caput a rostro residentem.

Caput. lij.

FUcus. Barth. in li. de ppri. rer. inq: Fucus ē apis maior: dict⁹ aūt est fucus/eo q; comedit labores alienos q; si fagus/a fagin qō ē comedere: depascit em̄ qō nō laborauit q: nec mellificat/ sz aliorum mel māducat. De q̄ Vir. Ignauū fucos pecus a ꝓsepibo arcet. Sūt aūt fuci sine aculeo velut imperfecti apes: et sunt seruiciales verā apū: et ideo eis impāt vere apes primoscꝫ expellūt ad opa: tardātes aūt sine clemētia pungūt & puniūt: necꝫ i ope tm̄/ sz etiā in vetu adiuuāt apes: certe quo maior eoꝝ fuerit multitudo: eo maior examinū puētus. Cum mella vero ceperint/ matura cīle abigūt eas melleꝫ singulas aggresse eas trucidāt atqꝫ fugāt: nec vident/ nisi in vere. Imparonibo apū fuci errabūt regias māsiones amplas magnificas separatas coopculo eminētes & fiunt ser angule omnis celle singuloꝝ & q̄uis fuci sustineant tot labores: comedere tamē de melle vix promittunt/ nisi quantum capiunt et fruant: vt dicit Plini.

Caput. liij.

GAllus. Ex li. de na. rer. Gallus est auis faucibo & capite cristata: spicatis aduersis in cruribo armata. Vbi & quādoqꝫ spicula gallinei sz̄ horore potius q; opere nature. Gallus nocte pfunde cātat valdi⁹ & matutino tem⁹. Cantus em̄ cū vētō ferf: et anteꝫ estimari possit lōgi⁹ audit. ¶ Brego. in moralib. Gallus diei nūci⁹: horas noctis discutit: & demū vocē exhortatiōis emittit. Cūqꝫ cant⁹ edere parat/ prius alas excutit: ac sepm̄ feriēs vigilantiorē reddit. Ambro. Est galli cātus suauis in noctibo et

vtilis: q̄s bonus cohabitator: dormientē excitat: ⁊ solicitū admonet: vigilātē solat: ꝓcessuꝫ noctis signās. Idē. Leo timet gallū: maximeq̄ albū. ¶ Arist. Uisi sunt aūt galli: q̄ feminas suas iterficiebāt. Deinde solliciti circa pullos suos regebāt illos: ⁊ assimilabant feminis in nutriēdo illos: ita q̄ etiā inuicē nolebāt coire. Isid. Gallus aūt a castratiōe vocat⁹ ē: nā int̄ aues ceteras huic soli testiculi adimunt: veteres aūt abscisos vocabāt gallos. ¶ Ex li. de na. rer. Gallinace⁹ gall⁹ testiculis viduat⁹ dicit q̄ capo vulgarit appellat/ vt supi⁹ dixi. Fert aūt citi⁹ ipinguari q̄ albedine arcet. Cū gallinis q̄dē ipinguat.

Operationes

A ¶ Ex li. vt sup. Galli carnes grossiores sunt ad digirēdū ⁊ minoꝝ hūiditatis q̄ galline vel gallinacij. Decrepiti tñ galli carnes te-
B neriores sunt q̄ iunioꝝ. ¶ Gallinace⁹ aūt hꝫ carnes validiores omnib⁹ volatilib⁹ bonuꝫ
C sanguinē gñat et optimū nutrimētū. ¶ Aui. Galloꝝ melior ē ille q̄ nōdū cantat: antiq̄ vo
D mali sūt. ¶ Testiculi aūt galloꝝ multū lauda-
E biles sunt velocis digestionis. ¶ Ius gallorum confert dolori stomachi ex ventositate.
F ¶ Ius galli veteꝝ cū polipodio ⁊ aneto: cō-
G fert colice valde. ¶ Docet aūt Gal. in decoctiōe galloꝝ veteꝝ/ vt postq̄ nutriti sunt fatigent faciēdo eos currere vt cadāt ⁊ decollent: deiñ vētres euacuati ac sale ipleti suant ⁊ coquāt cū. xx. kyst aque/ donec veniant ad tres rotilas ⁊ bibat: hoc ius cōfert asmati: ⁊ etiā tremori ac dolori iuncturaꝝ. Esculapi. cerebrū galli cū vino bibitū omnes morsus destruit: et alia multa mirabilia facit.

Caput. liij.

Gallina. Isido. Gallina dicit a gallo: sicut a leone leena. Huius eñ mēbra ferunt quidā si auro liquescēti misceant cōsumi. Ex lib. de na. rer. Gallinis supponēda sunt oua semper impari nūero luna crescēte a decē vsq̄ ad quindecim. Oua incubari intra decē dies edita vtilissimū est. Nā vetera aut recētiora infecunda sunt: subuci aūt debēt impari nūero. Quarto vo die postq̄ ceperint incubari: si eoꝝ acuminib⁹ cōtra lumē in manib⁹ apprehensis/ purus et vniusmodi color perluceat estiment sterilia: ⁊ pro illis supponēda sunt alia. In aqua quoq̄ experimentū est. Nā ouum inane fluctuat iniectū aqua: subsidens vero plenū est. ¶ Phisiologus. Gallina ouat in omni tēpore: preterq̄ in duob⁹ mensib⁹ tropicoꝝ. Dum aūtē galline pulueris fomēto ⁊ crebra respersiōe fugētes vice balnei: sine coitu delectantur. Oua de quib⁹ exituri sunt/ masculi gallina gerit in parte vētris dextra. Ex quib⁹ aūt femine i sinistra. Uniuersaliter si galline oua sua nō incubauerint/ infirmantur. Et quedā galline semp faciūt gemellos: semperq̄ est vnus maior/ alius minor. Gallina qñ cubat in estate/ citius excludit pullos q̄ in hyeme.

Operationes

¶ Isidorus. Gallinaꝝ in cibo melior est illa A
que nondum parit oua: antiq̄ vero praua
¶ Adeps pullorum calidior est q̄ gallina- B
rum magnarum. ¶ Caro etiam gallinarum C
clarificat vocem. ¶ Cerebrum gallinarum D
prohibet fluxum sanguinis narium ⁊ cerebri velaminibus accidentem. ¶ Idē. Epar E
gallinarum pinguium sicut et anatum sanius est ceteris galline sanguinis vt dicit.
¶ Idem. Adeps quidem galli sicut et cerui F
vehementioris est calefactionis. ¶ Adeps G
autem galline minus calidus est: et asperitati lingue confert. ¶ Esculapius. Ouum H
galline valet ad omnem dolorem oculorum: etiam albumen infusum oculis sedat punctiones. ¶ Totum ouum combustum: ⁊ cum I
vino vel aceto bibitum/ omnes fluxus stringit. ¶ Ouorum quinq̄ vitella bibita cum K
tribus vini chyatis emoptoicis valent.
¶ Adeps gallinarum pustulas oculorum re- L
primit. ¶ Tybie quoq̄ cum pedibus cocte M
et cum sale et oleo ⁊ aceto colli dolorē sedāt.
¶ Stercus eius flegmones qui nascunt in N
naribus impositum/ sanat.

Caput. liiij.

Gallinaci⁹. Alexā. Gallinacius si bñ vrticef/ducet pullos suos admodum galline qđ vt dicif nō facit ꝓpter commodū pulloꝝ/sꝫ ꝓpter cōmodū ꝓpriū: vt ex calore pulloꝝ faciat venenū vrtice euaporare. ¶ Ex li. de na. reꝝ. Gallinaci⁹ gallus testicul⁹ viduat⁹ dicif/ q̄ capo vulgarit⁹ appellaf: vt supi⁹ in ca. xxij. dixi. Ferf aūt citi⁹ ipinguari: q̄ libidine arcef: cū gallinis q̄dē ipinguaf sꝫ nequaq̄ ipinguādo fecūdat: cū eis pascif: sꝫ nō eas defēdit nō cātat/nec hora diei vel noctis discernit. Igif ad nihil vtilis est: nisi ad coq̄nā. Itē aliqñ gallus post triēniū castraf: postea quinq̄ vel septē annis viuere sinif: ꝛ sic in ei⁹ iecore lapis inuenif Electori⁹ quē vt ibi cōceperit/ nō postea bibit. Unde si quis hunc lapidē in ore suo habuerit/sitim extinguit. De quo inferius in tractatu de lapidibus tractetur.

Caput. lv.

Graculus ꝛ garrul⁹. Ex li. de na. reꝝ. Graculus ē auis nigra ꝑ totū corp⁹. Est eñ de gñe cornicis: licet corpe minor: libent⁹ in altissimis nidificat: ꝛ h̄ in tanta multitudine: vt in vna sepi⁹ arbore septē paria graculoꝝ nidos ꝯstruāt. Optime nāq̄ aues iste sibi inuicē cōpatiāf. Est aūt auis clamosa nimiū maxīe a tpe coit⁹: quē. s. coitū tēpus excitat vernū. Amorꝫ gr̄a mascul⁹ feminā cubat. Carnes pulloꝝ ei⁹ edibiles sūt ꝛ maxīe si excorient. Hāc auē nōnulli falso opinanf eādē esse garrulū: sꝫ mlta int̄ eas ē differētia: nā graculus est vni⁹ coloꝝ: garrulus aūt colore distinct⁹ ex diuersis plumis. Dictus a garriēdo: nō eñ eā quisq̄ transire pōt cōtra quē nō garriat. Ceteraꝝ aūt auiū voces v⁹ modulos nō ad delectamēta leticie sꝫ tm̄ ad garriēdū dicif imitari. Tāta plumarū varietate distinguif: vt nullus ei ceteraꝝ auiū color deesse dicaf. Captus in iuuētute claudif vt articulata ꝟba loq̄ doceaf: q̄ etiā vbi didicerit/magis garrire gestit. Et qñq̄ dū garrulitate intēdēs sibi nō ꝓspicit: nis⁹ eā īopinate rapit: freq̄nt̄ īsaniare d̄r: ita q̄ plerūq̄ int̄ furcatas arboꝝ ramos se suspēdit.

Operationes

¶ Pli. lib. viij. Gracula q̄ꝫ sicut ꝛ alie q̄dam aues lauri folio annuū fastidiū purgāt. A

¶ Idē. li. xviij. Graculi sero a pabulo recedētes hyemē p̄sagiūt. ¶ Isido. Est eñ loquacissimū genus et vocibus importunum. B C

Caput. lvj.

GRippes. Isi. Grippes vocat eo q sit aial pēnatū ⁊ q̄drupes. Hoc gen⁹ feraꝝ i ypboreis nascit mōtibꝫ. Omni corpis pte leones sūt alis ⁊ facie aq̄lis silēs eq̄s vehement ifesti: nā ⁊ hoies visos/decerpūt. Solin⁹. In asyathica scythia terre sūt locupletes ihabitabiles tñ: nā cū auro ⁊ gēmis affluāt. Grippes vniuersa tenēt alites ferocissimi ⁊ vltra oēm rabiē deseuiētes: q̄ꝝ immanitate obsistēte: aduenies accessu rar⁹ est. Visus q̄ppe decerpūt velut geniti ad plectēdā auaricie temeritatē. Arimaspi cū his pugnāt/ vt lapides q̄ ibi sunt/ intercipiant. ex q̄bꝫ sunt smaragdus sicenic⁹ ⁊ cristallus. Ex lib de na. reꝝ. Grippes ē auis q̄drupes: capite ⁊ alis aq̄le silis: sꝫ mluto maior: tñ in nido suo lapidē agathē ponit: nec dubiū q̄n ad aliqd remediū. Hi eq̄s ⁊ boibꝫ maxie infesti sunt: et hoies armatos p̄liādo superāt ⁊ occidūt. Grippes dñr auꝝ effodere in effossi inspectiōe gaudere. Alber. in lib. de na. ani. Grippes i posteriore pte ⁊ cauda ⁊ posterioribꝫ cruribꝫ imitat leonē: hꝫ etiā vngues longos ex quibꝫ ciphi fiūt. ¶ Johā. monteuille dicit: Corpus magni grippis mai⁹ esse octo leonibꝫ de partibꝫ istis: nā postq̄ bouē/equū vl hoiez etiā armatū occiderit/leuat ⁊ asportat pleno volatu. Illi⁹ vngule sunt tāq̄ cornua bouis: de q̄bꝫ fiūt ciphi ad bibēdū q̄ reputant valde p̄ciosi: fiūtq̄ de pennis alaruꝫ eius arcus rugidi et fortes ad iaciendū missilia ⁊ sagittas.

Caput. lvij.

GRicocenderon siue gracocēderō. Alber. in li. de na. anima. Gracocēderō auis esse dicit magna int omnia volatilia minus vtens coitu: vno em̄ coitu in estate implet/ feminā ad filiaꝝ fecunditatē: ⁊ sic toto anno non coit amplius.

Caput. lviij

GIrfalco ⁊ Gosturdo. Girfalco venit a ptibꝫ trāsmarinis in cohorte multaꝝ aucaꝝ siluestriū: q̄rūvnā de nocte ꝓpter frigus pellēs sub pedibꝫ suis: aliaꝝ de die capit in cibis. ¶ Autor. Girfalco idē dicit esse qd herodius. De quo dicit inferi⁹. ¶ Ex lib de na. reꝝ. Gosturdi sunt aues admodū parue/colorꝫ terrei/cristā ꝑuā ex plumis habētes in capite/nec aliaꝝ auiū more volātes: qui vēto cogēte nunc alta/nūc yma petūt. De his fert vulgo q̄ eaꝝ oua in terra posita a bufone: ex q̄bꝫ cū exierint pulli: tūc primū eos parētes curāt: eisq̄ cibos ferunt quo adusq̄ volatus tentare possunt.

Caput. lix.

GRus. Isid. Grues nomen de propria voce sumpserũt: tali em̃ sono susurrãt. He dum pergũt vna sequit aliam ordine litterato. ¶ Aristo. Gruibus quoq; natura dedit placabilẽ cristã per mediũ caput a rostro residentẽ. Regẽ habent grues: eiq; sunt obedientes. Grus dormiẽs caput sub alis declinat: ⁊ super vnũ pedẽ stat. Habẽt autẽ rectorem grues qui ceteris dormientibus ⁊ capita sub alis reclinãtibus excubat eleuato capite. Grues ad inuicem pugnant: ita q̃ in hora pugne accipi possent. Ex li. de natu. rer. Per grues domesticas alie capiuntur grues: habent carnes reliquis auibꝰ grauiores. ¶ Isido. Grues excelsa petunt: quo facilius videant quas petunt terras. Castigat autem voce que cogit agmen: at vbi raucessit succedit alia. Nocte autem excubias diuidunt: et ordinem vigilarum per vices faciunt: tenentes lapillos suspensis digitis quibus somnos arguant: quod cauendum est clamor indicat. Dicit Aristo. q̃ ad plagam septentrionalem vltra egyptum in hyeme veniunt quibus pigmei homines scꝫ cubitales occurrunt: et cum eis pugnant. Pugna gruum adeo fortis est ⁊ pertinax/vt manu capi possunt. Quando nubes pluiosas prospiciunt /claman et vociferant: ducem suum celeriores captare volatus solicitant. Cum autem super terram descẽderint vt comedant/dux earum caput in altum erigit in custodiam omnium: cetere vero secure depascant. Fertur autem q̃ post hyemem volantes a montibus orientis harenas aureas: ⁊ auricalcum lapidem transglutiunt: et post in partibus transmarinis euomunt. Unde dixerunt qui experti sunt: q̃ lapis quem grues euomunt/igne mediante transit in aurum.

GLuta. Isid. Glutis est auis grece sic noiata: q̃ longã exerit linguã. Hec instante hyeme recedentibꝰ hirundinibꝰ atq; ciconijs blãdiẽte sibi societate: aui de cum eis iter aggredit. Sed postmodũ in volatu labore cõperto penitẽtia ducit: ⁊ q̃m̃ in comitatẽ reuerti piget/sequit aues aliq̃s tanto tñ tedio tã paruisq; dietis: vt eã incõpleto itinere hyems anticipet. E contra vero citramus auis asie festinatior perseuerat et alias aues socias p̃it: redditq; solicitas: et excitat de nocte somnolentas. ¶ Aristo. Auis galator. i. magne lingue: linguã hꝫ prominentẽ valde: et hec adiungit in redeundo cum gruibus ⁊ alijs auibus.

Operationes

A ¶ Rasi. Caro gruis grossa est/que ⁊ tarde digeritur ⁊ sanguinem melancolicam generat

B ¶ Haly. Fel gruis calidum subtile: si cum aqua sansuci naribꝰ instilletur: paralisi prodest et facit titilationem.

C ¶ Item. Occisa grus vna die in estate/duobus in hyeme seruare debet antequã comedatur: vt caro digestibilior fiat atq; tenerior

Caput. lx.

Harpia. Autor harpie dicunt q̄dā aues maxime q̄ nunq̄ satiant mādūcādo Digitos ad p̄dā exacuūt curuis timēdos vnguibꝰ sup mēsas aduolant: ꝛ qd cōtingūt/auferūt: qd relinquūt/polluūt. Ex li. de na. re. Harpia est auis in solitudine iuxta mare ponticū: fame rabida/fere semp insatiabilis: vngues hꝫ ad uncos ꝛ ad rapiēdū et disserpendū semp paratos: faciē tñ hꝫ hominis: sꝫ in se nihil humane ꝟtutis: nā supra modū humanū ferocitate grassat. Primū hominē quē in deserto viderit/occidere fert. Etiā inde cū fortuitu aq̄s inuenerit/faciēq̄ suā in eis contēplata fuerit: mox sui similē hominē occidisse se perspiciēs: immodice tristat: ꝛ hoc aliq̄s vsq̄ ad mortē. Plangitq̄ occisuꝫ omni tpe vite sue. Hec auis (licet careat ratiōe) aliqñ tñ domestica ꝛ docta loquit hūana voce. Vir. in. iiij. eneidū de harpis loquit: Extruimusq̄ thoros dapibusq̄ epulamur opimis.
At subito horrifico lapsu de montibꝰ adsunt Harpie: et magnis quatiūt clangoribꝰ alas Diripiūtq̄ dapes cōtactuq̄ omnia fedant. Immundo predam pedibꝰ circūuolāt vncis

Caput. lxij.

Hyrundo. Ex li. de na. rer. Hyrūdo est auis leuissima/rostro paruo/cauda etiā furcata/forma grata/nigredine decētissima in vētre cādida/sub gutture ruffa modicā hꝫ carnē et nigrā/plumas mltas ꝛ alas magnas: ideoq̄ circū hꝫ volatū/diem prenunciādo/nunciat: dormiētes excitat: et ad laudē creatoris inuitat. Apricos montiū recessus hyeme petit: ibiq̄ nuda ꝛ implumis reperit. Aduentus sui tēpora custodit et aduentu suo veris initiū prodit. Quedā in iecore lapidem celidoniū portant. Harū pulli in hoc cognoscuntur: si pro signo pacis ore ad os in nido conuersi sedent. Nam ceteri q̄ non habēt lapidē auersis posterioribꝰ sedēt. ¶ Ambro. Hyrundinē accipiamus materne sedulitatis in filios grande documētū. Hyrundo minusculo corpore: sꝫ egregio pre sublimis effectu: in nido constituendo tam sapiens est vt hominum domicilijs paruulos suos cōmendet: vbi nullus eos incurset ore festucas legit: et luto illinit vt conglutinari possint: sꝫ qui lutum pedibus deferre nequit aqua pēnas infundit: vt eis puluis hereat: et limus fiat quo festucas sibi colligat: et herere faciat. ¶ Phisiologus. Hyrundines ouant bis in anno: sed oua prima quandoq̄ propter hyemem corrumpuntur: posteriora vero complentur: et faciunt pullos. Hyrundines ꝛ passeres pullos incompletos faciunt et pullificant pullos multos: propter hoc si extrahatur oculus hyrundinis pulli/dum paruus est/iterum crescit. Ex lib. de naturis rer. Hyrundinis femina libidinis imagine concipit: aut puluere Celidoniam vt dicit plinius: herbam scꝫ visui saluberrimā monstrauerunt hyrundines vexatis oculorum pullis illa medentes. Hyrundinum quedam nidificant in domibus: quedam in fenestris vitreis: quedam in abruptis montiū. Et he qualitate et quantitate differunt. Pullus hyrundinis auide clamat et ieiunis et de nocte. Si pullo hyrundinis extrahantur oculi/alias natura restaurante recuperat. In eius ventre lapis inuenitur multis deseruiēs vtilitatibus vnus scilicet ruffus et alius albus.

Operationes

¶ Dyascorides. Hyrundinis pullum primo defectu prime lune aperies/inuenies in eo lapides duos: vnum beneficum: et alterum maleficum. A

¶ Sed cum aperis eum/caue ne terram tangat. Hic in pelle vituli vel cerui positus in collo vel brachio sinistro patientis ligatus/epilentiam curat: si hoc assidue fiat. B

¶ Maiores autem hyrundines si combuste fuerint: puluis earum melle mixtus ꝛ inunctus/caligines oculorum detergit. Hec etiam squinanticos prodest. Et vue fauciumq̄ tumorem compescit. C

d ¶ Esculapius. Hyrūdinis cōbustio vel pul uis pulloꝝ eius combustoꝝ morbos fauciū curat. Eoꝝ eius si bibatur/idem operatur.

e ¶ Auicenna. Hyrundinis cinis et maxime adusti acuit visum.

f ¶ Et dicitur q eius cerebrum cum melle cō fert principio aque.

g ¶ Idem. Hyrundinum stercus valet albu ginitet hoc ipsum esse mirabile/sum expert⁹.

h ¶ Plini.lib.r. Fimus hyrundinis decoctus et poratus/confert morsui canis rabiosi.

Caput.lxiij.

Herodios. Isido. Herodios greci vo cant:quos latini Diomedes. Glosa super psalmū.ciij. Herodius est auis ra pacissima omniū volatiliū maior: que et aquilam vincit. Glosa super Deutro. Herodius vulgo girfalco dicitur:et rapit aquilam. Ex lib.de natu.rer. Herodius qui et Girfalco (vt glosa super Leuiticum dicit) in loco vbi aues immunde prohibentur/sine girfalcus (vt dicit liber rerum) appellatur. Est auis inter omnes nobilissima:colore ceruleo:um:maxime tamen parte corporis ad albedinem declinans:preterq; in pectore et alis/vbi celestem colorem euidentius imitatur:adeo fortis est/vt aquilam capiat: adeo quoq; animosus/vt cum post quinq; grues vel alias quasq; aues in aere volantes fuerit/dimissus ab earum persecutione non desistit:donec omnes ad terrā successiue deiciat. Est autem canis ad hoc educatus et doctus:qui herodio desuper volāte ipsas aues deiectas capiat et occidat. Herodius cum videt predam/excutiens se animat⁊ discernit/an ad capiendum apta sit. Carnes crudas⁊ seruatas non comedit/sed recentes. herodius parui corporis est respectu alarum suarum.

Caput.lxiiij.

Bis. Ex li. de natu. rerum. Ibis est auis super nilū requiescens:aquam tamen nūq; ingrediens: sed ciecta cadauera comedens/que cum cibis nimis cōstipata fuerit rostro de nature secretis indigestibiles cibos detrahit. Dentiuntur plane qui dicuntur ibites esse ciconias: nisi forte dicant genus esse ciconiarum in orbe nostro ignotum. Nam ibites (vt dicit plinius) habere rostrum aduncum: quod itaq; de ciconijs nostris falsum est: que rostrum habent longum directum in summitate acutum. Nec auis ore parit: et eius oua si quis comederit/morietur. Glosa super Esaiam Ibis est auis aquatica/serpentibus inimica. Huiusmodi aues Josephus a Moyse dilatas in bellum contra Erbyopes narrat: quia serpentes habundant in terra illa per quam aditus erat. Plinius lib:o. r. Inuocant ibites suas egyptij contra serpentiū aduentum.

¶ Physiologus. Ibis semper de nocte et die iuxta littora ambulat / quereus cadauer aliquod quod ab aqua iam putridum eiectū sit:refugiens altiores⁊ puriores undas vbi mundi pisces habitant: quia natare nescit: nec dat operam vt addiscat: cum cadaueribus delectatur.

Caput.lxv.

IBos. Alber. in lib. de na. animaliũ inquit: Ibos auẽ esse orientaliũ partiũ: fortẽ odiosa; eq̃s existere: hz em̃ hinnitũ sicut equus: sz vox eius est horribilis ⁊ terribilis ad audiendũ: ⁊ illa vocãdo eijcit eq̃s a pascuis: eo q̃ herbis pascit sicut equus. In uidie aũt ⁊ auaricie causa equos eadez auis extollit de pascuis cum pratis sedet.

Caput. lxvj.

ISpida. Alber. in lib. vt sup̃. Ispida auis est pulchra q̃ germanice/ yszuogel vocat: colorẽ hz mediũ inter viridẽ ⁊ ceruleũ: cui cũ radius solis icipit saphirini coloris videt in pectore: colorem hz carbonum ardentium: circa aquas volat pisciculis insidiatur et vermiculis.

Operationes

¶ De hac dicũt q̃ pellis eius detractat ⁊ parieti infixa/ mutat pennas annis singulis: sz probaui in quibusdam verum non esse. A

¶ Dicũt etiã auguria sectãtes q̃ hec auis cõseruata in thesauris/ thesaurus auget ⁊ abolet paupertatẽ. Infra in ca. de ybos ⁊ ydros ⁊ ysidaxione ⁊ c̃. plenius dicetur. B

Caput. lxvij.

Iches ⁊ Koky. Ex lib. de na. rez. Riches est auis q̃ vocibus diuersis vociferat/ ⁊ quolibet fere die vocem suam mutat: super arbores nidificat: ⁊ glandibus quando mature sunt cibum congregant sufficientem sibi. Educati vero pulli eius ⁊ ad volatum roborati cibant parentes suos in senectute faciuntq̃ eos manere in nidis absq̃ vllo labore.

¶ Eodem lib. Kokis est auis in cuius morte vociferãtur aues vociferatione dolorosa et suaui. Omnes quoq̃ aues vncorum vnguium cum viderint pullos suos volare posse: illos percutiunt ⁊ a nidis eijciũt: nec post q̃ cõpleti fuerint: de illis solliciti sunt: p̃ter Kokis que longo tẽpore de pullis suis cogitat: et cum eis volantibus volat: eisq̃ ad comedendum dat. Actor idem alibi de cornice dicit: vnde hanc auem estimo cornicem esse.

Caput. lxviij.

ynius/ Karbolus. Alber. in li. de na. anima.. Kinnius auis est p̄da viuēs: bone pullificatiōis/ diligēter pullos nutriēs: nō solū suos/ sed etiā nutrit pullos aq̄le subiectos tedio. ¶ Eodē lib. Karbolus auis est pigra: q̄ nec oua sua fouet/ nec pullos nutrit: ꝑ oua sua latent̄ in palūbi nido reponit: ⁊ a palūbis fouent̄ et nutriunt̄: pullicius ouis palumbi prius confractis.

Caput. lxix

Lagus ⁊ Lucidius. Jorat. Lag⁹ est auis aquatica mergo vtcunq̄ moribꝰ cōtraria. Nā sicut merg⁹ tēpestatē maris fugit: sic lagus in tēpestate letat̄ et ludit. Elicius super Leuiticū: Lagus est aīal in terra ⁊ in aq̄ habitās: volat em̄ ⁊ natat. Actor. Hec auis ē (vt fert̄) q̄ vulgo vocat̄ rasle. ¶ Ex lib. de na. rer. Luscidij dicti sunt q̄si lucē dātes haruꝫ em̄ auiū pēne ꝑ obscuꝝ in nocte lucēt. Vñ q̄ eas hñt qñ volāt p̄iactis luciferis pēnis: harum gratia vias dirigunt. In hercinio germanie saltu hec auis habitat.

Caput. lxx.

Laagepus auis est: vt dicit Alber. in lib de na. anima. sꝫ suū modū natura leporinos hñs pedes/ ⁊ vellus habēs plumis et male volat: ⁊ ideo in speculo sub terra viuit ꝙ qñ pro p̄da aliqñ ꝑsilit: statim capta/ p̄da ad antrū redit ⁊ comedit: hec auis nō domesticat̄ ⁊ capta morit̄ et citissime putrescit propter sue cōplexionis maliciā.

Caput. lxxj.

Linachos. Ex li. de na. re. Linachos est auis acuti visus valde q̄ ⁊ pullos suos anteqū habeāt alas cōpletas p̄cutit ad solē aspicere cogit: ⁊ si cuius ocl's lachrimet/ipsuz īterficit: alios ꝟo nutrit. Hec etiā marinis auibꝫ cibat: eosq̄ q̄nq̄ desup in aere leuata natātes cōtēplat: quā ille videntes se submergūt. At illa ꝓpe aquas descēdit eas vsq̄ ad suffocationē in submersiōe manere cogit: et tunc plumis ad supficiē aque deductas rapit.

Caput. lxxij.

Luscinia. Autor. Ipsa ē filomena: vt in papia legit. Isi. Luscinia dicit q̄si lucinia: q̄ cantu suo solet signare diei surgētis exortū: eadē ⁊ accedula a Cicerone vocat. Ambro. Luscinia puigil custos cum oua q̄ddā sinu corpis ⁊ gremio fouet insomnē lōge noctꝫ laborē cātilene suauitate solat q̄ possit nō min⁹ dulcibꝫ modulis (vt mihi videt) q̄ fotu corpis oua animare q̄ fouet. Pli. li. x. Luscinijs diebꝫ ac noctibꝫ cōtinuis q̄ndecim garrulis sine intermissu cāt⁹ est. Den sante se frōdiū germine digna miratu auis. Primū tāta vox in tā paruo corpusculo tanq̄ ꝑtinat spirit⁹. Deinde in vna musice ꝑfecta sciētia modulat⁹ edit son⁹ ⁊ nūc cōtinuo spiritu trahit in lōgū/nūc variat inflexo/nūc distinguit cōsciso copulat in tortu. Itaq̄ cesarꝫ iuuenes habebāt luscinias greco ⁊ latino sermōe dociles. Preterea meditātes in diem assidue noua loq̄ntes. Postremo hyeme ipsa nō cernit: linguis eaꝝ tenuitas illa prima nō est q̄ ceterꝫ auibꝫ. Pariunt in vere primo plurimū sua oua.

Caput. lxxiij

Magnales. Albertus in libro de naturꝫ animalium. Magnales aues sunt orientis valde magne/pedibus magnis et rostro hominibus nō nocentes. Piscibus in fluminibus ⁊ in alijs stagnis insidiantur et illos comedunt.

Caput. lxxiiij.

Merula. Isi. merula antiqt⁹ medula vocabat eo q̄ modulet: alij merulā aiunt vocitatā: q̄ sola volat q̄si mera volās. Hec cū in om̄ibo locis nigra sit: in Achaia tñ cādida est. Pli. lib. viij. Merula folia lauri fastidiū annuū purgat. Idē in lib. x. Abeūt ⁊ merule in vicina: s̄z plumā nō amittūt: nec occultant/ nisi spe cibi quo hibernū pabulū petūt. Merula ex nigra ruffescit estate canit/ hyeme balbutit/ circa solsticiū mutat rostrū/ anniculis in ebur trāsfigurat dūtaxat maribo. Ex li. de na. rer. Merula dicebat olim medula: q̄ mirabiles vocis modulos reddit. maxime cū vernū tp̄s iminere ꝓspexerit. Nā hyeme tacet: aut tm̄ balbutit. Olim merula fuit spectādum in clero miraculū q̄ arte humana edocta nouē notulas in ordine scd̄m musicā cātabat: ita perfecte vt nullus musicoꝝ eā aliq̄tenus imitari posset parilitate cōcordātie. Hec auis croceum quātulūq̄ colorē h̄z in pectore: reliquum vero corporis occupat nigredo. Merula domestica cōtra naturā carnes comedit: ⁊ hec dulcis canit: libēter se balneat ⁊ plumas rostro purgat. Cūq̄ nigra sit et turpis: in delectationē mouet seipsam propter amenitatē vocis merula plumas nō exuit: sicut cetere aues: sed rostrum suum singulis annis mutat in candorē: et in hyeme vix potest volare propter pinguedinem.

Operationes

A ¶ Haly merulaꝝ fimus qui risuz comedunt si tritus et cū aceto distemperatus: morpheeq̄ nigre superponatur: eā extirpat: sic quoq̄ lentiginē elimat.

Caput. lxxv.

Mergus Ex lib. de natu. rer. Mergus flumina stagnaq̄ innatat: ⁊ pisces persequit: sic dictus: eo q̄ in aquis se mergat: diutius tñ sub aquis morari nō valet: quoniā in aere spiritū recuperat qnādo percuti debet in aqua mergit. Serenus sulpicius tradit q̄ quedā eaꝝ species ē q̄ a re cornutā vocāt: eo q̄ rubeas plumas in capite instar cornuū habet. Cōtra omnes genus auiū pedes habēt in cauda: ita vt cū in terra stant sicut homo gestu pectoris eriguntur. Has aues beatus Martinus diuina virtute coegit aquam contra naturaz suam deserere: et arida loca desertaq̄ petere. Harum pulli statim vt oua exeunt/ tanto vigore pollent: vt si matrem eos perdere contigerit/ virtute propria viuant. Et vt dicit experimentator: in hyeme pinguiores sunt propter paucitatem motus. Omne em̄ animal sereno aere gaudet: et in eo plus vagatur. Pli. lib. xviij. Mergi sicut cetere aues aquatice pennas rostro purgātes: aut maria aut stagna fugientes/ presagiuntq̄ ventum.

Caput. lxxvj.

Merillus ⁊ Meropes. Isidorus: Merillus auis est non multo maior merula: colore quoq̄ prope similis: sed rostro pedibus vnguibusq̄ dissimilis: prede cupidus est. Sed q̄ paruus et parui roboris: paruarum auium est persecutor. Hi sicut accipitres et herodij socialiter volant. Imbuiq̄ q̄ tuor ex illis possunt vt cignum hoc modo capiāt. Primus ex eis ci

ni caput inuadit. Secūd⁹ a tertius ex vero q̄ latere binas alas. Quartus vero collum et pectus. Et sic cignus auis grauida: angustijs circumsepta mouere se non valens ab aucupe preuenta capitur ⁊ occiditur. ¶ Idē Merops est auis habens in dorso colorem ciameum: in pectore subrutilum: in ventre pallidum. Hec naturali calore abundans: antra septem pedibus altitudinis in terra fodit/ibiq̄ nidificat/ac fetus facit: ⁊ eos vsq̄ ad robur debitum illic abscōditos pascit et nutrit. ¶ Jorath. Meropes solliciti sunt de pullis suis. et quando iam senescunt ⁊ volare nequeūt. pulli fouent eos et alunt quousq̄ viuunt.

Caput.lxxvij.

Melancorisus ⁊ Morfex. Alb. in li. de na. aīaliū. Melancorisus sic dictus. q̄ mortificat. auis ē: vt dicit Plinius: quantitate parua fecunditate magna. Nam vltra viginti oua fouet: et om̄es inducit filios. ⁊ ita diligenter pascit q̄ in nidis pinguissimi sunt. ⁊ cum a nido volant ꝑ turbas matrē sequuntur nec ip̄a deserit eos donec per seipsos sibi ad procurationē sufficiant ¶ In libro vt sup̄. Morfex auis est aq̄tica ⁊ magna. Rostrum habet serratile ⁊ forte: et vngues fortes. ⁊ mergitur sub aqua et capit pisces magnos: ⁊ precipue anguillas ⁊ gregatiz nidificat in arboribꝰ iuxta aquā: et pascit pullos piscibus: et sunt voraces: et dicit de eis quādo auolare debent a nido si sentiunt se nimis grauari cibis de nouo sumptis euomunt eos vt leues fugiendo volare possint. ⁊ qui nō euomūt aliq̄n pereūt. Sterceus huius auis siccat arbores in quarū ramis cadit. Hec auis saturata expādit alas ad solem insidens palis et arboribus vt siccentur. et quādo incipit volare vix eleuatur et caudam diu in aquam ducit. Unde et a quibusdam humusculus vocatur.

Caput.lxxviij.

Mennonides Meauce ⁊ Merustiones. Alb. in li. de na. aīaliū. Mennonides aues a loco ab egyptijs sic vocatas. De egypto eī volāt ad nilum ad sepulchrū Mennonis philosophi semper in quinto anno. ⁊ cū biduo ibi circūuolauerūt tertio die pugnā ineunt ⁊ se rostrꝫ ⁊ vnguibꝰ lacerāt. ⁊ tunc reuertunt in egyptū. ¶ In li. vt sup̄. Meauce aues sunt a mutatōe vocis sue sic dicte. sunt aūt anatibꝰ maiores. ⁊ sūt breui colli ⁊ breuibꝰ pedibus. coloris cinericei: oculis glaucis. rostro ex parte croceo et ex parte rubeo: semꝑ clamās meauca. cadauerib⁹ cupidissima: ⁊ p̄cipue hoīm. vñ ⁊ gaudet in tēpestate. Insidiat tñ etiā paruis animalibꝰ ab istis auibꝰ. Etiaz multe alie aues apud marinos meauce vocātur. ¶ In eodē li. Merustiōes aues sunt parue rapaces tñ ⁊ aliq̄d habēt ꝺ falconū natura: ⁊ socialiter volāt ad predā. Et aliq̄n quatuor docent q̄ spe auxilij hoīs cignū ꝓsternūt: ⁊ tunc vnus capiti: ⁊ duo aūt alis insidētes. ⁊ q̄rtus pectus oppugnās cignū opprimēdo deꝯciūt: vt ab aucupe capiat. q̄n āt siluestres sūt parua auiū: sunt insecutrices. Sūt aūt in figura ⁊ color̄ fere sicut merule: excepto q̄ pedes vngues ⁊ rostꝫ hñt adūcos ad capiēdū.

Caput.lxxix.

Miluus. Isi. Miluus ꝺr q̃si mollis auis.l.viriby ꝛ volatu.rapacissim⁹ tñ ē.ꝛ semper domesticis auiby insidiat. Ex li.de na.re. Miluus vngues pedes ꝛ rostꝝ aduncũ hz instar accipitris:sed alas curuas ꝛ nõ rectas:in q̃ est eis dissimil. Audax ē in paruis:timidus in magnis.fugat a nisu:q̃uis in triplo sit maior illo. circa macellas ꝛ cadauera excubat. Jecur ei⁹ medicinale Plinius laudat. Glosa sup Hieremiã Aues sua tẽpora norũt: quãdo scz ad calida loca festinãtes rigorẽ hyemis debeãt declinare a principio veris ad regiones solitas redire. Uñ scriptũ est. Milu⁹ nõ apparet nisi in estate:sicut nec turtur ꝛ hyrũdo. In hyeme nanq; manẽt in nido vel latent in cauernis arbor: vt ad alia loca calidiora se trãsferunt. Jozath. Milu⁹ cubit⁹ cũ a nido egreditur in cõplemẽto alaꝝ suaꝝ aues magnas venat. Cũq; fortior fit magis debiles capit. in cõplemento aũt virtũ suaꝝ muscas et cullices ac lumbricos terrestres venat: ꝛ tũc fame morit. Ex Auiano. Miluus insidiat auibus domestic;:maxime q; pullos ꝺo incautos viderit statim rapit. Circa coquinas etiam ꝛ macella volitat: vt si quid carnis crude proiciat foras/velocius rapit.

Operationes

A ¶ Plli.li.xxix. Milui iecur adinunctiones
B oculoꝝ vitioꝝ laudat. ¶ Idẽ in li.xxx. Ex nido q̃z milui furcul⁹ viris alligatus cerui
C cerulo ꝛ opistotano auxiliari dicit ¶ Comi cialiby eris iecur milui deuoratũ medetur.

Caput.lxxx.

Monedula et Muscicapa. Jsido. Monedula ꝺr q̃si monecula: q̃ cũ aurũ inuenit:aufert ꝛ occultat. Uñ Lice.p Valeriano flac. Nõ plus auꝝ tibi q̃ monedule cõmittẽdũ est. Arest. Monedula pugnat cũ bubone q: bubo debilis est visus de die propter hoc rapit coru⁹ ille bubonis ova ꝛ comedit ea. Ex li.de na.re. Monedula q̃si moneram collẽs aut diligens dicitur. auis est nigra sed formosa ꝛ grata heim rocẽs in pullo edocta imitat. In matutino cũ ortu solis sola citius discretius ꝛ tenacius retinere dicit. Huius carnes pruritũ capitis excitãt nam ꝛ ipsa appetit in capite fricari. ¶ Ex li.vt supꝝ. Muscicapa est auis maior columba plumas babẽs vt lanari⁹ pedes.ꝛ rostꝝ vt hyrũdo. q̃ licz ortis rictũ habeat amplissimũ ꝓpter muscas ꝛ cinifes quib⁹ solum modo.vesc. Rostrũ tñ inter aues comparatione sui corpis habet minimũ ꝛ pedes silr.

Caput.lxxxj.

MUsca. Actor. Musce vt fertur ex immundicia nascuntur: immūdis adherent et loca immunda frequentant. Inquiete sunt et importune ⁊ infeste pungitiue ac tumultuose. ¶ Isidorus. Musca ex greco venit sicut mus. De sicut apes necate in aqua aliquotiēs post vnius hore spaciam reuiuiscunt. ¶ Arest. Animalia duas alas habentia: tantum pungunt aculeo: qui est interior sui capitis vt musce ⁊ mustiliones. Cuncq; quodlibet annulosum habeat membrum per quod sentit cibum. Musce ac mustiliones hoc membro pungunt: sanguinem extrahunt. Musca sicut et apis non facit strepitum ac sibilum nisi volando: scilicet alas per aerem inter ipsas: et corpus cadentem extendendo et contrahendo. Musca et formica non sunt nidificantes. In hyeme cocuntsi aer conueniens fuerit: et ventus meridionalis flauerit. Nō autem separantur in coitu: nisi grauiter quedam annulosa: quia coitus in eis multum durat vt patet in muscis ⁊ araneis. Musca habet aculeum sicut apis extra. ei⁹ natura est mollis et vacua. per ipsum gustat et sentit ac cibum attrahit. Habet itaq; dentes muscarum genus et apum: qui cum sint similes dentibus aliorum: ¶ Ex libro de naturis rerum. Musca proteruolat ⁊ circumuolando strepitum facit ex aere circumagitato. Inter alias rostrum habet quasi cannam concauam pedibus posteribus alas acuit: anterioribus autem rostrum et caput lucem diligit: nec in tenebris ambulare nouit. Ad calorem se libentius confert.

Operationes.

A ¶ Auicenna in quarto canone. Musca interficit arsenicum: quando de illo ponitur aliquod in lacte et sugunt musce. Interficit etiam eas fumus eius ⁊ fumus eburis: atq; decoctio ebuli nigri.

B ¶ Haly in libro vbi supra. Musce prosunt oculorum doloribus ⁊ sui palpebrarum.

E ¶ Que si comburantur: et cum melle super alopicie loca ponantur: capillos producunt

D ¶ Plinius li. xxiij. Musce quidem necantur: si locus foliorum sambuci decoctione spergatur.

Caput.lxxxij.

MIcedula. Isidorus. Micedula est genus corui q̄ pugnat cū bubone. Corui enim ova bubonis rapit: quia parum videt in meridie et ea comedit ova corui similiter de nocte. Actor. Idem dictu ⁊ est supra scilicet de monedula. vnde videtur idem esse: sed forte diuersitas illa nominis peruenit ex vitio scriptoris.

Caput.lxxxiij.

NIsus est auis. vt habet in li. de na. re. nobilis forma et roboris minoris q̄ berodius. sed vnus est color: pluma-

rum ambobꝰ. et tñ socialiter volare recusāt. Naz inuidia fertur et fastu. et cū impetit solus ambit honore victorie potiri. hoc quidē estimari potest. et forte merito: sꝫ reuera magis credibile est eū solum prede inhiare: nedum in volatu socium habuerit: pastu quoqꝫ sodalem accipiat. Non enim dubia fides est nisum parem sui generis dedignari. et velut alieni generis auem persequi. et hoc contra omniū auium genus. Nam vt dicit Aresto. Omnis auis in volatu predaꝫ capiens parcit sui generis auibus. Solus ergo nisus expers est generositatꝫ huius: et hoc cū ipo homine q̄ inter animalia terrestria animali sui generis insidiari non cessat. ¶ Alexander. Nisus ac triciolus locum eligunt in q̄ aues captas deplumāt singulis diebꝰ: multaqꝫ diligentia mundant q̄diu cōpares aues incubant: quibꝰ et eas ministrant. Actor est autē nisus aucupantiū volucruꝫ minima: sed prosexu ⁊ natura sua ad aucupandum promptissima: falconum generibus adiungitur.

Caput. lxxxiiij.

Nocticorax vel Noctua. Ex li. de nareꝫ. Nocticorax d̄r noctis cornus. lucifuga em̄ est: et nocte cibos querit. nam si de die volaret a ceteris auibus impediretur. Nocte (vt vulgus opinatur) mortem hominum prenunciare videtur vocibus importunis: caput habꝫ ingēs. nec vt aues cetere formatum. Rostrum habet aduncum vt nisus. vngues hamatos et asperos. in domicilijs vt parietibus precipueqꝫ rimosis q̄ sine tecto sunt libenter habitat: et pullos suos fouet. humanis vocibus delectatur: mures ⁊ omne genus eaꝝ persequitur. ¶ Isido. Nocticorax ipsa est noctua: quia noctem amat. Est enim auis lucifuga: id est lucem fugiens: et solem videre non patitur. Noctua dicitur eo q̄ nocte circumuolet. hanc insula cretensis non habet. et si venerit aliunde: statim moritur. ¶ Ambrosius. Noctua et nocticorax magnis et glaucis oculorum pupillis nocturnaꝝ tenebrarum non sentit horrorem. et quo fuerit obscurior: nox eo crebrior volatus exercet in offensos. Die autem videre non potest: quia ex orto splendore visus eius hebetatur. Habet autem ⁊ noctua cantus suos. ¶ Glosa super psalterium. Nocticorax est auis vigil: theter cornus noctis: habitans in parietinis: que vulgo ruine dicuntur: vbi parietes stant sine fundamēto. Unde scriptum est. Factus suꝫ sicut nocticorax in domicilio. ¶ Glosa super Leuiticum. Noctua est auis rapax de nocte.

Operationes

¶ Plini⁹. Huius carnes paraliticos curāt. A
¶ Idem li. xxix. Noctua est contraria apibꝰ atqꝫ vespis crabronibꝰ ⁊ sanguifugis. B
¶ Huius cerebruꝫ coctum in vino vel cibo sumptum: remedium est capitis doloribus. C
¶ Idē li. xxx. Oua quoqꝫ noctue per triduū in vino data: tedium adducunt ebriosis. D

Caput. lxxxv.

Nepas siue nepa. Albertus in li. d̄ naturis animalium. Nepa auis est longi rostri. in dorso colorem habet per-

dicto in ventre nisi. rostrum autem molli luto infigit: et cibum vermium requirit. et si aliquando profundi⁹ defixo rostro hesit. pedibus lutum eruens se liberat. Nec in die quiescit: et in aurora et crepusculo volat: et ideo tunc in altum eleuatis etiam rhetibus capitur. et habet carnes dulces ad comedendum. Hanc siccedulam quidam vocauerunt.

Caput. lxxxvj

Nocroculus. Ex li. de natre. Nocroculus est auis q̄ insimul multas recōdit escas ⁊ postmodū extrahit ⁊ manducat eas. ¶ Plī. Nocrocul⁹ similitudinem oloris habz nec distare estimarent omnino: nisi faucibus eius ineset alterius vteri genus. Nec omnia inexplebile animal congerit. mira vt sit capicitas. mox perfecta rapina sensim inde in os reddita: in veram defert aluum ruminantis more: hos gellia septemtrionalis proxima occeano mittit. ¶ Isidor⁹. Nocroculon vocant aues rostro longo quorum duo sunt genera Actor. Nocroculus. vt legitur: auis est rostro longo similis cigno. sed maior. porro in xta Hieronymum. nisi fallor: est auis illa q̄ fixo in palude rostro horrende clamat. que etiam in Esaia vocatur viula: quasi ab vulatu. Et dicitur in vulgari butorius. de quo dictum est supra. Que etiam de profundita te terre vel aque cibum trahere putatur.
¶ Ex li. de naturis rerum. Nocroculus est auis de partibus orientis. que cum vocem edere voluerit. caput in aquis ponit: et illic instar rugitus clamorem emittit. In faucibus quosdam habz folliculos: in quo primo cibum concipit: et post horam in ventrem suum mittit: ubiq; cum digerit.

Caput. lxxxvij

Opimachus. Ex libro de naturis rerum. Opimachus est cōtrarius serpētibus et pugnat cum eis. Ophis enim serpēs machos pugnans. Actor. Opimachus vt in Leuitico legitur: est ex volucribus mundis fm legem ex his videlicet q̄ gradiuntur quidem super quatuor pedes: sed habet longiora retro crura per que saliunt super terram. Estimo autem hunc inter volatilia minuta debere numerari. sicut brachum ⁊ locustam. que sunt eiusdem generis: sicut ibidem legitur. De attaco vero qui ibidem in eodem genere reputatur: nihil me penitus alibi legisse memini.



Caput. lxxxviij.

O Riolus ⁊ Ortigometra. Ex libro d̄ naturis rerum. Oriolus est auis sic dicta a sono vocis: coloris aurei per totum excepto q̄ in alis habet pennas quadam cerulei varietate distinctas. Niduz in ramis arborum minutissimis mira subtilitate dependit: ita vt in aere solo pendere videatur de terra cernentibus. Ipsum quoq̄ nidum ab imbre camerat ac densa fronde ꝓtegit. ¶ Isidorus. Ortigometra dicitur q̄ gregem cucurnicum ducit. Unde de hac dictum est superius in capitulo de Cucurnice ¶ Plinius libro. x. Cucurnices aquilone volant: maxime ortigometra duce. primam earum propinquantem terre rapit accipiter: ac sepe hinc comitatum solicitant abeuntq̄.

Caput. lxxxix.

O Syna ⁊ Ossifrago. Ex li. de na. re. O syna ē auis magna vt cignus: fluuios ac piscinas inhabitans. rostꝝ. habet magnum: et a gutture vsq̄ ad pectus instar sacculi: receptaculum longum et amplum: in quo magnam simul reponit copiā piscium. vt scilicet in tanta mole diffusa: natura non egeat paulatimq̄ digestis in ventre cibis inueniat paratum quod prebeat. Nunq̄ aues huiusmodi nisi in aqua diffusiori ⁊ piscibus abundanti habitant quia citissime paruam aquam. et si piscibus copiosam ingluuie sue vacuant. ¶ Isidorus. Ossifragus vulgo appellatur auis que ossa ab alto dimittit ⁊ frangit: vnde ⁊ hoc nomen accepit. ¶ Plinius libro. x. Alieti quidez suum genus non habēt. sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur. Id autem quod ex alietis natum est ossifragi genus habz. Ex quibus minores vultures progenerantur. pullos autem ab aquila deiectos ossifragi genus excipiunt: et cum suis educant.

Operationes.

¶ Idem in libro. xxx. Ossifragi venter arefactus ⁊ potus confert his qui cibus non digerunt. Uel si tantum manu teneant capiētes cibum: confert ad alligatus sed non continue. Unum autem est. Ossifrago intestinū omnia deuorata conficient: cuius extrema pars ad alligata prodest contra collum.

Caput. xc.

O Thus Pli. li. x. Othus est auis bubone minor: noctuis maior. Aureis plumis eminentibus. vnde et nomē illi. Quidam latini asyonem vocant. imitatrix aliarum auium: ac parasita et quodam genere saltatrix: capitur haud difficulter vt noctue intenta in alio circumeunte alio: q̄ si ventus agmen aduerso flatu ceperit inhibere pondusculis lapidum apprehensis. aut gutture harena repleto stabilitate volant. ¶ Idē in libro. xj. Itaq̄ buboni ⁊ otho plume sunt velut auree. Arest. Deniq̄ quidam othum vocant bubonem: deprehenditur autem quando venator incipit se mouere ad oppositam partem. ¶ Ex libro de naturis rerum. Othus est auis que vulgariter huans dicitur a sono vocis. nocte nanq̄ huhu horrifice clamat. ī proprie vocē humanam simulans. Ita vt hominem contractum frigo-

re clamare credas. sed terras speciales habet: in quibus huiusmodi voces profert. In ceteris autem vt in plurimum muta est. Hec auis bubone minor est / noctua maior / aduncum habet rostrum ac pedes: et eminentibus plumis habere videtur aures. preda viuit. carnibus vescitur. mures persequitur. et ab auibus ceteris odio habetur.

Caput. xcj.

Oua Almansor tractatu. iij. cap. de ouis. Oua galline et perdicis plus alijs cōuenientia. Post hec oua anatis in bonitate existūt: q̄uis malū efficiant nutrimentū. Alia vero oua sicut oua q̄ sunt paruaꝝ auium aut magnaꝝ comedenda nō sunt nisi medicine causa. Dico vero ouorum prius dicta gn̄a galline videlicꝫ atq̄ perdicꝫ sperma augmētant: atq̄ ad coitū stimulando incitant. Anseꝝ aūt oua fastidium faciūt grauem habentia odorē: sed galline et perdicis oua tēperata sunt et cōuenientia. Uitellus quoq̄ oui in caliditate temperatus existens bene nutrit. Albumē vero frigiduꝫ est et viscosum: dureq̄ digeritur. Sanguis etiam ex eo generatus non est bonus.

Operationes

A ¶ Sera. Que eligimus sunt oua gallinarū: nō ergo oportet vt q̄ narrem⁹ alioꝝ ouorū virtutē: q: eoꝝ natura ē eadem cū natura illoꝝ. B ¶ Et cōplexio quidē oui est frigidior corpore tēperato. nā infrigidat infrigidatōe tēperata: ⁊ desiccat sine mordicatiōe. Et oportet q̄ administrent ex eis illa q̄ sunt recentia q̄ vetera nō sunt bona. Albugo quidem oui administrat in doloribus omnibus in quibus est necessaria medicina q̄ nō mordicet. sicut sūt dolores oculoꝝ: ⁊ apata ani ⁊ pectinis: ⁊ omnia vlcera fraudulenta mala. ⁊ cū medicinis que abscindunt sanguinem qui fluit a miringis cerebri. C ¶ Et qn̄ imbibitur in ea lana et ponitur super combustionē ignis aut aque bulientis confert multū. Et est bonuꝫ in emplastris qui ponunt super frontē. et facit adherere pilos: quoꝝ ortus non est directus in palpebris. postq̄ miscet ei medicina conueniēs. ad hoc sicut olibanū. ⁊ maxime pingue ex eo qd̄ non est antiquū neq̄ nimis siccum. D ¶ Et iuuamētū est in hoc nō ꝓpter cōplexionem q̄ est in eo sed ꝓpter viscositatē. Uitelli vero ouoꝝ substātia silis est substātie albuminis. E ¶ Et ꝓpter hāc causam miscet cū cerotis q̄ nō habent mordicationē: postq̄ fuerit elixatū aut assatū. Paꝝ em̄ assatum desiccat superfluitates paucas. Et nos quidem estimauim⁹ q̄ hoc qd̄ acquirit ex hac virtute egressum ē a sua cōplexione. F ¶ Et miscet similiter in emplastris que prohibent apata calida. G ¶ Rabbi Moyses cap. de ouis. Oua in se recentia sunt cibus propinquior sanguini. sꝫ oua dura assata sūt ex cibis grossis viscosis. H ¶ Et oua iuuāt ad coitū: ⁊ maxime cū cepis et rapis. I ¶ Gal. sup illo amphorismo. Eoꝝ q̄ nutriunt paꝝ ⁊ tarde. ⁊ maxime in aqua cocta: ⁊ oua sunt grossus cibus sicut ius tritici ⁊ pisces. vitella coꝝ cum oleo rosato ⁊ croco remouent dolorē podagricoꝝ. ⁊ si multū doluerint: misceat modicū opij ⁊ inungātur K ¶ Contra incendiū ignis fiat vnguētum satis probatum ex vitellis ouoꝝ recentiū oleo rosato. cera alba et sepo arietino L ¶ Ad idem valet succus plantaginis cū albumine ouoꝝ recentiū ⁊ succo cucurbite. Albumē oui cū vitello in vrinali positū alicuius suspecti: qui quouismodo sumpsit venenū interi⁹. infra certas horas illud patefacit vbi sit: qm̄ si sit vltra gibbū epatꝫ scꝫ in venis vel vijs vrinalibus nigrescit ⁊ fetet M ¶ Si vero sit citra cōcauū eius vt in orobo vel intestinis alijs rugatur ⁊ citrinescit. sed nō fetet. Hoc reperi in margine cuiusdā Serapionis apud capitulū de vrina. ideo h̄ etiā hic addo N ¶ Auicenna libro. ij. capitulo d̄ ouis. Meliora ex eis sunt oua galline recentia. Et melius quod ē in eis est vitellus. O ¶ Et melius eorum artificium est: vt non cum alio congelentur. Post oua autem galline sunt oua auium que cursu earum procedunt

P ¶ Oua vero anatis et similia sunt mali humoris. oua sunt ad equalitatem tendentia. sed ipsorum albumen ad frigiditatem. et vitellus ad caliditatem.

Q ¶ Amplius omnia oua precipue oua passe
R rum augmentum faciunt in coitu. ¶ Et dici
tur q̄ oua anseris miscentur cum oleo. et di-
stillatur tepida in matricem prouocat men-
S strua post quatuor dies. ¶ Et idem in lib. de
viribus cordis. dicit q̄ confortat cor.

Caput. xcij.



Asser. Isi. Passeres sunt
minuta volatilia a parui
tate vocata. Oua passerꝫ
in nido reperta cuculli co
medunt ⁊ sua obiciūt. et
post illa suscepta fouent ⁊
nutriunt. Ex li. de na. rer.
Passer in tectis habitat: gregatim ad pastū
volat. oībus auibꝫ callidior est. cito digerit
quicq̄d glutit. vñ corpus eius nequaq̄ cibo
sumpto impugnat. sed tm̄ sustentat. Sterc⁹
etiā eius calidissimū est qñ emittit. Supra
modū q̄z luxuriosus est ⁊ in furorē citius cō
citatus: sz nulla mora discordie. Dicit Arest.
q̄ mas tm̄ vno anno viuit. femina vero diu
tius. qd̄ d̄ passeribus oriētis credimus. Nā
⁊ illa nigredo de qua d̄t q̄ est in collo mascu
li: nō est in eis q̄ sunt apud nos. scz in europa
Etas passeris apparet in rostro. q̄ iuuenis
habet illud cinerꝫ. ⁊ circa fauces croceū. Se
nex vero durꝫ et nigrū. In quibusdam orbis
partibꝫ morbū caducū hec auis patitur. Et
hoc vt Arest. credit q̄ semē iusquiami come
dit. Huius pulli cū euolare debēt: vicini pas
seres cū eorꝫ parentibꝫ conatus ipoꝝ euolan
tiū comitant vt imbecilles si necesse sit plu-
rium cōstipatione confortent. Aresto. Pas-
ser habet vocē sibi apropriatam: sicut et tur
tur. Pascitur aūt et vermibꝫ sicut ⁊ alie mul
te consimiles auicule. Glosa. sup psal. cxxiiij.
Passer aliquo strepitū magnū faciente vo-
lat: ne laqueo venantium capiatur. vñ inq̄t.
Anima nostra sicut passer ⁊c. ¶ Actor. Pas-
ser est auicula valde circūspecta: in tectis ha
bitat et in altis locis: in petre foramine nidi
ficat. Mas nigredinē habet circa os. femia
vero albedinem. Fertur autem hec auis mu
scas venari: et morbum caducum pati.

Operationes

¶ Auicē. Passeres omnes male carnis sunt A
⁊ omnia quidem oua. sed precipue oua passe
rum in coitu faciunt augmentum.
¶ Rasi. Caro passeris calidissima est et lu- B
xuriam commouet.
¶ Plinius li. xxx. Cinis passerum sarmētis E
crementorum duobus coclearibus in aqua
mulsa regio morbo resistit.
¶ Ex li. de na. re. Passer (vt dictum est) omni D
bus auibus calidior. vnde caro ei⁹ stiptica
est: ⁊ sanguis incentiua. Stercus eius: vt di
ctum est: calidissimum est quando emittitur
sed citissime infrigidatur.
¶ Haly. Oua passerum augent venerem. Fi E
mus eius a lentigine purgat faciem. quod si
cum hominis sputo distemperetur. eo q̄ va
rices cathaplasmentur extirpantur.

Caput. xciij.

Pauo. Ex li. d̄ na. re. Pauo ē auis pul-
cherrima ⁊ pulchritudis amica. Col
lū hz longū extentū colore saphiriū ⁊
pectus silr. in capite ꝟo pluma desup instar
corōe: vl' poti⁹ crispe. caudā longā ⁊ occultā

quã cum laudatur extẽdat. si pedum deformitatem viderit: mox deponit. Sed ⁊ si a tacito spectetur: pennas om̃es quas spectari gaudet contractis oculis abscõdit a crimatu fundere colores gẽmãtes incipit ⁊ tũc parit. Item nocte cũ euigilauerit: seq̃ in tenebris constitutũ intueri non põt. clamãs pauide suam pulchritudinẽ amisisse se credit. Idem clamore suo serpẽtes deterret ⁊ om̃ia animalia venenata depellit. ne de facili ꝓpe habitare audent: vbi vox illius freq̃nter auditur. Pauo qñ alte ascendit pluuie signũ est Arest. Pauo pullificat post triennium semel in anno. ponens et cubãs oua. xij. tm̃ vel minus. Mas coit cũ femina sua etiam superq̃ cubante ⁊ plerũq̃ frangunt. Ideoq̃ ponuntur aliqñ sub gallina ad cubandũ. Ponunt aũt oua duo ibi: q: non possunt ab illis plus extrahere. Pauõis femĩa ꝑma vice q̃ pullificat facit oua octo: et qñq̃ facit oua venti. Et postq̃ posuerit vnum ouum stat duobus diebus aut tribus. et deinde ponit secundũ.

¶ Palladius. Pauones ab ydibus februarijs calere incipiunt. faba leuiter torrefacta in libidinẽ prouocanturisi eis quolibꝫ quinto die tepida prebeatur. Cupidinem quoq̃ coeundi masculus cõfitetur q̃tiens circa se amictũ caude gẽmantis incuruat. ⁊ singularum capita occultata pennaꝝ locis suis erexerit cuꝫ stridore procurrens. Phisiologus. Pauo sue cõparis oua dissipat et consumit si ad illa etiã accedere possit: Est em̃ inuid⁹ (teste Arest.) prolem quoq̃ propriã non dignatur agnoscere: anteq̃ in cristam sibi similem ipsam venisse prospexerit.

Operationes

A ¶ Dyas. Pauonis fel magne virtutꝫ est eiusdem scilicet cuius et perdicis. vel alibi capo
B nis et scorpij marini. ¶ Ad effusiones oculorum valet ad caliginem aspredinemq̃ palpe
C brarũ ¶. Hieronymus. Fimus quoq̃ pauonis feruorem podagre dicitur mitigare.
D ¶ Phisicus. Caro pauonis diu reluctatur putrefactiõi ⁊ inobediẽtissime ẽ digestioni.
E ¶ Isid. Pauonis itaq̃ caro tam dura vt putredinem vix sentiat: nec facile coquatur.

Caput. xciiij.

Palumbus. Arest. Palumbe sũt aues que naturaliter sese diligũt. pugnãt tamen cõtra se pro nidis: eosq̃ sibijn uicem auferunt. Hi sicut ⁊ turtures in anno bis ouant binosq̃ pullificant. Hanc quoq̃ continentiam seruant: q̃ si parem suũ amiserit vlterius non coit. extra nidum stercus eijciunt: et cum eorum pulli creuerint adhoc

ipsum eos erudiunt: vt videlicet et ipsi eijciant. Est autem palumbus minor columba: nec domesticatur vt columba. Color eius ad nigredinem declinat. Pedes eius rubei et asperi. Viuunt autem ex fructu sicut et turtur. et palumbus semper apparet. turtur autem non. Huius generis femine non diligunt coitum. Isidorus. Palumba est columba siluana videlicet auis casta ex moribus appellata. est enim comes castitatis: cum amisse corporali consortio solitaria incedat: nec carnalem vltra copulam requirat. Ex libro de naturis rerum. Palumbi femina incipit oua cubare a medio die vsq̃ ad mane. mas vero residuo tempore. Mas palumbarum sugit terram salsam et humidam: ac ponit in os pulli: vt asuescat cibo. Palumbes amisso corpali cõsortio: nec viride quicq̃ in quo requiescat petit: nec carnalem copulam vltra requirit.

Operationes

¶ Plinius. libro. xxix. Palumbinos sanguis eximie prodest oculis cruore suffusis. A
¶ Idem in libro. xxx. Palumbi caro decocta in aceto dissintericis ac ciliacis medet. B
¶ Fimus palumbinus in faba sumitur contra calculos et alias vesice difficultates. C
¶ Similiter cinis plumarum palumbiuꝫ ferarum ex aceto mulso. D
¶ Dyas. Fimus palumbinus calidus ⁊ causticus cum aceto tritus et impositus: scrofas curat. et carbunculos rumpit. E
¶ Mixto vero melle ac semine lini ⁊ oleo vt cathaplasma adhibitus cõbustionibus medetur. maxime vero fungos venenatos bibentibus presidium est F
¶ Id melius facies si cum vino et aceto bibatur. G

Caput.xcv.

Platea ⁊ Pluuialis. Plini⁹ libro.x. Platea est auis que ad aues in mari pro preda se mergentes aduolat. eorumq; capita morsu corripit. donec capturā extorqueat eadem cum se conchis impleuit. calore ventris coctas euomit: atq; ita ex his esculenta excreans testas legit. ¶ Ex li. de na.re. Pluuialis est auis prope ad magnitudinem perdicis. varijs pennis ornata: croceo et albo nigroq; distincta. aere solo viuere dicitur. Huius argumentum est q̄ licet pinguescat nihil tamen vnq̄ in eius visceribus inueniri potest. Baculos plūbatos habent aucupes. quos altius in aere iactātes: retia super terram tendunt: ac fugitantes capiunt.

Caput.xcvj.

Papiliones. Isi. Papiliones auiculae sunt q̄ maxime florentibus maluis habūdāt queq; stercore suo vermiculos nasci faciūt: Ex li. de na.re. Papiliones sunt vermes volantes: q̄ maxime floribus initunt ex eis cibos capiūt. post augustū coeunt: et masculo moriente post coitum femina edit oua. quibus editis morit. que vero per hyemē durāt: ⁊ in estate vermes faciūt: qui calore solis ac nocturno rore inualescentes: alas cōcipiūt euolantes. Palla. li. v. Papilones q̄m apibus obsunt mense aprili necādi sunt. Tūc em̄ maxīe abundāt florētibus maluis: quos hoc genere intercipiem⁹ vas eneū miliario simile. i. altū ⁊ angustum. vespere inter aluearia collocem⁹. ⁊ in fundo eius ponamus lumen accēsum: illuc ⁊ papiliones cōuenient: ⁊ circa lumen volutabuntur. ⁊ angusta vasculi ab igne proximo interire cogentur.

Caput.xcvij.

Pellicanus. Isi. Pellicanus est auis egyptia habitās in solitudīe nili fluminis. Vñ ⁊ nomē sumpsit. nā canapos egyptus dr. Fertur etiā occidere natos suos eosq; per triduū lugere. deinde seipsam vulnerare: ⁊ aspersione sanguinis in filios viuificare. Phisiolog⁹. Pellicanus amator est filioꝝ nimis qui cū ceperint crescere: percutiunt parētes in faciē. At illi irati repercuciunt eos ⁊ occidūt. ⁊ per triduū lugēt. Tertia die mater eoꝝ pcutiēs costaꝫ suam ⁊ aperiēs latus suum. incumbit super pullos ⁊ effundens sanguinem suum super corpora eorum suscitat eos a morte. Ex li. d na. rerum.

Pellicanus dicitur quasi pellem habēs canam: idest plumas albas. In Egypto circa nilū habitat: ⁊ lacte cocodrilli viuit. qd̄ vtiq; bestia p̄ nimia mamillaꝝ habundantia in aliquo palustri loco in magna quātitate eijcit. vnde ⁊ cocodrillū libenter pellicanus sequitur. Hec auis macie semper afficitur: et quicquid glutit cito digerit. quia venter eius nullum habet diuerticulum quo teneat cibum. solum enim visceris habet ductum qui ab introitu oris vsq; ad secreta nature pertingit. Pullos suos sanguīe lateris sui viuificat: cum eos propter importunitatem suam occiderit. vel a serpente qui eis insidiat interemptos inuenerit. Post sanguinis autem effusionem adeo debilitatur: vt exire de nido nō valeat: sed eius pulli pro cibatione eius et sua exire compelluntur. Quidam tamen eorum segnes exire nolunt et pereunt. quidam autem seipsos quidem pascunt: sed matrem penitus negligunt q̄ cum illa post conualentiam viderit: pios filios nutrit impios autem abijcit et contemnit.

Caput. xcviij.

Perdix. Ex li. de na. re. Perdix ē auis dolosa et luxuriosa. masculis pro feminis dimicantibus victi calcantur a victoribus coitu. De nocte conuersis posterioribus perdices sedent. et libidinis tempore linguis ad inuicem extensis pre desiderio coitus estuant. Actor. Perdix prope terram volat que cuz in multis sit astuta in hoc dicitur esse fatua: q̄ sicubi possit caput abscondere: credat se totum latere. ⁊ cum ipsa neminem videat: putat quoq; neminem se videre. In hoc quoq; q̄ alienos pullos fouet ⁊ nutrit: cum eos citius amissura sit. Vnde propheta Hieremi. de illa in parabula dicit Perdix fouet que non peperit. fecit diuitias et non in iudicio. In dimidio dierum suorum derelinquit eas et in nouissimo erit insipiens. Phisiologus. Perdix oua perdit. sed eius mos est ouorum perditorum damna resartire: alterius matris oua surripiendo. Ambro. Perdix est auis astuta que alterius perdicis oua diripit: corpore suo fouet: sed fraudis sue fructum habere non potest: quia cum pullos suos eduxerit, eos amittit. Vbi enim voces illius audierint que oua generauit relicta ea ad illam se naturali quodam munere et amore conferunt quam veram sibi matrem cognoscunt. Arest. Perdix si fuerit prope marem et flauerit ventus impregnatur. In coitu facit odorem fetidum. Ad modum vero galline super oua cubat et super pullos: et colligit eos sub alis. Item in libro de naturis rerum. Perdicum mater vocat in circūitu venatorum quousq; pulli fugiant. et post fugam eorum fugit ipsa: tūcq; vocat eos secura ⁊c.

Operationes

¶ Isi. Perdicum carnes pre ceteris auibus siluestribus sanissime sunt. ¶ Huius auis pectus cum superioribus est valde sapidum inferior vero pars non ita. ¶ Perdix testante Plinio non pinguescit. ¶ Fel eius cum melle equo dōdere prodest ad oculorum claritatem. ¶ Dyas. Fel perdicis eiusdem virtutis est: cuius et pauonis. vnde valent ad effusionem oculorum ⁊ ad caliginem aspredinemq; palpebrarum. ¶ Haly. Epar quoq; perdicis siccatum diligenter tritum ac bibitum epilentie prodest. ¶ Plinius libro. xxx. Ius perdicum recreat stomachum. morbo etiam regio resistit.

Caput.xcix.

Dica. Isido. Pica dicit quasi poetica eo q̄ verba in discrimie vocis: vt homo exprimat. ¶ Ex li. de na. re. Pica est auis calidissima alba ⁊ nigra varietate distincta. linguā habēs latiorem quia sermonem imitatur humanū. Nidum suum inter loca spinosa cōstituit. eumq̄ terra interius et spinis exterius in circumitu subtus ac desuper diligētissime sepit ac munit. artissimū enim tantum foramen per quod ingrediatur in latere relinquit. et hoc eo loco quo nidus inaccessibilior est: quem cum ab homine visum senserit: oua trāffert alia commoditate digitorꝫ iuuante. Phisiologus. Pica garrula breuitatem alarum causa longiore recōpensat: nidum suum cum duobus foraminibus construit. per quorum vnum intrat: ⁊ alteram caudam emittit. In hoc autem commendabilis q̄ curie vel horta in quo nidificat prospicit: multo clamore prodit. ita vt a proposito reuocentur infelici.

Operationes.

a ¶ Ex libro de naturis rerum. Carnes pullorum eius ad acumen oculorum mandi dicūtur. qui tamen nisi prius excoriati fuerint facile coctioni non cedunt.

Caput.c.

Dicus. Isidorus. Picus a saturni filio nomē sumpsit. qui eo in auspicijs vtebatur. Ferunt enim hanc auem quoddam habere diuinum/illo indicio: q̄ in quacunq̄ arbore nidificauerit: clauum vel quicquid aliud fixum est: herere diu non potest: quin statim excidat vbi illa insederit. ¶ Ex libro de naturis rerum. Picus martiꝰ est auis parua: aduncos vngues habens: et arbores rostro penetrās. cunq̄ supinus corticem arboris percutit: subesse pabulum intelligit pullos in arboribus cauis educat. In quos cum sagittam vel aliud tale quis miserit. picus admota quadaꝫ herba statim eijcit quantalibet ingestum sit. Ex eorum genere plures nigri sunt vt merula. crocei vt orioli. Sed illi speciosiores ac maiores que sunt in vertice ruffi / in pectore crocei circa collum virides/in alis cerulei/in cauda chorusci. Picus in agro tarentino negatur viuere. Huic proprium est semel in anno caluescere: eo scilicet tempore quo rapa seminatur. De hac aue quidam videtur versum dixisse. Parua loquax volucris: dñm te voce saluto: Si me nō videas esse negabis auem.

Caput.cj.

Piralis. Pli. li. xj. Piralis siue pirores vel pirausta est musca maioris magnitudinis. ⁊ que in cipriarijs fornacibus ex medio igni volat pennatum quadrupes. quamdiu est in igne viuit. cum euaserit longiore paulo volatu tunc emoritur. ¶ Ex li. de na. re. In cipri partibus est muscaꝝ genus quadrupes que pennate sunt et mlto maiores quā nostre. ⁊ pirole dicunt: q̄m in fornacibꝰ e medio igniū volāt impune. et q̄dē mirabile est q̄ q̄diu in igne sūt viuūt: cū aūt extra volauerint: paulo lōgius moriunt.

Caput. cij.

Psitacus. Isid. Psitac⁹ in Indie litoribus gignit: colore viridi/torque puniceo/ grādi lingua: ⁊ ceterꝫ auibꝰ latiore: vñ ⁊ articulata verba exprimit: ita vt si eā nō videris hominē locutū putes. Ex natura aūt salutat dicēs: aue vl kere. Cetera nomina institutiōe discit: hinc ⁊ illud: Psitac⁹ a vobis alioꝝ noīa discā. Hoc didici ꝑ me dicere cesar aue. ¶ Soli. Sola India psitacū auē mittit: cui rostri tāta duricia ē: vt cum e sublimi precipitat in saxū nisu se oris excipiat. Ex li. de na. rer. Psitacus aq̄s alias quocūq; modo patit/ sꝫ pluuia morit. Idcirco in montibꝰ Gelboe nidificare fert: quia raro vl nunq̄ ibi pluit. Caudā suā summo studio custodit: pēnasq; rostro suo freq̄ntius extergit Auis est luxuriosa nimiū: bibitq; libēter vinū: semetipsaꝫ pede cibat: ⁊ illo ori suo defert escas: sicut homo manu. ¶ Phisio. Psitacus qui vulgo papiagabio. i. principalis seu nobilis: gabyo dicit: eoas siue indicas habitat oras. Montē quoq; gelboe libenter inhabitat propter eius siccitatē: q̄ multa humiditate suꝑabundante in cute morit: aliquantulum similis est obelo et falconi: Virides habens plumas: pectus rotundū/ rostrū aduncum/ tante fortitudinis: vt caueam suā vi ex virgis ferreis frangat: hominis vocē imitatur. Mire q̄ꝫ caliditatis est in exsiccando risum. Homines etiā osculari domesticos cōsueuit: admoto speculo propria forma deluditur: et nunc gaudenti / nunc dolenti similis efficitur. In aspectu quoq; virgineo multū delectatur: et cum vino inebriatur.

Caput. ciij.

Porphirio. Isido. Porphirio est auis cōtra modum aliarum vnum pedem habens latum ad natandum: alium vero fissum ad ambulandum. In quo notatur q̄ vtroq; elemento gaudet: ⁊ in aqua natans vt anates: et in terra ambulans: vt perdices. Hic solus preter psitacū pede suo instar manus aquam suscipiens ad rostruꝫ defert ⁊ potat: seq; humano modo cibat: quia cum omni cibo ⁊ cum solo morsu oportet vt bibat. Virtutem eñ appetitus habet et debilem naturaliter in attrahendo cibum ⁊ sibi incorporando. Huius generis laudatissimi sunt: qui rostrum habent magnum ⁊ crura prelonga. ¶ Autor. Porphirio (vt fertur) idem ē q̄ pellicanus. ¶ Unde in Deutrono. vbi secundum Hieronymi translationem inter aues immundas porphirio comedi prohibetur. Iuxta. lxx. interpretes pellicanus ponitur.

Regulus. Ex li. de na. re. Regulus q̃ ⁊ parra quasi auis parua dicit multa ē su prole ⁊ garritu. Cōdixerāt aliqñ aures inter se sicut fabula refert: vt illa pro rege haberet: q̃ sublimi volatu oēs alios vinceret. Cunq̃ parra sub aq̃le ascella latitāte. Aq̃la oēs alias aues ceteras trāscēderet exiliēs parra insedit aq̃le capiti/ ⁊ iñ se esse victricē asseruit.

Caput. cv.

Scrabrones. Isi. Scrabrones a cabo. i. caballo vocati sunt: eo q̃ ex eis creent. Sicut aūt scrabrones nascunt de carnibo equoꝝ putridis: ita ex eis iteꝝ sepe nascunt scarabei: vñ cognomiati sūt Ex li. de na. reꝝ. Scrabronū celle sex angulares sunt: cetere vero cortice araniose. Lib de natu. alligat ibi Pliniū: cuius vera litera est. Cetera aūt cortice. Nā a p̄ncipio sic cōtinuat. Vespe in sublimi e luto nidos faciūt: ⁊ in his ceras scrabrōes in cauernis ac sub terra. Et hoꝝ oīm sex angule celle. cetera autem cortice. Araneis vetus et ipse ineq̃lis ē: ali⁹ in ꝟmiculo. Et autūno tñ verno: omnia hec carnes vescunt. In plenilunio crescūt: hyeme recōdunt. Autores dicūt interfici puerū binū ter nouenis puncturꝫ scrabronū. Scrabrones ac vespe nequaq̃ reges sicut apes habēt: ⁊ ideo ꝑiculis plurimis subiacēt: horridos sonos ac murmura depromūt. Et hoc magis in cauis locis. Hoꝝ mella sunt humanis vsibꝰ inutilia. Que qui rapere voluerit/ stulto ꝑiculo se subdit: nā eorum aculeis iaculatur.

Caput. cvj.

Scarabei. Isidorus. Scarabei dicuntur eo q̃ de carnibus equorum putridis sepe nascuntur. Thauri vero vocantur scarabei terrestres ricino similes. Cicendula quoq̃ scarabeorum genus est: vt dictum est. Plinius libro. xj. Quibusdam insectis pennarum tutele crusta superuenit/ vt scarabeis: quorum penna tenuior atq̃ fragilior existit: his negatus est aculeus: ꝫ in quodam eorum genere grandi cornua prelonga bisulcis detentata forficibꝰ in acumine cū libuerit ad morsum coeuntibus. Infantum remedijs ex ceruice suspenduntur. Hos Egidius vocat lucanos. Aliud eorum est genus qui e fimo ingentes pilis auersis pedibus volitant: paruosq̃ in his contra rigorem hyemis fetus sui vermiculos nidulantur. Alij magno cum murmure vel mugitu volitant.

Operationes

¶ Plinius libro. xviij. Menstruosa mulier si segetem ambiat nudata scarabei decidunt et animalia noxia. A

¶ In libro. xxx. Viridis scarabei natura contuentium exacuit visum: ideoq̃ cōtuitu eo sculptores gemmarum acquiescunt. B

¶ Thauri: vt dictum est: vocantur scarabei terrestres ricino similes: nomen eis dedere cornicula. Alij pediculos terre vocant: qui strumis impositi conferunt. C

¶ Auicenna. Oleum in quo fricatur scarabeus/ valet ad dolorem auris in ea effusum: similiter et corpus eius optime contritum. D

Caput. xvij

Scinifes Jſi. Scinifes ſũt muſce mi nutiſſime aculeis permoleſte: quibꝰ tertia plaga ſupbo Egyptioꝝ popu lus eſt cęſus. ¶ Origenes ſup Exodũ. Hoc animal pẽnis ſuſpẽdit: p aera volitãs: ſz ita ſubtile ꝛ minutũ/vt oculi viſuz niſi acute cer nẽtis effugiat. Corpus cui inſederit acerbiſ ſimo ſtimulo terebrat: vt qui á volãtẽ videre quis nõ valet/ſentiat ſtimulantẽ. Gloſa ſup eodẽ. Scinifes nati ſunt in terra Egypti de limo muſce. ſ. minutiſſime ꝛ inqetiſſime inor dinate volãtes: atqꝫ in oculos ruẽtes homi nũ. requiẽ auferũt dũ ambigunt. ¶ Ex li. de na. reꝝ. Scinifes ſunt vermes minuti volã tes qui pecudũ anbelitũ ſequunt: ꝛ homines maxime. Pungũt aũt aculeis dormiẽtes acri ſatis dolore p poſſe. Vñ in locꝫ vbi abũdat eaꝝ pteruitas boies delicati circa lectos ſu os rberia ſua tã ſubtiliter laqant: vt per hec ſcinifes ad nocendũ tranſire non valeant.

Operationes

A ¶ Alber. in li. de ſenibꝰ: Extẽde pilũ a zuchi equi ſupra portũ domus/nõ ingredient do mum illam ſcinifes dum ſtat in ea pilus.

Caput. xviij

Strix / Scientides ꝛ Strophilos. Alber. in li. de na. aiali. Strix ẽ auis nocturna: de qua Luca. meminit di cẽs: q tepidꝰ bubo q ſtrix nocturna ꝗrunt. Hec auis a vulgo ama ab amãdo vocat: eo q pullos amat. Et ſic dicit q ſola int aues pullis humorẽ lacteũ inſtillat. ¶ Actor. Hoc nomẽ ſtrix eq̃ocũ eſt ad auẽ illã. ſ. ſelẽtide de qua iã dicẽs: ꝛ ad beſtiã berina cõſimilez. ¶ Plini. lib. x. Scientides aues vocant qua rum aduentũ precibus impetrant incole ea ſini montis fruges eoꝝ locuſtis vaſtantibꝰ nec vnde veniant/quoue abeant cõperrum eſt illis nunqꝫ conſpectis/niſi cum earũ pre ſidio indigetur.

¶ Actor. Idem inferius de ſcientide: ſurta lib. de naturis rerum dicetur. Et quo vitiũ ſcriptoris et altera parte eſſe videtur.

¶ Solinus. Strophilos eſt auis paruula: que dum eſcas affectat os cocodrilli/paula tim ſcalpit: aq ſenſum ſcalburigine blandien te adducz ſibi vſqꝫ in fauces eius facit. Qõ conſpicatus ychneumon beluam penetrat populatis viſceribꝰ eroſa ex aluo exit.

Caput. cix.

Strutio. Autor. Strutio aliqñ quidē alas erigit/sz volare nequit: est em̄ ingens corpore/rara in plumis: habet aūt alas similes herodij ⁊ accipitris. Ferrū vero comedit. ¶ Aristo. De strutiōe ē opinio q̄ nō sit de gñe auiū/ꝓpter diuersitatē sue creatiōis: parti em̄ quadrupedib⁹ assimilatur: partim auib⁹. Nō hz alas: sz figuras alaꝝ q̄ volatui nō cōueniūt: qꝛ nō sunt tenues vt pili sz sicut quadrupes hz palpebras superiores et in eis pilos. Habēt iteꝝ plumā multā in inferiori ꝑte corporꝫ/⁊ duos pedes vt auis sz vngulā vissam vt quadrupes. Est em̄ magni corpis: cū auiū corpa necesse sit esse parua: alioquin volare nō possunt. Tres habet digitos in vtroq̄ pede propter alas ⁊ ꝓpter pōdus. Cūq̄ sit pōderosi corporis ⁊ nō boni volatus: multā hz superfluitatē: multūq̄ cōsit sicut gallina et perdix. Ex li. de natu. reꝝ. Strutio est auis pene bestialis generꝫ. Habet em̄ pennas: sed nunq̄ vtit eis in volatu. Alas hz tenues: et plumas velut pilos. In eundo alas erigit adeoq̄ in terra currit: vt equos celeritate precedat. Habet aūt vngulas bisulcos ad comp̄hēdēdos lapides quos emittit in fuga cōtra insequētes. Ferrū comedit ⁊ digerit: quia calidissime nature est: et equū naturaliter odit: et miro modo persequit. Equus etiā illam in tantū odit ac retinet q̄ eam videre non audet. Ossiculū paruum sub alis habet/quo se in latere purgat et agitat quando prouocatur ad irā: In pectore vero magnū os et latū/ad protectionē magni corporꝫ sibi creatū. Porro stoliditas ei tanta est/vt cū frutice collo occultauerit: reliqui corporꝫ latitudinē latere credat. Naturaliter aūt calescit/et ita plumas exuit: vt ⁊ nudus fere remaneat. Sed coriū habet fortissimū quo in plumis protegitur ab importunitate frigoris: corpus habet fere ad magnitudinē asini stature mediocris. Oua q̄z eius adeo magna sunt: vt ex transuerso secta vasa fiant ad bibendum pro amplitudine sua. ¶ Phisiologus. Strutio solo visu ita vouet oua sua in harena recondita: vt ex eis pulli egrediantur in lucem. Hec inter aues ceteras duos tantum digitos cōtinet admodum vngularum arietis/ita q̄ de concauitate pedis sui subtus quasi de funda ꝓiicit lapides super hominem. Ferunt etiam oculo vno intueri celum: et altero terram.

Operationes

A ¶ Rasi. Caro strutionis omnibus grossior indicatur.

Caput. cx

Strutiocamelo ⁊ Sturno. Plinius. Strutiocameli affrici vel ethyopici aues sunt grādissime ⁊ pene bestiaꝝ generis: altitudinē equitis/insidiātis equo excedunt/celeritate vincunt: ad hoc solū datis pennis/vt currentē adiuuēt: ceterum nō sunt volucres: nec a terra tolluntur. Vngule his ceruinis similes quibus dimicant: bisulce ⁊ comp̄hendēdis lapidibus: quos in fuga contra insequentes ingerunt pedibus. Autor: Videtur esse strutiocamelus species strutionis: vel ipsum etiam genus: sic appellari: quia sicut dictum est supra: pedes habet similes pedibus cameli. ¶ Ex lib. de na. reꝝ. Sturni sunt aues parue ad volandum extente fusco nitentes colore. Cateruatim volant: et quodam orbe circumaguntur omnibus in medium tendentibus: et hoc propter accipitres qui eis insidiantur. Vespere quidem aggregantur. Etiam immensis turbis commurmurant/nocte silent/aurora rubente murmur excitant. Demum vero diuise per turmas ad cibum volant. ¶ Plinius: Est autem ⁊ sturnus ex auibus loquentibus: vnde et Cesares iuuenes habebant sturnum loquentem.

Operationes

¶ Rasi. Sturne vel sturni caro grossior est q̄z pulli vel cocurnicis. Ventrem stringunt: et multum nutriunt. A

Caput. cxj

Tarda ⁊ Tragopa. Isi. Trada apd nos dr̄eo q̄ tardo ⁊ graui volatu detēta: nequaq̄: vt cetere volucres velocitate pēnaꝝ attollit. Grece autē gradipes vocat. Auicē. Oua auis tarde: scdm q̄ dicit: sunt tinctura bona. ¶ Ex li. de na. re. Tragopa est auis in Ethiopia ferruginei coloris: maior q̄ aquila: caput hꝫ vt fenix: excepto q̄ in eo cornua hꝫ vt aries: vñ illud armatū pfert aduersus oēs aues sibi cōtrariantes. Soli. Tragopa ē auis maior aq̄lis: cornibꝫ arietinis p̄ferēs caput armatū

Operationes

A ¶ Aui. Oua auis tarde sunt tinctura bona

B ¶ Experitur hora q̄ preparata sunt ad illud cum filo lane in eis penetrante.

C ¶ Idem. Stercus auis tale/ confert empetigini.

Caput. cxij

Turdela ⁊ Turdo. Isid. Turdela q̄si maior turdus dr̄: cui⁹ stercore viscū gñari putat. Turdi aūt a tarditate vocati sunt: hyemis em̄ cōfinio se referūt. Ex li. de na. re. Turdi sunt aues pue q̄dē corpe: sꝫ puidētie magne. In cacuminibꝫ arboꝝ luto nidos edificāt ⁊ pene cōtextim. i. cōtinue post coitū gñant: ⁊ miꝝ/ q̄r. x. diebꝫ oua i vtero maturescūt/ ⁊ postea pariūt. Pli. lib. x. Ac abeūt turdi i vicina: sꝫ hi plumā nō amittūt/ nec occultāt nisi spe cibi q̄ hybernū pabulū petūt: itaq̄ in germania hyeme turdi maxime cernunt: ⁊ sūt aues trimestres sicut turtures. His color estate circa collū vari⁹: hyeme cō color. in cacuminibꝫ arboꝝ lutu nidificātes pene cōtextim in secessu gñant. Agripina cōiunx Claudij cesarꝫ turdū habuit/ qd nunq̄ ante ꝑmonē hoim imitātē. Pal. Turdi nutriendi sunt in cubiculo: ita qd includant illesi: ac recent capti mixtꝫ al. q̄bꝫ ante nutritꝫ: q̄ꝝ societate ad cibos ipsos capiēdos pauidam noue captiuitatis mestidudie consolentur. Sit aūt loc⁹ mūdus ac lucidus ⁊ vndiq̄ leuigat⁹ in quo trāsuerse figant ꝑtite: q̄bꝫ pñt post inclusū volatū sedere. Rami q̄ꝫ virides sepe mutent: carice tunse mixtis pollinibꝫ p̄beant: mirti etiā (si facultas ē) lētisci olea stridere semina iterdū excludēda fastidia: maximeq̄ aq̄ tribuat mūda. Turdi nāq̄ si alēdo iaginent/ ⁊ voluptatē cibi: et reditū maximū prestāt: parcitate bñficiū ministrāte luxuria

Operationes

¶ Aui. Turdoꝝ sterc⁹ comedētiū risi cōfert pāno ⁊ morphee ⁊ etiā empetigini. A



Turtur. Isido. Turtur a voce nominat. Auis pudica/semp̄q̄ in montibus iugis ⁊ in desertis cōmorans. Tecta eñ hominū ⁊ ꝯuersatiōez fugit: ⁊ cōmorat in siluis. Que etiā hyeme deplumata in trunc̄ arboꝝ cōcauis habitare ꝑhibet. Cuius ecōtrario colūba humana hospicia diligit: domoꝝ semp̄ blāda habitatrix. ¶ Ambro. Turtur est auis pudica: q̄ vbi cōiugalis ꝓprij fuerit amissiōe viduata: cōiunctionē iterate recusat: nec iura pudoꝛ: aut cōplacati iuri federa resoluat: ⁊ pim⁹ amor eā decipiēs: pl⁹ doloris ex morte q̄ suauitat̄ ex caritate dilecti gñat. Discite ergo mulieres quāta sit viduitas gr̄a q̄ etiā in auibꝰ p̄dicatur. Turtur eñ nescit primā fidē irrita facere: q: p̄ma cōnubij sorte amissa nouit castimonia seruare. Hec auis in nido suo folia squille supiacet: ne pullos suos lupus incurset. Nouit eñ q̄ huiusmodi folia lupi fugere ꝯsueuerūt. ¶ Ex lib. de na. reꝝ. Turtur sociū diligit: eo q̄ mortuo vel capto incedēs solitarie: siccis arboꝝ ramis incidēs gemēs ac tristis: nulli auiū ē infesta s̄z ad omniū infestatiōes patiētissima in loc̄ tutissimis ⁊ delectabilissimis habitat per totā hyemē in cōcauis arboribꝰ. In plumis iacet: in vere aūt ꝓducit: multe q̄dē eaꝝ terras calidas hyeme petūt: ⁊ mlte remanēt si locū habeāt: soli oppositū ad q̄escendū aptū. Aliqñ ita debiles sunt naturaliter vt manu capi possunt. Oua sepe terna pariūt: sed nunq̄ plus q̄ duas educāt: similit̄ ⁊ palūbi. Turtur ouat in vere bis ⁊ sepe ter. Sed hoc qñ vnū par ouoꝝ corruptū fuerit aut casu perierit: solaq̄ auiū pullos suos de nocte pascit ¶ Aristo. Turtur ex fructu viuit: sicut ⁊ palūbus. Palumbꝰ aūt semp̄ apparet: turtur aūt nō. Coit q̄dē turtur post. iij. mēses: pregnās est diebꝰ. xiiij. ⁊ totidē cubat. Viuit aūt ⁊ cubat sicut ⁊ colūba quindecim annis. ¶ Palladius. Turtures vt alant̄ breui ⁊ prope obscuro cubiculo claudendi sunt: quos nutrire facilimū est: quia nihil expetunt.

Operationes

A ¶ Auicen: Sanguinis turturis calidus distillat̄ sup̄ aurē contritā ⁊ dolorosam.

B ¶ Pli. lib. xxix. Turtur̄ sanguis eximie prodest oculis cruore sufuffus. Fimus earuz albugines extenuat.

C ¶ Huius ale dextre sanguis medicinalis ē immissus oculis:

Caput. cxiiij.

Vanellus. Ex lib. de na. reꝝ. Vanelli sunt aues q̄s Plini. simphalides vocat. Satis pulchre/columbina magnitudine/cristato capite/vt pauo: collo quidem colore viridi ⁊ lucentis reliqua vero parte corporis varietate distincta. Hec auis cum hominem etiam a longe nido suo appropinquare senserit/egressa statim cum clamore occurrit Sicq̄ stulta dum hominem a nido suo amouere se credit: ipso clamoris indicio nidū prodit: quem progressus homo spoliare contendit. Hoc idē dicit Plinius (licet p̄ alia ꝑba)

Caput. cxv.

¶ Et conuenit apostematibus eorum amborum: et quando sumitur in potu cum aceto/conuenit dolori splenis et epilentie: et fricatio eius conuenit alopicie. D

¶ Ubi sciendũ q̃ iste lapis vocatur similiter cos ocularia: quia in ea fricantur syeff. oculorum. Vel cos olearia: quia acuuntur in ea instrumenta ferrea/aspergitur super ipsa oleum. E

Caput. xlvj.

Cuprum. ¶ Ex lib. de natu. rer. Cuprum siue es: est eiusdem duriciei cum argento: ⁊ eiusdem liquationis. Hoc accepto q̃ est rubei coloris. Es nulla rubigine corrũpitur: fetorem hz: ⁊ tñ dulce sonat. ¶ Philosophus. Es siue cuprum in sonoꝝ est et vocale: natura calidũ sonus eius per se rudis ẽ: admixtũ vero stãno vel argento vel auro validum est valde: dulcemq; tinnitum hz. Tinnit autem ceteris metallis: sed vexat auditum: nisi stanno commodius temperetur.

Et fusile q̄dē est: et in omne artificiū ductile: sz cū labore ⁊ moderamine ꝟberāt; nunq̄ ꝟo sic purgari potest q̄n facile cōtrahat corruptelā. Durat tñ in annos plurimos.

Operationes

A ¶ Isido. Es autem a splendore aeris dicit: sicut et aurum ⁊ argentum. Apud antiquos p̄or eris vsus q̄ ferri cognitus est.

B ¶ Ere quippe p̄mi ꝓscindebāt terrā ⁊ certamina belli gerebāt: eratq̄ in p̄cio es magis.

C ¶ Aurū vero ⁊ argentū propter inutilitatē reyciebant. Nunc aūt viceuersa iacet es ⁊ aurum summo cessit honore.

D ¶ Int̄ oīa ꝟo metalla es vocalissimū ē ⁊ maxime potestatis. Ex eo et enea lamina fiunt.

ruptis humōribꝫ moriuntur: ⁊ qñ mortua vl̄ corrupta occisa lacerunt.

¶ Ego aūt in partibꝫ almanie in Sueuia vidi lapidē sup̄ quē cōuenerāt plus q̄ .ix. serpētes int̄ mōtes in quosdā prato/ ⁊ cū transitū facerent: inde dñs terre milites euaginatis gladijs sciderūt serpētes in multa frusta: et in fundo tñ q̄dā magnus iacuit serpēs ī multas partes incisus: et sub capite serpētis inuētus ē lapis niger format⁹: vt piramis abcissa nō ꝑlucidus in circuitu coloris pallidi pulcherrimū hñs descriptū serpentē. Et hūc lapidē ab vxore eiusdē nobilis mihi presentatū cum capite eiusdem serpentis. B

¶ Itē d̄r venena fugere q̄ fiūt a morsibꝫ animaliū venenatoꝝ. Victores d̄r etiā efficere. C

Caput. xlvij.

Draconites. Alb. Draconites est lapis a capite draconis extractus: et ferr̄ ab oriente vbi sunt dracones magni. Virtus ei efficax sicut lapidis q̄ vocat̄ borax qñ de dracone extrahit̄ adhuc viuo palpitante. Insidiant̄ aūt draconibꝫ dormientibꝫ. Et subito scisso corpore draconis adhuc palpitante/ euellunt lapidem.

Operationes

A ¶ Alb. in mirabilibꝫ dicit: ꝙ draconites deuincunt̄ inimici: contra venena valet si de viuo extrahat̄: ⁊ debet ferri in sinistro brachio Amme eñ actibꝫ multa cōfert. His etiā sup̄fluitatibꝫ que generant̄ in animalibꝫ ⁊ mortꝫ corruptio. Alterat ea qñ naturali morte cor-

Caput. xlviij.

Deimonis/ Dyadochos ⁊ Droselitus Alb. Deimonis ē q̄dā lapis bicolor vt arcus deimonis q̄ iris vocat̄. Est aūt deimon dict⁹ ꝙ grece intellectū vl̄ stellā clarā stillantē sonat. Idē. Dyadochos est lapis pallidus: dicit̄ alq̄ntulū berillo similis.

Operationes

¶ Albertus. Lapis deimonis dicitur conferre febricitantibus: venenosa pellere: et tutum ⁊ victorem reddere. A

¶ Dyadochos dicitur fantasmata intantuꝫ excitare ꝙ magi maxime hoc vtuntur. tñ applicatus defuncto/ vires amittit: quia mortem odire perhibetur. Horum autem ratio haberi potest in libris Magorum: hoc ē hermetis/ tebit/ bencorath: et Ptolomei de quibus non ē presentis intentionis. B

¶ Arnol. Droselitus est lapis varius: cuius nominis causa extitit: quia si ad ignem applicetur velut sudorem emittit. C

Caput. xlix.

Dyacodos/ Dyamanticus ⁊ Dyonisia. Arnol. Dyacodos est lapis pallidus berillo similis.

Operationes

A ¶ Et li. de. na. rer. Dyacodos ē lapis ꝙ aq̃ iniectus varias effigies demonū efficit: ita/

B vt det responsa petentib. ¶ In eodē lib. Dyamanticus est lapis qui in quocūq; metallo gestet ferreā cū sibi sedē propinquam eligit.

L ¶ Isido. Dyonisia est lapis niger mixtus rubentib notis. Hec ex aq̃ trita vinū fragrat:

D et odore suo putat ebrietati resistere. ¶ Philosophus. Dyonisia lapis est Orientis fusci coloris niueis respersis guttis. In aqua tritus/ vinū fragrat: et cū ebrietas contra naturam odore suo fugari solet.

De Lapidibus.

Caput. l.

Exacontalitus/ Ermistion ⁊ Ethites. ¶ Isidorus. Exacontalitus lapis ē in parua magnitudine: multicolor est: vnde et nominatus est. Tam diuersis cū notis aspersus est: vt septaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendantur.

Operationes

¶ Arnoldus. Exacontalitus est lapis valde A
paruus ex coloribus septaginta distinctus.
Hic hominis oculos efficit tremulosos.

¶ Et Lapidario. B

Exacontalitus lapis ex re nomen adeptus.
Corporis exigui miro dispendio supplet
Dum tot gemmaꝝ sumit gēmula sola decorē

¶ Isidorus. Ermisteon gemma inter gratissimas aspicitur: et ex igneo colore radiano auro: portans secum in extremitatibus candidam lucem. E

¶ Et libro de naturis rerum. Ethites est lapis punicei coloris: habens lapillum interiorem: ex quo fit sonorus. Hic ab aquila de extremis orbis partibus in nidum portatur. D
Naturaliter cū hunc esse causam ꝙ ova ꝑle immoderato colore concalescunt: nisi lapis naturaliter frigidus ꝓsens sit. Hic pueros incolumes seruat.

¶ Efficacissime prægnantes iuuat: ne abortum faciant: vel in partu graviter laborent: in leuo lacerto portari vult. Sobrietatem ⁊ gratiam/ facitq; victorem. De isto lapide superius etiam dictum est. E

Caput. lj.

EMathites. Isido. Emathites lapis est dictus: quia rubore sanguineus ē. Emach quippe sanguinis est. Gignitur in Ethiopia: Sed pncipalis in Arabia ⁊ affrica inuenitur.

Operationes

A ¶ Emathites dicit: quia emach sanguis tbi tbel sistens: babet enim virtutem stringendi fluxum sanguinis.

B ¶ Ex li. de na. rer. Emathites est lapis ferruginei coloris: mixtus venis sanguineis: bic missus in aquam bulientem eam reddit tepidam. Si quis cum deferat solis ardorē non timebit.

£ ¶ Item soli expositus a se scintillas emittit fructus a locustis ⁊ grandine seruat.

D ¶ Idem. Confractus ⁊ in aqua resolutus sanat eos qui saliuas sanguineas emittunt.

£ ¶ Sanat etiā ventris fluxū: puluis eius carnes mortuas crescētes in vulnere corrodit ⁊ tollit. Uino q̄z pmixtus/ulcera sanat. Bibitusq̄z lapidem vesice frangit.

F ¶ Ex lapidario. Sumpsit emathites grecū de sanguine nomen. Nature lapis humane seruire creatus. Stiptica cui virtus p multa probatur inesse.

Caput. lij.

EXacolitus et exebenos. Alb. Exacolitus ē lapis varius/dissolutiuus: vt dicunt periti medicorum. ¶ Dyasco. Exebenos lapis est albus et speciosus quo solēt aurifices aurum limpidare.

Operationes

¶ Alb. Exacolitus vino permixtus ⁊ potatus valet contra colicam ⁊ yliacam passionē A

¶ Dyasco. Exebenos curat stomaticos potatus cum passo ⁊ aqua: similiter amentes sanat potatus. B

¶ Ad venereas voluptates mirifice facit bibitus: quia non patitur diu eos fatigari. £

¶ Soluit etiā vesicā dolentē. Hā portatus partū sine egritudine cōseruat: et velocitatē parturientis facit circuligatus femori. D

Caput. lij.

ENidros/Efestis ⁊ Egypcilla. Isido. Enidros lapis est ab aqua vocatus: exundat enim aquā: itavt clausam putes in eo fontanam scaturiginem. ¶ Arnol. Enidros est lapis distillans perpetuis gutis/nec liquescit omnino/nec efficitur minor ¶ Ex libro de naturis rerum. Enidros lapis crūstallo similis miromodo perpetuis lachrymis distillat. ⁊ tamen durus ⁊ integer in omnibus persenerat.

Operationes

¶ Ex Lapidario. Huius nature grave est deprehendere causam. Nam si decurrit lapidis substantia quare. Non minor efficitur aut nō omnino liquescit. Si res exterior descendit ad inferiora: vt semper refluat/cur se non impedit ipsum: sēz ingrediens contrarius egredienti. A

¶ Isido. Efestis lapis ē speculi naturā hns in reddendis imaginib⁹ quanq̄z rutilet. B

¶ Experimentum eius est: si ferventi aque addita/statim refrigeret. Aut si soli oppsita materiam aridam accendat: nascitur in Ebo rintho. £

¶ Idem. Egypcilla gemma est radice nigra facie vero cerulea. Ex Egypto vbi reperitur sic appellata. D

Caput. liiij.

Elitropia. Isido. Elitropia est gēma colorꝫ viridis ac nubilis stellis puniceis sup sparsa cū sanguineis venis: cā vero nois est de effectu ipsius lapidis. Nam in labris eneis deiecta radios solis mutat: sanguineo repcusso: extra aquam aūt speculi modo solē excipit: deprehendit defectus eius subeuntē lunā ostēdēs. Gignit in Egypto et Affrica: sꝫ melior in Ethiopia. Magi hanc admixta herba eliotropia: quibusdā additis precātationibꝰ gerentē cōspici negāt.

Operationes

A ¶Aresto. Lapis elitropia si ponat sup aquā
B euaporabit eā. ¶Ex [illegible] Lapis elitropius in vase aqua pleno solis radijs subiectꝰ sanguineū solē reddit: ac si pateret eclipsim: nec in era vas ipsum in quo iacet ebulire videtur. Et aquā velat imbres spargere. Hoc facto videntes aripticij (si presentes sint) extra se rapiuntur et futura predicunt.

C ¶Hic lapis gestantem in longa vite tēpora producit/sanguinem stringit/venena fugat: et contra dolorem tutum facit.

D ¶Ex lapidario.

Ex re nomen habens est elitropia gemma.
Que solis radijs in aqua subiecta parillo:
Sanguinem reddit mutato lumine solem
Eclipsimq; nouam/terris effundere cogit.
Deniq; post modicum/vas ebulire videbis.
Aspergiq; foras subite scaturiginis imbrez.

Caput. lvi.

Epistites. Aresto. Epistites lapis est q̄ securitatem bestijs prebet: et si mittatur in aque bulientis vas: cessant ebulitionis eius ampulle.

Operationes

¶Arnol. Epistites lapis est rutilans ⁊ rubicundus ex parte cordis gestatus hominem tutum custodit: locustas ⁊ volucres nebulasq; steriles: grandinem ac turbinem a fructibus terre compescit: et soli opositus ignem ac radios emittit. A

¶Dyasc. Epistit in lapis rubicundus ac dulcidus est: ⁊ nascitur in corimbo. Hic in aquā feruentē missus/cōtinuo tepidorē eā reddit. B

¶Et si aliquantulum steterit/ibi omnem ardorem tollens frigidam eam facit. C

¶Hunc cum aliquis in manu dextra cōtra solem tenuerit/radios emittit et ignē vomit ita: vt videntes/mirentur. D

¶Qui vero circa brachium sinistrum eum portauerit/omnes turbas contempnit. E

Caput. lvj.

Falcanos/ Filater⁹/ Flōgites ⁊ Flogm⁹. Arnol. Falcanos q̄ ⁊ arsenicū vl' auripigmentū d̄r: lapis est rubeus et citrinus.

Operationes

A ¶ Habetq̄ naturā sulphur⁊ calefaciēdi ⁊ desiccādi. Si eri a ꝓponat/ trāsmutat illud in albū. Oīa metallina corpa exurit: ꝑter aurum.

B ¶ Idē. Filater⁹ eadē ē gēma/ eiusdēq̄ ꝟtut⁊ cui⁹ ē crisolit⁹: de q̄ sufficient dictū ē supius.

C ¶ Isi. Flongites gēma est ex Persida: et hec est vna ex gemmis ardentibus vel cristallinis ostentans intra se quasi flammas estuantes que non exeant exterius.

D ¶ Pli. Flogmus in Egypto inuenit: aurosum ⁊ flamineum habet colorem.

E ¶ Idem. Illinitus frōti flogmū scilicet somnum inducit.



Caput. lvij.

Ferrū. Isido. li. ij. Ferrū d̄r: eo q̄ farra i. semina frugū ꝯdat. Vsus ferri post alia metalla reptus ē. Cui⁹ postea versa ī obprobriū spēs. Aresto. in li. metheoroꝝ iij. Ex vaporib⁹ humidis in terra spēs nulla dilatat in ꝑcussiōe sicut ferꝝ. Eorūq̄ esse ē q̄ qñ coartat igneitas ⁊ lapideitas desiccant ⁊ arescūt. Idē in lib. iiij. Quedā sunt igne mollificabilia velut ferrū ⁊ cornu. Exitq̄ ferꝝ sic molle et scissibile. Ferrū aūt a calido liquatū coagulat infrigidatū: ipsumq̄ operatū liq̄tur vt humidū fiat: interq̄ coagulet. Scoria vero substat et deorsum dat. Cūq̄ multotiēs patit et mūdū fit/ hoc calibs fit. minusq̄ pōdus ē emūdati. Melius q̄ ferrū ē qd̄ minorem purgationme habet.

Operationes

¶ Ex li. de na. re. Ferꝝ frigide nature ē duꝝ solidū ⁊ incisiuū: oīa fortitudine sua domat: ⁊ a se tm̄ cōsumit. ¶ Sup oīa metalla corruptelā facilius cōtrahit. ¶ Et etiaꝫ connexa corruptiōe inficit. Rauce sonat/ igne ebescit et ductile fit. ¶ Ex eo fiunt arma diuersaq̄ instrumenta incisionib⁹ apta. A B C D

Caput. lviij.

Gagates. Isi. Gagates ꝑmā in Sicilia inuēt⁹ Gagat⁹ fluminis fluore reiect⁹: vñ ⁊ noiat⁹: licꝫ in britania sit plurim⁹. Est aūt niger/ planus/ leuis: ⁊ ardens igni admot⁹ fictilia in eo scripta nō delētur. Mirum q̄ aqua accenditur/ oleo extinguitur.

Operationes

¶ Ex lib. de natu. reꝝ. Gagates lapis niger est ac lucidus: caducis prodest accensus. A

¶ Demones quoq̄ fugat: aut si per os hominis obsessi loquant/ fumus eos tacere cogit. B

¶ Idem. Stomachū euersum iuuat/ ⁊ aq̄ in qua triduo iacuerit/ cito partū liberat. C

¶ Ipsa quoq̄ aqua si a puella potetur an virgo sit deprehēditur. Nam si virgo est immota manet. Si corrupta/ incontinenti mingit D

¶ Idem lapis demonibus ⁊ incantationib⁹ resistit/ serpentes fugat: vñ ⁊ aquila ponit eū in nido suo contra serpentes. E

¶ Sergius tñ dicit: q̄ hoc facit vt calorem suum circa oua temperet. F

G ¶ Idē q̄z calefactus cōfricatiōi matricꝫ qñ suffumigat ex ipso/epilēticꝫ confert. Fum⁹ eius effugat vermes venenosos.

H ¶ Dyasco. Gagates melior est ille qui facile igni exarserit: et odorem habet aspalti.

I ¶ Hic aqua solutus dentes mobiles confirmat: ad rigores precordiorum ac dolores et euersiones facit.

K ¶ Incensus serpentes fugat. Incendit aūt et in aqua mittitur et parturienti de eadem aqua per triduum potui datur.

L ¶ Demonibus ⁊ omnibus maleficijs resistit virginitatem deprehendit.

Caput. lix.

Galactides et Garamantites. Isido. Galactites lapis lacteus dicit qui attritus reddit succum album ad lactis saporem.

Operationes

A ¶ Feminis nutrientibus alligatus fecundat vbera. Infantiuꝫ quoq̄ collo suspensus saliuam fertur facere. In ore autem liquescere et memoriam adimere.

B ¶ Arnol. Galactides lapis ē cineri silis hūc mittit Nilus ⁊ Atheolus: datq̄ lactis succū ⁊ saporē: et in ore clausus/turbat mentem

C ¶ Collo circūdat⁹ vbera lacte replet: ⁊ femore ligat⁹ faciles pt⁹ p̄bet. Deniq̄ si vespe cuꝫ sale mixtus aqua ouile circūspargit: oues lacte replētur ⁊ scabies ab eis fugatur.

D ¶ Aresto. Lapis galactides dum ponit contra incendiū ignis extinguit: et si supra mulierem suspenditur/partus egreditur.

E ¶ Dyasco. Lapis galactides colore cinereus est gustu dulcis: sic dictus: quia tritus colorem lacteum emittit.

F ¶ Hic post balneū ieiuno datus cum mulsa vel aqua lactis copiam ministrat.

G ¶ Lacte⁹ aūt d̄r: q: p̄cedētia mala ī obliuiōeꝫ adducit: vñ et mulieri difficult parienti filo facto de lana ouis circa femur dextrū ligat⁹ mox eam sine dolore parere facit.

H ¶ Idē Fascina ligatū dolorē dentiū liberat Et qui secum portauerit: si principem vel alium offensum habuerit in obliuionem eū adducit et graciosum reddit.

I ¶ Pli. Garamantitē aliq̄ vocāt lapidē q̄ et sandaresius dicitur: de quo dicetur inferius

Caput. lx.

Granatus ⁊ Garatiden. Constā. Granatus est de gñe carbunculi. Est aūt lapis rubeus et perlucidus: in colore similis balaustijs. Est aūt rubeus aliquātulū obscurior carbunculo. Et cū subijcit ei in sigillis niger color: tunc magis rutilat. Et in hoc gñe inuenit q̄dā modus: q: intra ruborē sparsus hꝫ viole colorē ꝓpter hoc genus violatū dicit ⁊ p̄ciosior ē alijs granatis. ¶ Alb. Garatiden est lapis qui fert esse nigri colorꝫ. Probat aūt veritas huius lapidis sic. Si gestās lapidē totū corpus suū vngat melle muscis et vespis exponit: et si intact⁹ manet ab eis lapis est verus: et si deponit lapidem musce ⁊ vespe super mel cadunt et sugunt.

Operationes

A ¶ Cōstā. ⁊ Alb. Dicūt granatū letificare cor et pellere tristiciā: et ē ca. ⁊ sic. Et q̄ dicūt hūc esse de gñe iacincti/est falsum

C ¶ Inuenitur autem lapis hic ꝑm plurimos in Ethiopia: et aliquotiens intra Tyrum iuxta arenas maris.

C ¶ Alb. Aiũt q̃ lapis garatiden ĩ ore portat⁹ facit bñ iudicare opiniones ⁊ cogitationes.
D ¶ Fertur etiam q̃ gestantem gratiosum reddit hominibus. Ita similiter asserit Euax.

Caput. lxi.

Gagacromeon/Grisolit⁹ ⁊ Galacides Alb. Gagacromeon est lapis diuersi colorꝫ sicut pellis capoli. Idẽ. Grisolit⁹ ẽ gẽma colorꝫ aurei. In horꝫ matutinis visu pulcherrim⁹ ẽ: in aliis aũt horꝫ dissimil: ab igne aũt corrũpit ⁊ fugat. Et vt q̃dã dicũt ĩflãmat: ⁊ ideo timere ignẽ d̃r. Dicũt aũt alij q̃ ẽ aliud gen⁹ isti⁹ lapidis/q̃ ẽ lapis ignobil substãti e: et ẽ marchasita aurea q̃ mediũ q̃ddã est int̃ metalla ⁊ lapides. Dicit aũt tertiũ genus istius lapidis esse coloris medij inter ceruleũ ⁊ rubeũ. ¶ Plini. Galatides velut cinereus est gustu dulcis.

Operationes

A ¶ Alb. Gagacromeon victores reddit se ge-
B stãtes. ¶ Exptũ aũt dicũt esse ab Alchide p̃ncipe quodã: q̃ quotiẽs hũc lapidẽ secũ habebat/semp̃ vincebat in terra ⁊ in mari: q̃tiens
C aũt caruit/fert̃ hostibꝫ succubuisse. ¶ Alber. Grisolitus. Uirtus huius lapidis est curare scabiẽ et vlcera: et in manu gestatus/colorez
D febris mitigare dicit̃. ¶ Plini. Galatides latenter humectat: ⁊ leniter constringit: ⁊ ideo facit ad lachrymas oculorum.

Caput. lxii.

Gelacies ⁊ Glosopetra. Isido. Gelacies siue Galacies lapis candorẽ ⁊ figurã prestat grandinis. Duricia quoq̃ inuicta est: vt adamas. In igne fertur etiam frigus suum manere.

Operationes

¶ Arnoldus. Galacia lapis omni tempore frigidus/nec vnq̃ calefit. A

¶ Ex Lapidario. B

Est que candorem fert grandinis atq̃ figuram. Ictibꝫ omnimodis inuicta gelacia gẽma. Cuius nature vis tanta fore probatur. Vt omni tempore frigida sit/nulloq̃ calefit ab igne.

¶ Solinus. Glosopetra lapis deficiẽtibus lunis e celo cadit lingue humane similis est non modice: vt magi ferũt potestatis: q̃ ex ea motus lunares excitari putant. C

Caput. lxiii.

Gipsum. Dya. ca. de gipso. Gipsuz genus ē lapidis silis nitro: cuius ē optimū qd hz venas latas. Gipsum vero non coctū desiccatiuū est et stipticum ⁊ parum plausticū: et collectiuum.

Operationes

A ¶ Dya. Fluxū sanguinis ⁊ sudorē abstinet bi
B bitū offocat hoiez. ¶ Ustū vo leptomerz ē ⁊ desiccat ⁊ reprimitcū pusca tritū i iuribo: ē etiā vt gessamia: sz amplius stipticās ⁊ refrigerās fortit. Uñ illinitū frōti sanguinis cursuz stringit: potatū vo/ dissintericz ⁊ ciliacz ⁊ omni pfluo resistit. Flos eius facit ad ea q̄ instātius cō
C stringere volumus. ¶ Sera. lib. ag. ca. gipsen.
D Uirtus eius ē desiccatiua. ¶ Et idē auto. Gal. Nō administrat: nisi exterius: et vtus eius est que desiccat ⁊ cōglutinat ⁊ opilat. Et hoc iō q: ipsuz facit aggregationē ptiū cito: et cōuenit fluxui sanguinis qñ miscet cū medicinis siccz: q: gipsuz ē duz sicut lapis: et ideo opor
E tet q: admisceat cū albūine oui. ¶ Et fit multū stipticū qñ miscet cū puluere molēdini: q̄ aggregat qñ euolat ex farina frumēti super
F muros molēdini et pilis leporis. ¶ Et qñ adurit minuit de viscositate sua: ⁊ auget subtilitas sua: et sua densio: ⁊ fit stipticum: et maxime quando conficit cum aqua et aceto.

Caput. lxiiij.

Hyena ⁊ Hyeratides. Isido. Hyena lapis ē q̄ in oculis hyene bestie inuenit. Qui si sub lingua hoīs subditus fuerit futura cū p̄cinere dicūt. ¶ Aresto. in li. de animalibus. Gemmam hyena portant in oculis vel vt aliqui dicunt in fronte.

Operationes

¶ Varietas multiplex colorūq; mutatio inest oculis hyene: in quoz pupillis inuenit lapis quē dicūt p̄cidēdi futura p̄ditum ptāte. A

¶ Ex Lapidario. B

Tollitur ex oculis lapis extollendus hyene.
Uatidicum munere dicunt inferre gerenti.
Qui queat imbutus p̄cinere queq; futura.
Sub lingua loto si contineatur in ore.

Isi. Hyeratides ē lapis accipitrz colorz silis C
¶ Aresto. in li. de ani. Hyeratides lapis si ab hoīe gestet a muscis vel apibo nō mordetur. D
¶ Arnol. Hyeratides lapis est niger: quē q̄ in ore gestauerit magis cogitationū ⁊ opinionū iudex efficitur: et amabilis redditur. E
¶ Si aūt vtus eius probat/ corpus gestātis si nudū melle fuerit inuictū et muscis expositum intactū relinquēt ipsuz: ac si lapis ab eo auferatur suggent atq; corrumpunt corpus.

Caput. lxv.

Iacinctus. ¶ Ex lib. de ua. rez. Iacinctus ē lapis ceruleus: in obscuro nubilosus: in sereno clarus: ita q: aera sentire dicit. Peroptimus est ille q̄ nec nimium clarus: nec nimis obscurus. Est aūt frigidissimus: et hoc magis si mittat in os. Solidissime quoq; duriciei ē ita q: findi vel sculpi recusat. ¶ Dyasc. Iacincti: vt dictū est: species sunt tres: int quas granati sunt meliores: q̄ iuxta ignē magis rubicūdi fiūt. Et si ab aliq̄ ibi fuerat nigredo tollit: veneti vo nō patiūt ignē. ¶ Serap. Eius sunt tres species. Una est colorz rubei. Secūda ē citrini colorz. Tertia ē colorz cabali ⁊ colorz antimonij: ⁊ rubeus est melior alijs. Et qñ incēdit sup eū ignis/ rubescit multū. ¶ Alb. in suo Lapi. Iacinctoz duo sunt gña: aq̄ticus. s. ⁊ saphirinus. Aq̄ticus

est flauus albescēs. Sapbirin⁹ aūt ē flauus valde perlucidus: quasi nibil bñs aq̄tatis.

Operationes

A ¶ Albertus. De expertis est q̄ est frigidus: ⁊ confortat corpora: sicut omne frigidum q̄ stringit virtutem corporum intus.

B ¶ In de ligaturis pbisicis autem dicitur: q̄ collo suspensus vel digito portatus tutum reddit peregrinū: et gratum bospitibus.

C ¶ Et valet contra pestiferas regiones. Et expertum est q̄ somnum prouocat propter suam frigidam complexionem.

D ¶ Sapbirinus autem specialiter hoc babere dicitur: q̄ virtus eius est contra toxicum. Aiunt etiam: q̄ confert diuitias: et naturaliter ingenium bonum reddit et leticiam cordis.

E ¶ Serapion. Est autem virtus iacincti: q̄ qui portauerit secum ipsum ante figillationem factam cum corfit tutus a fulgore: ita q̄ non cadit super eum. Virtus bec est multum diuulgata inter homines.

F ¶ Auicenna de viribus cordis dicit: q̄ confortat cor.

¶ Helinandus libro .x. Jaspis optimus est viridi transluceniq̄ colore. A

¶ Caste gestatus fugat febres ⁊ ydropem. B

¶ Appositusq̄ iuuat mulierem parturientē. C

Alis autem eius fortior dicit in argento.

¶ Arestorcles. Jaspis clarificat visum bominis sanguinem stringit: et si super mulierem est/partum eius soluit. D

¶ Arnoldus. Jaspis est gemma multorum colorum: sed optimus est viridis ⁊ transluceus. De multis partibus trāsmittitur. Dominem tutum facit. E

¶ Et fantasmata pellit: luxuriam quoq̄ cobibet: et conceptū prohibet. Est autem virtus eius contra fluxum sanguinis et menstruorum. F

¶ Philosophus. Si quis autem inuenerit iaspidem viridem ⁊ in eo crucem/babet virtutem: vt ferens ipsum non mergatur. G

¶ Itaq̄ Galienum in digito portasse fertur hunc lapidem. H

¶ Item iaspis babet virtutem contra omnes inimicos: et pellit fantasmata. I

Caput. lxvi.

Jaspis. Albertus. Jaspis est lapis multorum colorum. Et habet species .x. Helio: tamen est viridis transparēs: habens in se venas rubeas. Debet autem in argento propie ligari. Hic in multis partibus inuenitur.

Operationes

Caput. lxvii.

Iris. Albertus. Iris cristallo est similis: et est vt frequentius exagonus. Dicit aūt Euax: q̄ de Arabia venit: et in mari rubro nascitur. Nos autem inuenimus maximam copiam boz lapidum in montibus germanie: qui sunt inter Renū fluuiū ⁊ Treuerensem ciuitatem: et diuerse quantitatis omnes sunt exagōi. In aliis aūt lapidibus cū naturaliter sunt rotundi: exagoni efficiunt. sic foramina apū i medio posita exagona efficiunt: cū illa que sunt in extremis sunt rotūda

Operationes

A ¶ Est aũt lapis siccissimus qd̃ sua indicat subtilitas maxima. Fit aũt ex aqueo succo q̃ euadit de materia lapidis q̃ gñat̃ in luto
B rubeo. ¶ Et qꝛ h̃ aqueũ vehemẽter a sicco apprehensum est siccus ⁊ durꝰ lapis valde
C ¶ Cũ aũt sub tecto soli eiꝰ ꝑs ĩmittit̃: ⁊ ꝑs eiꝰ in vmbra tenet̃: ꝓiicit reflectẽdo pulcerrimos colores yridis sup̃ oppositũ parietẽ vel sup̃ aliqd̃ corpꝰ ꝓpter qd̃ yris vocatur.
D ¶ Aliq̃d aũt sil̃e huic nascit̃ in gipso quod est perspicuũ in extremis ⁊ scissibile valde ⁊ vtuntur eo ꝑ vitro quidam in vitris.

Caput. lxviiij.

Scultos et Jena. Alber. ⁊ Isi. Iscultos ẽ lapis croco sil̃is. Lapis in vltis hispanioꝝ partibꝰ frequẽtiꝰ inuenit̃ iuxta gades herculis. iij. et in. ij. climatibꝰ iuxta hispaniã illã quã modo hispaniam vocamus.

¶ Operationes

A ¶ Est aũt lapis filabilis ꝓpter viscositatẽ
B in eo arefactã ¶ Et si de eo fiat vest̃ nõ cõ-
C burit̃: sꝫ ex igne purgat̃ ⁊ nitet. ¶ Et forte illd̃ qd̃ germãi vocãt salamãdre. qꝛ hec lanugo q̃ in̄ colligit̃ est sic̃ lanugo lapidꝫ humidi: q̃re ãt nõ cremat̃ in metheoroꝝ expeditũ est. Huiꝰ spẽm quandã dicũt eẽ quẽdã lapidẽ: quẽ quidã vocant carbũculum albũ. Imitat̃ carbunculũ in hoc q̃ fantasmatibꝰ ⁊ ꝑsagijs resistit. ¶ Valet cõtra do-
D lorẽ oculoꝝ ex hũida cã ⁊ redactꝰ ĩ pl̃uerẽ
E sanat scabiẽ. Itẽ Isi. dt̃ de lapide isto q̃ est
F albꝰ admodũ glãdis in quãtitate. ¶ Albertus. Jena est lapis a bestia que iena vocatur: sic dictus eo q̃ oculi eiꝰ in lapidẽ vertũtur. Aiunt aũt Euax ⁊ Aaien. q̃ positꝰ sub lingua ꝯfert diuinando dicere futura B

Caput. lxix.

Acabrates. kamã ⁊ kenne. Albertꝰ kacabrates ẽ lapis sil̃e cristalllo

Operationes

¶ De eo fertur q̃ eloquẽtiã dat ⁊ honorẽ ⁊ gratiã vꝫ ꝯ̃ hidropisim. ¶ Idẽ Alber. Ca- A
mã ẽ lapis frequẽter albꝰ in toto vel in par- B
te. variꝰ ẽ in colore. ⁊ frequẽtissime inuenit̃ immixtus oniximio. ¶ Virtusq̃ et fert̃ ex
imaginibꝰ ⁊ scripturis q̃ iuueniũt̃ ĩ ipso ⁊ ex C
sigillis. ¶ Euax in lapidario suo kenne est
quidã lapis multũ carꝰ regibꝰ. q̃ generat̃ in D
oculis ceruoꝝ in oriẽte: qui cũ serpentes comedũt deponẽtes seniũ vt fortiores fiãt intrãt flumẽ vbi morãt̃ ĩmersi vsq̃ ad caput. tam diu quousq̃ sentiant virtutẽ veneni separatã in terra lacrimã emittũt. que coagulata in oculis interdum vsq̃ ad magnitudinẽ nucis desiccat̃ donec cadat cũ de flumĩe exierint. ⁊ sic inuenitur. Et hec dicitur venenorum tyriaca.

Caput. lxx.

Arabe. Pã. ca. ccxxxviij. Carabe ẽ gũmi arborꝫ. vt gẽma vñ anuli fiũt vñ electrũ succinũ ⁊ karabe sub eodem ponuntur. qꝛ electrum est karabe et succinum est karabe.

¶ Operationes

¶ Vñ habemꝰ ab Alexã. ca. de Dissinteria trociscos dialectꝝ ¶ Itẽ Seruiꝰ sup̃ buco. A
Virgilij ĩ egloga pastorꝫ dicit q̃ electrũ est B

E post succinū. ¶ Itē cassius felix tracta. de trociscis dt. Trociscos de succino. ⁊ est eletrum ⁊ describit trociscos de karabe.

D ¶ Aui. in li. de viribꝰ cordis. Karabe ca. ē
E in. j. ⁊ sic. in. ij. Aliq̄ volūt ꝙ sit fri. ¶ Actor. de karabe inuenies superiꝰ in tractatu de herbis cap̄. ccxxxvij. de K. quare lector ibi dē recurrat ⁊ inueniet eiꝰ ꝑtutē ⁊ oparōez.

Caput. lxxj.

Lazuli latine. arabice hager alzenard. siue elezanard. Serap̄. lib̄. aggre. cap̄. hager alzenard. Oportet ꝙ eligat ex eo cuiꝰ color est celestis multū cū corpusculis aureis et lenis est sine asperitate. ⁊ sine admixtiōe alterius lapidis. ⁊ qui nō frāgit facile: ⁊ cuius frusta sunt magna. Jo. De. cap̄. de lapide lazuli. Lapis lactulus vel stellatꝰ vel lazuli est de gn̄e marinoꝝ habēs maculas ex auro. et est aliꝰ albꝰ. Et dicit lapis markasita. ⁊ aliꝰ indus clarꝰ celestis. Et dr lazuli. ⁊ qn̄q̄ minera fert vtrūq̄ simul. ⁊ melior est cuiꝰ color est viridior in colore azuli. et habet maculas aureas et mixtus cū markasita: non est bonus ⁊ nō maculatus. et similiter lenis. ca. est in. ij. ⁊ sic. in. iij.

Operationes

¶ Sera. Virtꝰ eius est silis glutini auri nisi qr ē debilior eo. ⁊ facit nasci pilos in palpebris. ¶ Et idē auto. Gali. Est in eo stipticitas cū acuitate pauca. Et virtus eiꝰ ē q̄ desiccat ⁊ infrigidat etiā palpebras q̄ depilant ꝓpt aliq̄s humores acutos. et remanent ꝙ in eis nō augent pili nec multiplicant. ⁊ sunt subtiles ⁊ debiles. Et hoc qr lapis lazuli in his locis destruit humiditatē ipsoꝝ humoꝝ. ⁊ immutat supfluitatē ad cōplexionē suā radicalē cū qua fit generatio piloꝝ palpebraꝝ. ¶ Et oportet ꝙ ad hoc terat ad multū ⁊ administret in puluere. ¶ Et idē. Qn̄ suspendit ad collū infantis remouet ab eis timores. ⁊ facit hirtos capillos. ¶ Itē hz virtutē adustiuā ⁊ putrefactiuā. et ideo aufert ferrucas. ⁊ qn̄ sumit interiꝰ laxat humorē melācolicū. ⁊ mundificat sanguinē ab humoribꝰ grossis. ¶ Et dosis eiꝰ est a. iiij. kirat vsq̄ ad. ʒ. j. quādo miscet cum alijs medicinis laxatiuis. ¶ Et cōuenit plꝰ dolori renū et asmati: ⁊ quādo sumit in potu. aut fit nascale cuz eo prouocat mēstrua. ¶ Et potus eius cōmouet nauseam ⁊ vomitum. sed ablutio eius remouet hoc ab eo. ¶ Auicē. de viribꝰ cordis dt. ꝙ ꝯfortat cor.

A
B
E
D
E
F
G
H
J

Caput.lxxij.

Lacteus ⁊ Lincis. Aui.lib.ij.cap. proprio. Lapis lacteus est lapis qui cuz fricatur aqua/egredit ex eo quoddaz sicut lac. Et hic quidem lapis est cinerei coloris/dulcis saporis.

Operationes

A ¶Aui. Terit cũ aqua et seruatur qd̃ resoluit ex eo in pixide de plumbo conuenit in initio
B apatũ. ¶Et fit ex eius fricatione alcohol.
C ¶Et prohibet cursum superfluitatũ ad ocu-
D lum ⁊ vlcera in ipso accidentia. ¶Euax in lapidario suo. Lincis est lapis: et fit de vrina lupi ceruarij micta: et in montibꝰ coagulata qui in domo seruatus/generat optimos fun
E gos sup̃ se quolibet anno. ¶Dicit valere cõtra dolorẽ stomachi: ⁊ ictericiã ⁊ fluxũ vẽtrꝫ.

Caput.lxxiij.

Litargirũ latine. Arabice ⁊ grece marechet. Serap̃.lib.ag.cap.marechet: auto. Dyasco. Quoddam ex eo est qd̃ fit ex vena plũbea: ita q̃ inflãmatur/donec fiat sicut ignis: et dissoluitur/ donec aduratur et postea coagulatur. Et ex eo est qd̃ fit ex argento: et ex eo est qd̃ fit ex plumbo qñ fiunt ex lamine: et aduritur pars eius. Et de eo est cuius color est rubeus splendens: et est aureum: et est melius alijs: ⁊ ex eo est purpurei coloris: et ẽ argenteum. Est alius modus factionis litargiri: quem in iuuentute mea vidi sardinei fieri: vbi argentum et plumbum simul colabantur: ⁊ est verior modus.

Operationes

¶Serap̃.auto. Alcauzi. Litargium dealbatum. est magis iuuatiuum ad auferenduz vestigia variolarum q̃ non albatum. A
¶Et aufert fetorem subascellarum: et prohibet sudorem. B
¶Et si bibatur ex eo/stringit ventrem ⁊ vrinam: et prouocat ⁊ occidit. C
¶Paulus. Contra scabiem de flegmate salso vel colera valet. D
¶Contra dissinteriã frigidam vitio intestinoꝝ/fiat ex eo puluis qui inijciatur cũ cristeri cum oleo rosarum et aqua ordei. E
¶Cõtra vlcerationẽ ꝟge distẽperet cũ oleo rosaꝝ: ⁊ inũgatur: nã vlcerationẽ cõsolidat. F
¶Contra feruorẽ herisipile conficiatur puluis litargiri ⁊ ceruse cum aqua rosarum/donec aqua non inficiatur ex puluere. G
¶Iste puluis in modum collirij cum aqua rosarum valet ad faciem depuranda ⁊ pannuz superfluum remouendum quem habent mulieres post partum: axungia gallinacea vel anserina liquefiat: addito puluere litargiri ⁊ oleo rosarum fiat vnguentum ⁊ vtatur. H
¶Bulcasim libro qui dicitur seruitor. Litargirum sic dealbatur. I
¶Accipe litargiri auri partem vnã ⁊ tere bene: ⁊ pone super ipsum de sale cõmuni partes duas et pone desuper quantitatem aque q̃ cooperiatur: et superat circiter quattuor digitos: ⁊ dimittte in vase septem diebus: ⁊ misce quoq; die bis: ⁊ post septem dies proijce aquam et pone aliam aquam: et muta aquaz illã q̃tidie vsq; in finẽ decẽ dierum: q̃ aqua dulcificabit ⁊ litargirũ dealbabit sicut cerusa: et fac trociscos: et serua et vtere. K

Caput.lxxiiij.

Lichinis. Isi. Lichinis ex ardētiū gēmaꝝ genere est. a lucernaꝝ flagrātia appellata. Signiꝛ in multis locis: sed probatissima apud indos.

Operationes

A ¶ Huiꝰ duplex est facies: vna que purpura radiat. Alia que cocci rubore a sole ex calefacta aut digitoꝝ attritu: paleas et similia vel
B folia catarrū ad se rapere dicit. ¶ Sculpturis resistit. et si qñ sculpta est dā signa imprimit: quasi quodā animalis morsu partē cere re
C tentat. Huius genera sunt quatuor. ¶ Solinus. Lichinis dicit eo ꝙ lucis vigorem exci
D tat flagrātia lucernaꝝ. ¶ Helynandus li. xij. Lichinis est lapis purpureus fulgens vt lucerna. Hic tactus sub sole digitꝫ paleas at
E trahit. ¶ Plinius. Lichinites ex genere ardentiū lucernaꝝ accensaꝝ precipua gratia ē appellata. Nascit circa ortasiam: totaqꝫ carmania ⁊ vicinis locꝫ: sꝫ ꝓbatissima in India
F ¶ Quidā eñ eam dixerunt esse carbunculū remissiorem. Secunda bonitate similis est iouis: sic a floribꝰ prolatis appellata.

Caput. lxxv.

Ligurius ⁊ Liparia. Isi. Ligurius gēma ē sic appellata: eo ꝙ fiat ex vrina lincis bestie tempore indurata. Est autem sicut et succinus fulua attrahens spiritu folia propinquantia. ¶ Helynādus lib. x. Theofrastus dicit ligurium electri colorem habere: paleas attrahere: stomachum dolentem iuuare: ictericis colorem reparare: fluxum ventris stringere.

Operationes

¶ Dyas. Locium lincis quem multi liguriū vocant mox vbi minxerit lapis fit. Dolores stomachi tollit: et ventris abstinet reumatismum. ¶ Rabanus. Ligurius habet colorem quasi electri et si fuerit confricatus paleas ad se trahit. ¶ Philosophus. Hic lapis est frigide et sicce complexionis: rotundus. valet precipue vulneratis. et a vulnere ferrum extrahit. ¶ Ex li. de na. reꝝ. Ligurius est lapis quem stillare dicunt ab inguine lincis bestie. s. orientis. Huius enim vrina ſm Plinium solidatur in lapidem. quod naturaliter bestia sciens inuidet bono nostro: egestū qꝫ preciosum vrine liquorem harena obruit. et hic eo citius in lapidem durescit. ¶ Est autem frequentius croceus parum ad nigredinem tendens. Huius color iuxta Pli. igneꝰ ac rubicundus est et carbunculo similis: nisi ꝙ nequaqꝫ nocte lucet. ¶ Iuxta lapi. vero viridis est. Virtus eius habet ad multa remedia precipueqꝫ ablutus in aqua constipatos iuuat: ⁊ ventrem soluit. colorem quoqꝫ perditum in facie recuperat. ¶ Actor. De hoc superius vbi de natura animalium agitur. secundo videlicet tractatu cap. lxxxvj. de L. ¶ Arnol. Liparea est lapis stipticus. Huiꝰ proprietas est ꝙ oñe genus ferarum ad eiꝰ presentiam cito properat: et ipsum intuetur. ¶ Isi. Liparea suffita gentiles omnes bestias euocare tradunt. ¶ Ex li. de na. re. Liparea lapis est in lybia valde mirabilis. ad quam omne ferarum genus docente natura sponte quasi ad patronum currit. cuꝫ canes vel venatores eas insequuntur. sed nec aliquis aduersarius eis nocere potest.

Caput. lxxvj.

Lune latine. grece Affrosolinũ. Dyas. cap. de affrosolino. Affrosolinum est illud quod apud Auicen. in. ij. canone dicitur lapis lune: vt et amborum concordia apparet. Et ideo dicit: affrosolinum in Egypto tantummodo inuenit quod ita creatur. Ros celestis ad lune claritatem positus in speciem lapidis quem specularem vocamus: coagulatus constringitur. Optimum est autem quod est colore ceruleo et lucido. Hoc enim fit simile gipso limpido: et specularis lapis dicitur. Plinius cap. de affrosolino. Affrosolinum ita creatur. Ros celestis congelatur ad lune claritatẽ in modum lapidis specularis. vnde nomen sumpsisse videt.

Operationes

A ¶ Dyas. Affrosolinum omnia vitia capitis emẽdare potest potatum. Et cephalargicis et epilenticis creditur prodesse.

Caput. lxxvij.

Magnes. Serap. Minera huius lapidis est in maritimis prope terras Indie. Et quando naues appropinquant monti minere ipsius. nõ remanet in eis aliquod ferrum quod nõ egrediatur a naui: et volat sicut auis vsq; ad mõtem. Et non est aliquis clauus infixus taliter q; possit euelli: quin euellatur et saliat vsq; ad illum mõtem. Et propter hoc naues illarum partium non clauantur cum clauis ferreis: ed cum clauis ligneis. Nam si forẽt clauate clauis ferreis: quãdo appropinquarent illi mõti dilacerarentur tote. Melior ex isto lapide est ille qui attrahit ferrum fortiter. et color eius est vergens ad colorem celestem. non multũ grauis ponderis. ¶ Dyas. Lapis magnes gignitur atq; inuenitur circa littus occeani apud trogotidas: et in India. ab inuentore sic vocatus. Est autem colore ferrugineus. ¶ Alber. in lapidario suo. Magnes est ferruginei coloris qui s̃m Pli. inuenitur in mari Indico: in quo in tantum abundare dicitur: q; periculose in eo cum nauibus que ferreos clauos habent: nauiget. Inuenitur etiam in tragonitidis regionib; Et ego vidi et reperi in partibus Theotonie in prouincia que francia oriẽtalis dicit: vnum magne quantitatis et maxime efficacie. et fuit valde niger: ac si esset ferrum eruginosum et combustum cum pice.

Operationes

¶ Sera. Virtus huius lapidis est: q; quando datur in potu ex eo laxat ventrem cũ mellicrato: et potissime humores grossos. A

¶ Et quidam sunt qui adurunt istum lapidẽ et vtuntur sicut adamas. B

¶ Et idem auto. Galie. Virtus eius est sicut virtus adamãtis. Et est bonus illis qui trãsglutiunt acum vel aliud ferrum. C

¶ Et ille qui habet fluxum ventris: eo q; sumpsit scoriam ferri. D

¶ Et dicitur de eo q; si accipias eum: et ponas ipsum in vase terreo: et liniatur caput vasis cum creta postq̃ posueris super lapide calcem viuam quam non tetigit aqua donec repleatur vas calce. et accendas magnũ ignem sub vase donec ingrediatur per orificium vasis. deinde ponatur vas in fornace figuli: et dimitte ibi donec lutatio eius coq̃tur et fiat testa. Deinde extrahe lapidem a vase: et dimitte infrigidari. et pone iterum in vase nouo: et pone in fornace secundo. et fac vt prius ter aut quater. Quando vero extraxeris vice quarta: dimitte ipsum lapidem vbi non tangatur a vento vel aqua vel rore: vel ab humiditate aliqua donec infrigidetur. Deinde frange ipsum in frusta minuta: sic q; sit vnumquodq; frustum .ʒ. ʒ. aut plus aut minus ex .ʒ. grecorum. E

¶ Quando ergo volueris operationem cum eo facere: pone iuxta lapidem pondus eius ex sulphure. deinde rora super eum aquam: et egredietur ex eo ignis magnus: ascendẽs circa mensuram brachij vnius qui non tanget aliud quod non comburat. Et quando lapides Magnetis non ita preparantur vt F

dixi: sed crudus sicut est madefit cuz succo al
lii aut cepe: ab extractione ferri prohibetur.
G ¶ Sed si vis q̄ reuertatur ad virtutem suaz
infunde ipsum vna die in sanguine hircino/
et fiet virtus eius sicut prius. Et accipitur
frustum magnum istius lapidis qd̄ est ex bo-
no ⁊ electo: ⁊ approximatur clauatiue alicu
ius: et aperit eam cito.
H ¶ Nam lapis iste attrahit ad se ferrum.
I ¶ Et quando aliquis vulneratur cum ferro
venenato: et teritur iste lapis ⁊ misceatur cū
aliquibus vnguentis.
K ¶ Et datur de puluere ipsius in potu illi q̄
est vulneratus/facit ab eo venenum vel toxi
cum exire per secessum. Et si puluerizatur su
per vulnus venenatum/curat idem.
L ¶ Dyasco. Lapis magnes magnas habet
virtutes/veluti spiritum in trahendo ferruz.
M ¶ Hunc lapidem quidam probandi amoris
causa vxoris supposuerunt capiti dormien-
tis vxore latente. Et siquidem erat casta ab
altero viro sic accedebat ad proprium virum
voluptanda/somno amplexans euz quasi in-
de pulsa per aliquem. Qd̄ si cum altero viro
coierat/in eum tanq̄ in alicuius odoris feti
dissimi lapidem emittebat: vt de lecto cade-
ret mulier. Concurdiam quoq̄ secum habet.
N ¶ Nam multas mulieres propter rixas di-
gressas a maritis coegit reuerti: sicut ⁊ mari
tos mulieribus gratiosos et obsequentes et
iocundi sermonis facit portantes secum.
O ¶ Fures aūt cum voluerint preciosa diripe
re intrant domū: et inter quattuor angulos
domus carbones ardentes ponunt: et sub-
mittunt lapidē minutū incisum: ⁊ sic trāsuer
tunt mentē ⁊ oculos eoꝝ qui adsunt: vt timo
re fugiant putantes ruere domum.
P ¶ Vires hz purgatorias: ⁊ ideo idropicis cū
mulsa datur .3.ß. grossitudinē deducit ⁊ oēs
humores qui per ventrē ministrāt. Tritus ⁊
superaspersus combusta sanat.
Q ¶ Enax in magicis. Hic lapis fantasias mi
rabiliter commouet: et precipue cum conse-
quitur consecrationem ⁊ caracteres: sicut in
magicis docetur. Perhibetur etiam cū mul-
sa acceptum idropisim curare. Et est alia spe
cies magnetis: cuius virtus ē attrahere car
nem hominis.
R ¶ Alb. in Lapidario suo. Virtus magnetis
est mirabilis in attractione ferri: ita vt vir-
tus eius transmutat ferrum: sic vt illud etiā
ferrum aliud trahat. Et multe acus ad sein-
uicem suspense sic videntur. Unctus autem
allio non trahit. Et paruus adamas magnū
ligat magnetem.
S ¶ Inuentus autem temporibus nostris ma
gnes qui ab vno angulo traxit ferrum: ⁊ ab
alio fugauit. Et hunc Arestoteles ponit a ge
nere magnetis.
T ¶ Narrauit quoq̄ michi vnus de socijs no-
stris curiosus experimentator: qui vidit Fri
dericum imperatorem habere magnetem q̄
non traxit ferrum: sed viceuersa ferrum tra-
xit lapidem.
U ¶ Et Arestoteles dixit: q̄ ē aliud genus ma
gnetis quod trahit carnes hominis. In ma
gicis autem traditur: q̄ fantasias mirabili-
ter commouet: precipue si consecratus conse
cratione ⁊ caractere fuerit: quod in magicis
docetur.
X ¶ Fertur etiam hunc mulsa sumptum idro-
pisim curare.
Y ¶ Aiunt etiā quidā hunc capiti mulieris sup
positū/statim eā incitare ad amplexū mariti
si casta est ipsa dormiente. Si autem est adul
tera pre nimio timore ⁊ tremore fantasmatū
dicitur cadere de lecto mariti.
Z ¶ Dicitur etiā: q̄ fures in domū intrātes po
sitis carbonibꝰ in quattuor angulis domus:
lapidem contritū suspersa aspergunt: ⁊ tunc
dormientes in domo ita fantasmatibus ter-
rentur: q̄ fugientes edes relinquant: ⁊ tunc
rapiunt quicquid volunt.

Caput. lxxviij.

Margarite. Pan. cap̄. cccc. Marga-
rita vl' perna est q̄ in ostreis reperit
de q̄bꝰ alie sunt ꝑforate: alie nō ꝑfo
rate: sunt artificiose facte: et nō naturaliter.
Sz nō perforate q̄ naturales sunt/meliores
sunt perforatis. Et qñ in medicinis ponunt
non perforate intelligunt. Sed sunt aliq̄ ob
scure ad citrinitatē tendentes nō perforate:
que perforatis equipollēt. Et ideo eligende
sunt clare et albe: q̄ vero obscura ⁊ quasi albi

da est. non est ponenda in medicinis. Ser. li. ag. cap. hager albalo. auto. Rasis. Hager albalo. i. lapis margarite. Deferuntur a maritimis. ⁊ sunt fri. et sic. in. ij. gradu. Et idem auto. Isaac. Ex eis sunt grossiores ⁊ parue. sed grossiores ex eis sunt meliores paruis. et clare meliores obscuris. et equalis superficiei meliores angulosis in figura sua. Alber. in lapidario suo. capitu. de margaritis. Et margarita lapis est in ostreis inuent⁹. Melior aūt ex India venit. Mlti aūt de Britanico mari: qd nunc angelicum dicitur. et versus Flandriam et theotoniam inueniuntur. Ita q ego more meo decem in mensa inueni. iuuenes autem concule habent meliores. Coloris autem habet ac si parua lux penetraret in multū album. Et ideo nitentes cum tamen albe fertur propter tonitrua quasi aborciēdo eas ostrea euomunt. ⁊ in fluminibus inueniuntur in mosella. et in q̄busdaz gallie fluuijs inter arenas.

Operationes

A ¶ Alber. Virtus earum est experta cōfortatione spirituum. et contra cardiacam et
B sincopim. ¶ Valent etiam contra fluxum
C sanguinis lientericum et dyarriam. ¶ Reparant enim spiritus subtiles. vt quidam dicunt. sed falso. immo membra earuz asperitate a superfluis abstergunt. et ea quasi constringunt. et coartando ad vnum du-
D cunt. et ita confortāt. ¶ Sera. Margarite sunt desiccatiue humiditatum. Cōueniūt debilitati cordis. et sunt conuenientes in
E cobol. et sunt fri. et sic. in. ij. gradu. ¶ Et idē auto. Athabari. Conferunt obscuritati visus et albedini oculi. et sordiciebus eius. et retinēt menstrua. et abstergunt dentes. et
F desiccant humiditates. ¶ Et idem auto. Isaac. Conferunt cardiace tremori cordis et accidentibus a melancolia aduenienti-
G bus ex malicia humorum. ¶ Et hoc ideo q̄ clarificant sanguinem cordis quādo est ingrossatus in corde. et desiccant humiditatem que ē in oculo. propterea quia fortifi-
H ant neruos oculorum. ¶ Et quando dissoluuntur margarite linitur cum eo baram
I aufert eam postq̄ linitur statim ¶ Auicen. de viribo cordis dicit. q confortat cor.

Caput. lxxix.

Magnesia et markasita. Alb. Magnesia ē lapis niger. et aliqui vocāt eam magnosiam. Et ipso frequenter vtuntur vitrearij. ¶ Idem Markasita siue mandasida. est lapis habēs multas species colorum. quia colorem accipit

cuiuslibet metalli. Et dicitur markasita argentea aurea. et sic de alijs metallis. Metallā tamen quod colorat eum nō distillat ab ipso: sed euaporat in igne. et relinquitur cinis subtilis. et hic lapis notus est apud alchimicos et in multis locis inuenitur. Hoc similiter Euax dicit in lapidario suo.

Operationes

¶ Albertus. Magnesia distillat et fluit in magno et forti igne. et non aliter. et tūc immixtus vitro ad purpureitatem ducit vitri substātiam. Hoc idem dicit Atabari in lapidario suo. A

Caput. lxxx.

Alcha ⁊ gipsum. Pli. li. xxvi. Malcha ē cum e calce recēti gleba efficit

Operationes

A ¶ Idē malcha mox tūdit cū ficu ⁊ adipe suillo duplici linamēto. q̄ res omniū tenacissima existit duriciēq; lapidis antecedit.

B ¶ Qd aūt malcha oleo ꝑfucat. ¶ Actor d̄

C malcha vero flagrāti que ē lim⁹ e stagno famositate vrbis naturaliter emissus ¶ Isi.

D Gipsū quoq; calci cognatū ē cuius plura sunt genera: Oīm aūt optimū est lapis spe

E cularis edificioꝝ signis gratissim⁹ ¶ Auicenna Gipsū ē lapis laminosus albo paru⁹ cuius subtilitatis fit augmētatio cū adurit

F ē aūt frigid⁹ ⁊ siccus ꝯglutinatiu⁹ ¶ Ponitur sup ꝑtes fluxū sanguinis patiētis ⁊ cōstringit quia in ipo cōglutinatiōe virtus faciēs adherere: ⁊ in ipo ē stipticitas cū viscositate: linit ex eo frōs aut cooperitur ex eo caput vt pilleo: ⁊ retinet fluxū sanguinis ex naribo: ponit et super obtalmiā sanguineam

G ¶ Est aūt ex summa venenorū ꝑfocantiū in syria: Gipsuz est lapis durissimus quem coquunt fimo bubulo vt vratur celerius

Caput. lxxxi.

Armor. Isi. li. xvi. Marmora dicunt eximij lapides. qui maculis ⁊ coloribo cōmendant. Marmor aūt grecus sermo ē a viriditate tentus. ⁊ quāuis post etiaz alij colores inuenti sunt nomē tamen pristinū a viriditate retinuerūt. Horū colores ⁊ genera innumerabilia Hec omnia e rupibus exciduntur. sed multa preciosissimi generis sub terra sparsa sunt.

Operationes

A ¶ Pli. Marmorū genera coloresq; non attinet in tanta noticia dicere: nec enumerare facile est in tanta multitudine. Quoto eīm cuiq; loco nō suū marmor inu nit. ⁊ tñ celeberrimi dicta sunt generis in ambitu terrarū cum generibus suis. ¶ Nō omnia vero

B gignunt in lapicidinis. sed multa ⁊ sub terris ꝑciosissimi generis: sicuti lacedemoniū viride cunctisq; hilarius: sic ⁊ augusteū. ac deinde tyberiū in egipto augusti ac tyberij

C primū ac principatu vtrūq; repertū. ¶ Differentiaq; eorum est ab ophite cum illud sit serpentū maculis simile: vnde ⁊ nomē accepit q̄ hec maculas diuerso modo colligūt augusteum vndatim in vertices crispum.

D ¶ Tyberiū sparsuz cōuoluta canicie. sunt ⁊ alia eius genera. de q̄bus s̄ dictū ē ca. lxiij.

Caput. lxxxii.

Elochites ⁊ murrina. Isi. Melochites lapis ē spissius virens et crassi⁹ q̄ smaragdus. hic a colore malue nomē accepit et in reddētis laudatus signis. Nascit aūt in Arabia. Arnol. Melochites est gemma viridis smaragdo similis. et valde mollis. Hec mēbra custodit a nociuis casibus. ⁊ cunas infantium similiter.

¶ Operationes

A ¶ Item Isi. Murrina ē gemma que apud parthos gignitur. sz precipua in germania humorem sub terra putant. colore densatū. candoremq; ⁊ ignem. cum quodam coloꝝ repcussu. quales in arcu celesti spectantur. Cuius contraria causa cristallum facit. gelu vehemētiori cōcreto ¶ Alber. Melochites quē quidā melonitem dicunt. lapis est

arabicus grosse viriditatis: sed nõ transluci dus sicut smaraldus: et est mollis.

C ¶ Fertur ꝙ virtutẽ habeat custodiendi gestantẽ se a nociuis casibꝰ: ⁊ super cunabula infantiũ. Hoc ait in Lapidario suo Euax.

Caput. lxxxiij.

Menphites. Alb. Menphites est lapis a ciuitate Egiptij que Menphis vocatur: dicitur vt ignis calere: virtute quidem/non actu.

Operationes

A ¶ Hic tritus ⁊ in aqua mixtus in potu detur vrendis vel secandis: quia inducit insensibilitatem ne sentiat cruciandus. Hoc idem ait Euax in Lapidario suo.

Caput. lxxxiiij.

Medus. Dyasco. Medus lapis ẽ niger q̃ tritus emittit croceũ colorẽ. Alb. Lapis medus vel medo dicit quia a regione Medorum fertur: vbi plures inueniuntur. Sunt autẽ huius species duc: vnus niger/et alter viridis.

Operationes

¶ Alb. Huiꝰ ꝑtutẽ esse dicũt cõtra veterẽ podagrã: oculoꝝ cecitatẽ: ⁊ nefreticaꝫ passionẽ etiã refouere dr̃ fessos ⁊ debiles. ¶ Ferr̃ etiã ꝙ fragmẽta nigri si in aq̃ cal. missa fuerint: ⁊ se q̃s in aq̃ illa lauerit/incurrit mẽbroꝝ ⁊ coriationẽ: ⁊ si ex ea biberit ꝑbit vomẽdo. ¶ Diasc. Est aũt duplicꝫ potẽtie. s. bone ⁊ male: nã tritꝰ in cote medicinali cũ lacte muliebri (q̃ semel creauit ꝑmo ꝑtu pueꝝ) ⁊ inunctꝰ albugines curat oculoꝝ: ⁊ oẽm illoꝝ dolorem: etiaꝫ si desperatꝰ fuerit/medet̃ podagricos. ¶ Eodẽ modo cũ lacte ouis q̃ semel genuit masculũ/sanat renes ⁊ anhelitꝰ ⁊ ĩteriores ꝑtes corporꝫ: hoc medicamẽ ꝑparatũ habeas ĩ vase vitreo vl̃ argẽteo: ⁊ ꝑfice ieiunꝰ: ad vindictã q̃ꝫ supra cotẽ/⁊ da cui vis: ⁊ lauet faciẽ ⁊ exsiccabit̃. ¶ Si q̃s aũt ex eo biberit pulmonẽ vomet. ¶ Oportꝫ aũt bibẽti paululũ dare: vt nõ satiet̃. Inuẽtus est aũt iuxta fluuium Fasin.

A B C D E F

Caput. lxxxv.

Mogra. Sera. Mogra ex ea ẽ q̃dã que deferr̃ ex terrꝫ Sinos. Et melior ex ea ẽ grauis dẽsa: cuiꝰ color nõ est diuersus: ⁊ ẽ sicut color epatꝫ aut sanguinis non hñs lapidez. Et qñ ponitur in aqua dissoluit̃ facile ⁊ crescit. Illa vero mogra q̃

vtunt carpētarij ē ex debilioribꝰ operatiōibꝰ q̄ꝫ illa q̄ deferꝫ ex sinos ⁊ ex Babilonia ⁊ melior q̄ facile teriꝫ. Colligiꝫ vero in Cappadocia in spelunc⁊ distillās: ⁊ affertur venalis in Sinopidam ciuitatez: vnde ⁊ nomē accepit.

Operationes

A ¶ Et idē auto. Gal. In sapore ipsius ē stipticitas: vñ ꝑtus eiꝰ ē desiccatiua. Et qñ sorbeꝫ cū ouo: aut fit cristere cū ea stringit vētrem.

B ¶ Vñ hꝫ ꝑtutē stipticā ⁊ desiccatiuā ⁊ glutinatiuā. ¶ Et qñ miscet in emplastr⁊ cōsolidat

C vulnera recētia. ¶ Et ingrediꝫ in cōfectiōibꝰ

D trociscoꝝ desiccatiuoꝝ ⁊ cōstrictiuoꝝ vētris

E ¶ Et qñ sorbeꝫ in ouo sorbili: aut fit cristere

F stringit vētrē. ¶ Et ꝓpinaꝫ in potu ꝓ dolore epatis: et daꝫ in ouo ad sputū sāguinis ad ve-

G nenū. ¶ Paulꝰ. cap. de Mogra. Mogra sinopida fortior est bolo armeno ⁊ luto sigillato: et ideo ingrediꝫ in confectionibꝰ vnguentorum. Et occidit vermes in ventre.

Caput. lxxxvj.

Mumia. Pan. cap. dlv. Mumia ē illud qd̄ inueniꝫ in sepulchris balsamatoꝝ: i q̄bꝰ humor mortui cū aloe et mirrha resoluiꝫ: q̄bꝰ ipsa corpa cōdiebanꝫ: et similaꝫ pice marine. Solebāt antiq̄tꝰ corpora balsama mirrha ⁊ aloe cōdiri: ⁊ adhuc fit apud Paganos ⁊ Sarracenos circa Babiloniā: vbi ē copia balsami. Sera. li. ag. ca. mumie. Mumie sepultoꝝ: ⁊ ē aloe balsamuꝫ ⁊ mirrha: ⁊ qd̄ miscet eis ex humoribꝰ corpis humani. Et idē auto. Dyasc. In terr⁊ q̄ dicūtur acolonie: descendit nāq̄ ex montibꝰ q̄ ducūt flumina cū aq̄s/ eijcit cum aqua fluminis in ripis: et est coagulata: et fit sicut cera: ⁊ hꝫ odorē picis ⁊ aspalti mixti simul.

Operationes

¶ Sera. auto. Rasis. Ex nomine q̄rundā medicoruꝫ est bona sode flegmatice frigide sine materia: ⁊ emigranee ⁊ paralisi: ⁊ torture oꝝ et epilentie ⁊ scotomie. A

¶ Et facimus caputpurgium cum vno grano ex ea cum aqua maiorane. B

¶ Et cōuenit doloribꝰ auriū: qñ dissoluiꝫ ex ea g̃nū in oleo sambucino: ⁊ distillaꝫ in aure. E

¶ Et ꝯuenit dolori gutturꝫ: qñ disoluiꝫ ex eo vnū kirat cū aq̄ in qua decocta ē satureya. D

